A loquendi genere, mutantes duntaxat præp.; dicunt enim βάλλεσθαι εἰς νοῦν, quod Hom. βάλλεσθαι ἐν θυμῷ, et βάλλεσθαι ἐν φρεσί. Herod. etiam [8, 68] ἐς θυμὸν βάλλεσθαι dixit, quod exp. Animadverto, Intelligo. [Θυμῷ βαλόμενος. Ita legendum ap. Herod. 5, 49. Hemst. Vide Schweigh.] Item, Animum appello, ut Plut. Theseo, [c. 24], Βάλλεσθαι εἰς νοῦν τὸ ἔργον, Animum ad opus appellere. Synes. Euoptio, Ἡμεῖς δὲ τὴν μὲν οὖσαν αἰτίαν οὐκ εὐθὺς εἰς νοῦν ἐβαλόμεθα, Bud. interpr. Non statim causam intelleximus. Potest βάλλομαι εἰς νοῦν commode etiam exp. alicubi Animo capesso, vel Mente capesso, ut Plut. [l. c.]: Μέγα καὶ θαυμαστὸν ἔργον εἰς νοῦν βαλλόμενος. [Id. Moral. p. 1095, A: Οὐ γὰρ ἂν ἐπῆλθεν αὐτοῖς εἰς νοῦν βαλέσθαι τὰς τυφλὰς ἐκείνας καὶ νωδὰς ψηλαφήσεις. Dionys. Ant. R. 1, 39, ab Hemst. citatus: Ἀμηχανῶν ὁ Ἡρακλῆς ὅ,τι χρήσαιτο τῷ πράγματι εἰς νοῦν βάλλεται προσελάσαι τῷ σπηλαίῳ τὰς ἄλλας βόας.] Apud Chrys. Βεβλημένος εἰς νοῦν, ubi observa βεβλημένος signif. act. Bud. interpr. Qui in animum induxit, et ut faceret consilium cepit. Sciendum est autem Eur. Theseo [Fr. 4, 2,] inversa ista B constr. dixisse, βάλλεσθαι νοῦν εἰς φροντίδας, pro βάλλεσθαι φροντίδας εἰς νοῦν: Εἰς φροντίδας νοῦν συμφοράς τ' ἐβαλλόμην, quod Cic. interpr. Mecum futuras commentabar miserias. Q. l. vide ap. Lex. meum Cic. 110, 111. Jam vero et βάλλεσθαι per se positum eand. signif. habet ap. Herod., qui βάλλεσθαι ἐφ' ἑαυτοῦ non semel dicit pro Apud se cogitare, In animo suo versare. Et apud Eund. Βαλλόμενος ἐπ' ἐμαυτοῦ ἔπρηξα, Re apud me perpensa, s. considerata, vel Meo ipse usus consilio. [Locus est 3, 155: Ἐπ' ἐμεωυτοῦ βαλόμενος ἔπρηξα, cui simillimi sunt 3, 71: Μάλιστα μέν νυν ὠφελέετε ἐπ' ὑμέων αὐτῶν βαλόμενοι ποιέειν ταῦτα· ἐπεί τε δὲ ὑμῖν ἀναφέρειν ἐς πλεῦνας ἐδόκεε. 5, 106: Εἴπερ τι τοιοῦτον οἷον σὺ εἴρηκας πρήσσει ὁ ἐμὸς ἐπίτροπος, ἴσθι αὐτὸν ἐπ' ἑωυτοῦ βαλόμενον πεπρηχέναι. Quorum locorum omnium ab sententia aberravit Stephanus, βαλέσθαι ἐφ' ἑαυτοῦ vertens Apud se cogitare, quum sit In se recipere, Suis viribus suoque consilio et periculo rem gerere. Dionys. Ant. Rom. 10, 31, ab Schæf. in-C dicatus: Τοῖς δ' ἄρα πᾶσιν ἦν ταῦτα κατ' ἀρχὰς δεδογμένα μήτ' εἰσηγήσασθαί τινα καινὸν πολίτευμα μηδὲν ἐφ' ἑαυτῷ βαλλόμενον, ἐὰν μὴ πᾶσι τὸ αὐτὸ δοκῇ, μήτ' ἐναντιωθῆναί τινα τοῖς πραττομένοις, ubi scribendum ἐφ' ἑαυτοῦ βαλόμενον, ut fere citavit Schæf. Ælian. V. H. 2, 4: Ἐφ' ἑαυτοῦ τοίνυν ὁ Χαρίτων βαλλόμενος τὸ πᾶν τόλμημα καὶ κοινωνὸν αὐτοῦ μὴ θελήσας παραλαβεῖν τὸν ἐρώμενον· ubi legendum βαλόμενος. L. Dind.] Qui loci nobis exp. Od. A, 234: Νῦν δ' ἑτέρως ἐβάλοντο θεοὶ κακὰ μητιόωντες, nec de ejus lectione dubitare sinunt: ac dicere cum Eust. meliorem esse hanc lectionem ἐβάλοντο, quam alteram ἐβούλοντο: quasi vero hæc ferri ullo modo possit. Sed nec probo ejus exp. ut sit ἐβάλοντο positum pro ἔρριψαν, metaph. sumta ἀπὸ τῶν κύβων. Plane enim esse puto ἐβάλοντο pro ἐν θυμῷ ἐβάλοντο, ut dicat, Aliud ap. se statuerunt, vel, cum Ovid., Diis aliter visum. [Veram ap. Homerum scripturam esse ἐβόλοντο, nec fieri posse ut ἐβάλοντο quemadmodum voluit Stephanus explicetur demonstravit Buttmannus Lexilogi vol. 1, p. 31. L. Dind.] D Ceterum in VV. LL. falso citatur ex Herod. [4, 160: Ἐπ' ἑωυτῶν βαλλόμενοι ἔκτισαν πόλιν· scribendum βαλόμενοι.] Βαλόμενοι ἐφ' ἑαυτῶν pro Contracti, item [5, 73; 8, 109]: Βαλόμενοι ἐπὶ σφέων αὐτέων, pro Inter se collocuti: quum ad proxime præcedentem signif. commodius referri possint. [Magis huc pertinent formulæ tales, ut Εἰς μνήμην ἐβάλοντο τοῦτο μὲν Τίτον, τοῦτο δ' Αἰμίλιον Plut. Sull. c. 12. Τὴν νίκην τὴν ἐπ' αὐτοῖς ἔχε, μηδὲν ἐς μῆνιν βαλλόμενος Philostr. Her. p. 176 Boiss. L. Dind.] Videtur autem βάλλω poni pro τίθημι in oratoriis etiam quibusdam dicendi formulis: ut in βάλλειν τινὰ ἐν αἰτίᾳ, quod e Plat. citatur pro Culpam in aliquem rejicere. || Affinem τῷ τίθημι signif. habet Eur. Ion. [751]: Οὐκ εἰς ἀπίστους δεσπότας βαλεῖς χαρὰν, Propones, vel Trades, Imperties. Apud Matth. autem 25, 27: Ἔδει οὖν σε βαλεῖν τὸ ἀργύριόν μου τοῖς τραπεζίταις, Tradere mensariis, vel Committere; aut Ponere ap. mensarios: nam v. Ponere utitur Horat. hac in re. In illa autem Tradendi signif. optime convenit Gall. *Bailler* cum Gr. βάλλειν. [Plura

A de signif. Solvendi pecuniam Stephanus sub Βαλάντιον.]

Βάλλω cum πρὸς, Il. Π, [568]: Αἴτε πρὸς ἀλλήλας ἔβαλον τανυηκέας ὄζους, pro comp. συμβάλλω. [Et aliter apud Theocr. 23, 5: Πῶς πικρὰ βέλη ποτὶ παιδία βάλλει.]

Βάλλω, Verto, s. Flecto interpretor Il. Θ, [306; Ψ, 697]: Μήκων δ' ὡς ἑτέρωσε κάρη βάλεν, Alio caput vertit, s. flexit. Nam quod Eust. βάλλειν hic quoque ad signif. τοῦ τίθημι, vel τοῦ ῥίπτειν, reducere vult, nimis coactum atque adeo violentum mihi videtur. Tolerabilior autem fuerit posterior hæc exp., sc. per τὸ ῥίπτειν, in altero illo genere loquendi huic simili, Od. Π, [179]: Ταρβήσας δ' ἑτέρωσε βάλ' ὄμματα, μὴ θεὸς εἴη. Nam hic possimus interpr. Alio vertit oculos, pro quo brevius Avertit oculos, vel Alio conjecit oculos, eod. sensu. [Eur. Orest. 958: Πρόσωπον ἐς γῆν σὸν βαλοῦσα. Ion. 582: Τί πρὸς γῆν ὄμμα σὸν βαλὼν ἔχεις; Androm. 1180: Εἰς τίνα δὴ φίλον αὐγὰς βάλλων; Apollon. 1, 726: Ἐς ἠέλιον ἀνιόντα ὄσσε βάλοις· B 790; 3, 1008: Ἐγκλιδὸν ὄσσε βαλοῦσα. Conf. 3, 1063; 3, 287: Ἀντία δ' αἰεὶ βάλλεν ἐπ' Αἰσονίδην ἀμαρύγματα. 1023: Ὅτε δ' αὖτις ἐπὶ σφίσι βάλλον ὀπωπάς. Conf. 4, 726, 1467; Oppian. Hal. 2, 544: Οὐδέ τις ἄντην ὄσσε βαλεῖν τέτληκεν. S. Maximi Confessoris Acta vol. 1, p. 1, ed. Combef.: Κάτω βαλόντες τὰς κεφαλὰς ἐσίγησαν. Et aliter Theocr. 16, 11: Ψυχροῖς ἐν γονάτεσσι κάρη βαλοῖσαι. Zenob. 5, 93 ab Hemst. indicatus: Κάτω βαλὼν τὰς χεῖρας εἱστήκει. Hom. Hymn. Ven. 157, Cer. 194: Κατ' ὄμματα καλὰ βαλοῦσα, ad βάλλειν minus quam ad καταβάλλειν pertinet. L. Dindorf.]

Βάλλ' ἐς κόρακας, pro ἔῤῥ' ἐς κόρακας, q. d. Facesse, vel Abi ad corvos. Sed Lat. pro eo dicunt, Abi in malam rem. De quibus loquendi generibus lege Erasm. Quamvis autem hoc βάλλε verbo neutro reddatur, sicut et quum dicitur βάλλ' ἐς μακαρίαν, [de quo v. s. μακαρία] quidam tamen σεαυτὸν sub. tradiderunt, perinde ac si diceretur βάλλε σεαυτὸν εἰς κόρακας. [Arist. Thesm. 10, 79; Vesp. 835; Plut. 782: Βάλλ' ἐς κόρακας. Similis fortasse formula fuit quæ ab C Hesychio refertur: Βάλλ' ἐς Ἄκραν, οἱ μὲν Ἄκραν πλησίον Λέσβου, οἱ δὲ Ἀκτήν. Nisi potius dicitur aliquis eo per naufragium ab uno deorum conjectus. L. Dindorf.]

Βαλέειν, Ion. et poet. pro βαλεῖν dicitur, Jacere. Βέβληκα, præt. perf. ex inus. th. Βλέω. Βλήμενος, Ion. et poet. pro βεβλημένος, demto augmento, et retracto accentu e penult. in antepenult. Apoll. Rh. [2, 914]: Βλήμενος ἰῷ, Sagitta ictus s. percussus. [Conf. 1038, 1212, et Hom. locis plurimis, apud quem sunt etiam activa ξυμβλήτην Od. Φ, 15, et ξυμβλήμεναι Il. Φ, 578, et passivi ceteri modi, βλεῖο vel βλῆο, βλήεται, βλῆσθαι, quos nemo nunc ignorat aoristi, non perfecti esse. Aliam rursus participii formam commemorat Etym. M. c. 199, 52: Βλείς· Ἐπίχαρμος, τυροβλείς (τύρῳ βλεὶς Sylburgius). Φασὶν οἱ μὲν ἀπὸ τοῦ βληθείς, καὶ κατὰ συγκοπὴν τοῦ η καὶ θ βλείς, ἢ ἀπὸ τοῦ βλῆμι, ὁ δεύτερος ἀόριστος ἔβλην, οἷον, Πόθεν δὲ ὠλκὸς εὐπετὲς ἔβλης, ἡ μετοχὴ βλείς· κίνημα γὰρ καὶ οὐ συγκοπή. Οὕτως Ἡρωδιανὸς Περὶ παθῶν. Verba corrupta emenda-D tiora fortasse præstabit codex Dorvillianus: nunc conjecturis, quamvis suppetant non improbabiles, abstineo. Memorat βλείς etiam Gudianum c. 103, 39. Hesych.: Βλῆναι, ἀληθεῖς. Scrib., ni fallor, Βλῆναι, βληθῆναι. L. D.] Βλήσω, Jaciam, Percutiam, e βλέω. [Formam βλήσω, quæ nusquam invenitur ipsa, quanquam ponitur ab Etym. M. c. 199 et 200 bis terque, in medio præstat Homericum illud βλήσομαι, Il. Υ, 335: Ὅτε κεν ξυμβλήσεαι αὐτῷ. Sed quanquam in ea scriptura magnus librorum consensus est, minime tamen vereor, ejecto certissimo librariorum commento, restituere ξυμβλήεαι: quam emendationem confirmat varietas Od. P, 472 a Clarkio annotata βλήσεται pro βλήεται. || De alia futuri forma βαλλήσω dixit Stephanus sub Βαλλέω. Prætera notanda perf. pass. forma productior βεβόλημαι, quam ita differre formæ βέβλημαι narrat Etym. M. c. 193, 45, ut βεβολῆσθαι de animo, βεβλῆσθαι de corpore sauciato dicatur. Quod discrimen observatum est in locis Homericis, qui βεβολῆσθαι habent, tribus, Il. I, 3, 9; Od. K, 247,

neglectum ab recentioribus poetis, velut Apollonio 1, 1269, bovem œstro percitum dicente κακῷ βεβολημένον οἴστρῳ, et 3, 1310 taurum uno ictu humi stratum, μιῇ βεβολημένον ὁρμῇ, quos locos Nonni Dionysiacorum nonnullis auxit Lobeckius ad Phryn. p. 589. Ceterum ne apud hos quidem, quantum memini, promiscuus ambarum formarum usus est, sed hoc discrimine discernuntur ut βεβολῆσθαι nonnisi de ictu, βεβλῆσθαι etiam de jactu dicatur: quæ fere sententia videtur esse etiam Buttmanni ad Arat. v. 492. Sed in glossa Lex. Rhet. Bekk. An. p. 224, 17, βέβλημαι, βεβούλευμαι ἢ τετάραγμαι ἢ ὠδύνημαι, βέβλημαι evidenter corruptum est ex βεβόλημαι: quo restituto in lucem simul revocatur verbi βούλομαι forma perfecti per ο scripta: quam præsenti et imperfecto vindicarunt Toupius ad Theocr. 28, 15 et Buttmannus Lexil. loco superius citato. Βεβολῆσθαι autem pro δυσθυμεῖν omisso præter morem et suum et Homericum dativo dixit Apollonius 1, 262: Μήτηρ βεβολημένη. Forma βεβοληώς erat Tryphiodori v. 582, κραδίην βεβολιότες οἴνῳ, ubi nunc βεβαρηότες restitutum ex codice.

[Addam his reliqua de verbo βάλλειν quæ supra vel omissa vel non satis explicata sunt. Βάλλειν, ubi est Jaculari, sæpe duplici consociatur accusativo tum hominis tum partis qua sauciatur corpus. Hom. Il. Δ, 480: Πρῶτον γάρ μιν ἰόντα βάλε στῆθος. Conf. 501, 527, etc. Et passivo Δ, 518: Χερμαδίῳ γὰρ βλῆτο παρὰ σφυρὸν ὀκριόεντι, κνήμην δεξιτερήν, ubi tollenda interpunctio. Interdum additur κατά: Λ, 108: Τὸν μὲν ὑπὲρ μαζοῖο κατὰ στῆθος βάλε δουρί. Conf. N, 186; O, 420, etc.: vel πρὸς, Il. Π, 753: Ἔβλητο πρὸς στῆθος. Tum dicitur etiam de ipso vulnere inflicto. Il. E, 795: Ἕλκος, τό μιν βάλε Πάνδαρος ἰῷ, quo respiciens Plato Reip. 3, p. 408: Ἢ οὐ μέμνησαι ὅτι καὶ τῷ Μενέλεῳ ἐκ τοῦ τραύματος οὗ ὁ Πάνδαρος ἔβαλεν, αἷμ' ἐκμυζήσαντ' κ. τ. λ.: qui suis verbis si usus esset, hac constructione, quæ poetica est, abstinuisset; Π, 511: Ἕλκος ὃ δή μιν Τεῦκρος ἐπεσσύμενον βάλεν ἰῷ. Præter signif. Jaculandi autem latissime patet usus signif. Jaciendi vel Ponendi tum proprius tum figuratus: veluti de sanguine, aqua, vino, aliisque rebus infusis vel inspersis. Æschylus apud Galenum vol. 5, p. 455 ed. Bas.: Μηδ' αἵματος πέμφιγα πρὸς πέδῳ βάλῃς. Eur. Ion. 150: Νοτερὸν ὕδωρ βάλλων. Planudius in Bachm. Anecd. vol. 2, p. 90, 18: Βάλλει τις ὕδωρ εἰς ἄγγος. Paullus Silent. de Thermis Pythiis v. 92: Νᾶμα βαλὼν εἰς ἄγγος. Anacreontic. 36, 10: Φέρ' ὕδωρ, βάλ' οἶνον, ὦ παῖ. Evang. Joan. 13, 5: Βάλλει ὕδωρ εἰς τὸν νιπτῆρα. Luc. 5, 37, 38; Matth. 9, 17; Marc. 2, 22: Βάλλειν οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιούς. Judic. 6, 19: Ζωμὸν ἔβαλεν ἐν τῇ χύτρᾳ. Matth. 26, 12: Βαλοῦσα μύρον ἐπὶ τοῦ σώματος. Epiphanius de 12 gemmis vol. 2, p. 226, C: Ἔλαιον ἐν σκεύεσι βαλεῖν. De igni Il. N, 629; Od. Θ, 501: Ἐν νηυσὶν πῦρ ὀλοὸν βαλέειν. Malalas p. 397, 15: Ἔβαλον πῦρ. Theodos. Acroas. 1, 109: Πῇ δ' αὖ τὸ πῦρ μάστιγα βάλλων οἰκίαις. De vestibus aliisque rebus circum corpus positis Il. Σ, 204, etc.: Ἀμφὶ δ' Ἀθήνη ὤμοις ἰφθίμοισι βάλ' αἰγίδα θυσσανόεσσαν. Pind. Ol. 3, 13: Ὧτινι ἀτρεκὴς Ἑλλανοδίκας ἀμφὶ κόμαισι βάλῃ γλαυκόχροα κόσμον ἐλαίας. Eur. Bacch. 828: Στολὴν δὲ τίνα φὴς ἀμφὶ χρῶτ' ἐμὸν βαλεῖν; Hom. Il. N, 36: Ἀμφὶ δὲ ποσσὶ πέδας ἔβαλε χρυσείας. Et similiter de rotis currui inditis Il. E, 722: Ἥρη δ' ἀμφ' ὀχέεσσι θοῶς βάλε καμπύλα κύκλα. De rete vel hamo in mare demissis βαλεῖν ἄγκιστρον, δίκτυον, σαγήνην frequentia sunt in N. T. libris. De seminibus Theocr. 25, 25: Τριπόλοις σπόρον ἐν νειοῖσιν βάλλοντες. Dionys. Ant. Rom. 6, 88, ab Schæf. indicatus, translate: Σπέρμα κακῶν βαλεῖν τῇ πολιτείᾳ. Item improprie de precibus Lycophr. 620: Εὐχὰς ἀρούραις ἀμφ' ἐτητύμους βαλεῖ. Apollon. 4, 159: Περί τ' ἀμφί τε νήριτος ὀδμὴ φαρμάκου ὕπνον ἔβαλλε. De jactu talorum Æsch. Ag. 32: Τὰ δεσποτῶν γὰρ εὖ πεσόντα θήσομαι, τρὶς ἓξ βαλούσης τῆσδέ μοι φρυκτωρίας, ubi v. Blomf. Idem Myrmidonibus apud Arist. Ran. 1400: Βέβληκ' Ἀχιλλεὺς δύο κύβω καὶ τέτταρα. Plato Leg. 12, p. 968 extr.: Ἢ τρὶς ἓξ ἢ τρεῖς κύβους βάλλοντας. Eur. Suppl. 330: Ἔτ' αὐτὸν ἄλλα βλήματ' ἐν κύβοις βαλεῖν. Aristot. Περὶ τῆς καθ' ὕπνον μαντικῆς c. 2: Ὥσπερ γὰρ καὶ λέγεται, ἂν πολλὰ βάλλῃς, ἄλλοτ'

A ἀλλοῖον βαλεῖς· quæ poetæ verba esse monui in editione G. A. Beckeri p. 107. Athenæus 10, p. 444, F: Τοὺς ἐλάττω τοῖς ἀστραγάλοις βάλλοντας. Plut. Pyrrh. c. 26: Ὅθεν ἀπείκαζεν αὐτὸν Ἀντίγονος κυβευτῇ πολλὰ βάλλοντι καὶ καλὰ, χρῆσθαι δ' οὐκ ἐπισταμένῳ τοῖς πεσοῦσι. Callim. Epigr. 8: Πῶς ἔβαλες; Itaque βάλλειν κλῆρον vel κλήρους dicitur in V. et N. T. Ibidem Hos. 14, 5, de radicibus diffusis: Βαλεῖ τὰς ῥίζας αὐτοῦ ὡς ὁ λίβανος. Jerem. 17, 8: Ἐπὶ ἰκμάδα βαλεῖ ῥίζαν αὐτοῦ. Et de vallo jacto Jes. 29, 3: Βαλῶ περὶ σὲ χάρακα. Ezech. 21, 22: Βαλεῖν χῶμα· quod antiquiores medio solent dicere, de quo infra. De pedis vestigio terræ impresso Eur. Electr. 1344: Δεινὸν γὰρ ἴχνος βάλλουσ' ἐπὶ σοὶ χειροδράκοντες· quod qui suspectum habuerunt, ignorabant dixisse poetam etiam in Rheso v. 721: Πρὶν ἐπὶ γᾶν Φρυγῶν ποδὸς ἴχνος βαλεῖν. Denique dicitur de hominibus et animalibus. Il. Φ, 104: Νῦν δ' οὐκ ἔστ' ὅστις θάνατον φύγῃ, ὅν κε θεός γε ἐμῇς ἐν χερσὶ βάλῃσιν. Od. Σ, 84: Πέμψω σ' Ἤπειρόνδε βαλὼν ἐν νηὶ μελαίνῃ. Υ, 382: Τοὺς ξείνους ἐν νηὶ πολυκληῖδι βαλόντες. B I, 470: Καλλίτριχα μῆλα πόλλ' ἐν νηυσὶ βαλόντες. Eur. Ion. 899: Κοῦρον τὸν φρίκᾳ ματρὸς εἰς εὐνὰν βάλλω τὰν σάν. Theocr. 24, 59: Ἀλκμήνα μὲν ἔπειτα ποτὶ σφέτερον βάλε κόλπον ξηρὸν ὑπαὶ δείους ἀκράχολον Ἰφικλῆα. Et aliter Apollon. 1, 243: Ζεῦ ἄνα, τίς Πελίαο νόος; πόθι τόσσον ὅμιλον ἡρώων γαίης Παναχαιίδος ἔκτοθι βάλλει; Moschus Epigr. v. 6: Μή σε τὸν Εὐρώπης βοῦν ὑπ' ἄροτρα βάλω. Et in locutione εἰς φυλακὴν βάλλειν. De equis ante alios actis eosque antevertentibus Il. Ψ, 572: Ἤισχυνας μὲν ἐμὴν ἀρετὴν, βλάψας δέ μοι ἵππους, τοὺς σοὺς πρόσθε βαλών· 639: Οἴοισίν μ' ἵπποισι παρήλασαν Ἀκτορίωνε, πλήθει πρόσθε βαλόντες. Pind. Pyth. 8, 80: Τὰ δ' οὐκ ἐπ' ἀνδράσι κεῖται, δαίμων δὲ παρίσχει ἄλλοτ' ἄλλον ὕπερθε βάλλων, ἄλλον δ' ὑπὸ χειρῶν μέτρῳ καταβαίνει. Quod schol. interpretatur ἄλλοτε ἄλλον ὑψηλὸν ποιῶν. Theocr. 4, 44: Βάλλε κάτωθε τὰ μοσχία· τᾶς γὰρ ἐλαίας τὸν θαλλὸν τρώγοντι. Et improprie Bio 5, 12: Ψυχὰν δ' ἄχρι τίνος ποτὶ κέρδεα καὶ ποτὶ τέχνας βάλλομες, ἱμείροντες ἀεὶ πολὺ πλήονος ὄλβω; || Figurati usus autem hæc sunt exempla præter ea de quibus di- C ctum est. Hom. Il. B, 376: Ὅς με μετ' ἔριδας καὶ νείκεα βάλλει. Od. M, 221: Ἐς κακὸν ἄμμε βάλησθα. Herodot. 7, 139, ab Hemst. citatus: Χρηστήρια φοβερὰ καὶ ἐς δεῖμα βαλόντα. Æsch. Prom. 388: Μή γάρ σε θρῆνος οὑ 'μὸς εἰς ἔχθραν βάλῃ. Eur. Troad. 1058: Εἰς φόβον βαλεῖ τὸ μῶρον αὐτῶν. Cycl. 574: Εἰς ὕπνον βαλεῖς. Or. 168: Σὺ γάρ νιν ἔβαλες ἐξ ὕπνου. Crates apud Plut. Mor. p. 125, F: Ἐς στάσιν ἄμμε βάλῃς. Malalas p. 45, 21: Ἐβλήθη εἰς ἔρωτα αὐτῆς. 165, 14: Εἰς ἔρωτα αὐτῆς βληθείς. Anthol. Pal. cap. 12, 139: Μή με παρεισδὺς εἰς τὸν ἔρωτα βάλῃ. Et re inversa: Ἐν στήθεσσι μένος βάλε Hom. Il. E, 513, cum similibus plurimis apud ipsum et alios omnes: quorum unum et alterum de rarioribus memorasse sufficit, ut δύσκλειαν ἀπὸ συγγόνου βάλετε Eur. Helen. 1506. Βάλεν δ' ἀπὸ δείματα θυμοῦ Apollon. 1, 979. Ἀπὸ βέθεος βάλεν ὕπνον Nicand. Ther. 165. Εἰς ἔμ' αἰτίαν βάλῃ Eur. Troad. 305. Φόνον ἐπὶ φόνῳ βαλὼν Herc. F. 1085. Εἰ δὲ παραληρῶν ἁλώσει καὶ βαλεῖς τι μαλθακὸν Aristoph. Ran. 595. Οὐκοῦν παλαίων ὡς θέλων παρεμβολὴν βαλεῖν ἐπλή- D γην Lucian. Ocyp. v. 61. Δός με φυγοῖσαν σώματος ἀλκὰν θοὸν ἅλμα βαλεῖν ἐπὶ σὰς αὐλὰς Synes. hymn. p. 334, D. Βαμβαίνων, βήματα βάλλων, κατὰ βῆμα πορευόμενος Eustath. Il. p. 812, 47. Ὅσα βήματα βάλλει ὁ μοναχὸς Apophthegm. Patrum in Cotelerii Eccl. Gr. Monum. vol. 1, p. 353, A. Quo referendum etiam βαλεῖν vel βαλεῖν τινι μετάνοιαν de genuflexionibus corporisque inclinationibus exhibendis ap. S. Maximum Confessorem p. L et LXIV ed. Combef., Sophron. Prat. c. 184: Ἔρχου καὶ βάλε τριάκοντα μετανοίας, et alios quosvis, quod dicitur etiam ποιεῖν μετάνοιαν: v. Cotel. ad Eccl. Gr. Monum. vol. 1, p. 727. Ibidem p. 353, C: Ὁ θεὸς, μὴ ἐγκαταλίπῃς με· οὐδὲν ἐποίησα ἐνώπιόν σου ἀγαθόν· ἀλλὰ δός μοι κατὰ τὴν χρηστότητά σου βαλεῖν ἀρχήν: quod aliter dictum videtur quam ἀρχαὶ βέβληνται apud Pindarum, cujus locum memorabo sub Βάλλεσθαι. Et Βαλεῖν σύναξιν, Sacrum officium peragere, ibid. p. 359, B, ubi est varietas ποιῆς, et alibi. || Constructiones præter quas supra notavimus duæ supersunt insolentiores, prior qua

cum genitivo conjunxit Pindarus Ol. 1, 58 : Λίθον, τὸν αἰεὶ μενοινῶν κεφαλᾶς βαλεῖν εὐφροσύνας ἀλᾶται, de Tantalo loquens saxum impositum excutere nitente; et diversissima signif. Aratus 574 : Ἥμισυ μέν κεν ἴδοιο μετήορον, ἥμισυ δ' ἤδη ἐσχατιαὶ βάλλουσι κατερχομένου στεφάνοιο, qui passivo utitur similiter de sidere sidus consequente 609 : Ἐπεὶ μέγα σῆμα βοώτης ἀθρόος ἀντέλλει βεβολημένος ἀρκτούροιο· altera qua omni casu omisso dicitur intransitive : Hom. Il. Λ, 722 : Ποταμὸς Μινυήιος εἰς ἅλα βάλλων. Conf. Apollon. 2, 744; Dionys. Perieg. 43, 631, 735, 748. Nicand. Ther. 889 : Ἧπερ Σχοινῆός τε ῥόος Κνώποιό τε βάλλει. Oraculum apud Diodorum Exc. Vat. p. 13, 10, ed. meæ: Ἔνθ' εἴσω βάλλοντι τὸν ἄρσενα θῆλυς ὀπυίει, hoc est, Ubi intranti apparet femina.... Apollon. 4, 1579 : Ὅτ' εἰς ἁλὸς οἶδμα βάλητε· 1692 : Ὡς κεν ἐρετμοῖς παμπρώτιστα βάλοιεν ὑπὲρ Σαλμωνίδος ἄκρης· 307 : Βαλὼν ὑπὲρ αὐχένα γαίης. Act. Apost. 27, 14 : Ἔβαλε κατ' αὐτῆς ἄνεμος τυφωνικός. Arrian. Epict. 2, 20, 10 : Βαλὼν κάθευδε. 4, 10, 29 : Τί οὖν οὐ ῥέγχω βαλών; Quidni igitur stertam porrectus? Macho apud Athen. 13, p. 579, D : Πότερ' ἄνω θέλεις ἐλθοῦσ' ἅμα βαλεῖν ἢ κάτω; quod Congredi interpretatur Schweigh. Et de plantis germinantibus Theophrast. H. Pl. 9, 20, 4 : Τὸ δὲ πολυπόδιον μετὰ τὰ ὕδατα ἀεὶ βάλλει· qua signif. Nicand. Al. 147, a Wakef. citatus, dixit cum accus. Ἔνισχνα δὲ καύλεα βάλλει. Adde Hieroclem Stob. vol. 2, p. 78, a Valckenario citatum : Νόμος.... τοῖς φύσει δικαίοις ἐγγὺς βάλλων. Cum infinitivo jungitur Apoph. Patr. in Cotel. Eccl. Gr. Monum. vol. 1, p. 362, A : Ἀπὸ τῆς λύπης ἔβαλε πυρέσσειν, In febrem incidit. || Denique βάλλειν simplex ponitur sæpe ubi composita exspectantur, veluti quum dativo jungitur dupliciter, vel ut sit idem quod περιβαλεῖν τινά τινι. Æsch. Sept. 1048 : Οὔ, πρίν γε χώραν τήνδε κινδύνῳ βαλεῖν. Soph. Trach. 940, qui tamen etiam de feriendo vel impetendo capi potest, Ὥς νιν ματαίως αἰτίᾳ βάλοι κακῇ, vel ut idem quod ἐμβαλεῖν τινί τι. Soph. Phil. 67 : Λύπην πᾶσιν Ἀργείοις βαλεῖς, et proprie Trach. 915 : Δεμνίοις στρωτὰ βάλλουσαν φάρη. Eur. Phœn. 1534 : Σκότον ὄμμασι σοῖσι βαλών. Anthol. Pal. 5, 139 : Ἢ γάρ μοι μορφὰ βάλλει πόθον ἢ πάλι μοῦσα, et 12, 159 : Ἤν μοι συννεφὲς ὄμμα βάλῃς, siquidem conjuncta hic cogitantur μοι βάλῃς. Conf. Ernest. ad Callim. Jov. 84. Quintus 2, 458 : Ζεὺς δὲ μέγ' ἀμφοτέροισι φίλα φρονέων βάλε κάρτος. 7, 497 : Ζεὺς γάρ οἱ ἀπειρέσιον βάλε κάρτος. 8, 299 : Τρώεσσι θράσος βάλε. Apollon. 3, 155 : Καδδὲ φαεινῷ μητρὸς ἑῆς εὖ πάντας ἀριθμήσας βάλε κόλπῳ. Anthol. Pal. cap. 5, 276 : Βάλλε δὲ σοῖς πλοκάμοισι (τὸ κρήδεμνον)· ibid. 9, 826 : Τὸν Βρομίου Σάτυρον τεχνήσατο δαιδαλέη χείρ, μούνη θεσπεσίως πνεῦμα βαλοῦσα λίθῳ (coll. 594 : Αἴθ' ἐνὶ κηρῷ καὶ ψυχὰν ἐδάης Σωκρατικὰν βαλέειν· 736 : Ἀλλά σε χαλκός, πρὶν ψυχὴν βαλέειν, ἔφθασε πηγνύμενος). Et sæpissime ap. medicos. Galenus vol. 2, p. 424 Bas. : Βάλλοντες ἐνίοτε τὰ πλεῖστα τῶν φαρμάκων ἀσθενῆ· 425 : Τοῦ βεβλημένου μέλιτος. Dieuches in Matthæi Medicis p. 39 : Γάλακτος καὶ ὕδατος τὸ τρίτον μέρος βληθέν· p. 83 : Ῥόδα ἐξονυχίσας βάλε ξέστας μέλιτος ς' καὶ ἔα ἐνιαυτόν· βάλε ἀπὸ τοῦ συνθέτου λίτραν α'. p. 84 : Κουφίσας τὸ κακάβιν βάλε τὸ ῥόδον. Et de rebus ad corpus adhibendis, Palladius Comment. in Hippocr. De fract. p. 928, C : Οὐ δεῖ δὲ καλάμους βάλλειν. 929, G : Δεῖ βάλλειν ἔρια ῥυπαρά. Hesychius : Γρῖφη, τὰ ἐν τοῖς πότοις βαλλόμενα ζητήματα· quod προβαλλόμενα dicit Mœris p. 110. Etym. M. c. 770, 41 : Τρώγω, σημαίνει τὸ κατεργάζεσθαι τὰ βαλλόμενα. Phocylid. v. 174 : Μηδὲ τεῇ ἀλόχῳ ἐγκύμονι χεῖρα βάλοιο.

[De medio Βάλλεσθαι præter locutiones ab Stephano nobisque supra notatas memorandæ sunt hæ potissimum : Βάλλεσθαι χαράκωμα, Aggerem jacere, apud Demosth. p. 254, 27, χάρακα apud Pollucem 1, 161, Polybium aliosque, στρατοπεδείαν Diod. 14, 22, etc., ἄγκυραν apud Pollucem 1, 103; Herodot. 9, 74; Pindarum Isthm. 5, 11, κρηπῖδα apud eundem sæpius, et apud Lucian. Hippiæ c. 4. Ἀρχὴν βαλέσθαι τῶν νῦν γεγονότων πραγμάτων Platon. Epist. 7, p. 326, E. Ἰλυοὺς Callim. Jov. 25. Ἄστυ Apollon. Rh. 1, 1345, ibidemque 737 : Θήβης, τῆς οἵγε νέον βάλλοντο δομαίους· 1, 1020 : Ἡ πέρι πείA σματα νηὸς ἔβαλοντο· 4, 904 : Πείσματ' ἐπ' ἠιόνεσσι βαλέσθαι· 894 : Θέλγουσαι μολπῇσιν, ὅτις παρὰ πεῖσμα βάλοιτο (quod ibid. 79 et 662 activo dicit : Οὔπω πείσματα νηὸς ἐπ' ἠπείροιο μελαίνης βάλλον· ... ἐκ δ' ἄρα νηὸς πείσματ' ἐπ' ἠιόνων σχεδόθεν βάλον). Quintus 4, 8 : Πέτρην ἐφύπερθε βάλοντο. Tum σπέρματα βαλέσθαι apud Aratum 9, et βάλλεσθαι τὰς ἀρχὰς in ligandis fracturis apud Hippocratem De fract. p. 761, H : Ἐπιδεῖν δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὰς ἀρχὰς ὡσαύτως βαλλόμενον κατὰ τὸ ἐξεστηκός· quod vertitur, Deligandum vero eodem modo, fasciarum initiis qua parte os prominet similiter injectis. P. 763, B : Ἐπὴν δὲ κατορθώσῃ, ἐπιδεῖν τοῖσι ὀθονίοισι καταπεταμένα, ἤν τ' ἐπὶ δεξιὰ ἤν τ' ἐπ' ἀριστερὰ περιφέρειν ξυμφέρῃ αὐτέοισι τὰ πρῶτα ὀθόνια· βαλλέσθω δὲ τὴν ἀρχὴν κατὰ τὸ κάτηγμα καὶ περιβαλλέσθω κατὰ τοῦτο τὰς πρώτας περιβολάς. Interpres, Quarum tamen initia qua parte os fractum est injiciantur. P. 765, B : Ἐπὴν μέντοι ἱκανῶς κατανύσῃς, κατορθωσάμενον χρὴ τοῖσι θέναρσι τῶν χειρῶν ἐπιδεῖν τὸν αὐτὸν τρόπον ὥσπερ καὶ πρόσθεν γέγραπται καὶ τὰς ἀρχὰς βαλλόμενον, ὥσπερ B εἴρηται, καὶ νεμόμενον ἐς τὸ ἄνω τῇ ἐπιδέσει. P. 767, C : Μέγιστον γάρ ἐστι τὸ γινώσκειν καθ' ὁποῖον τρόπον χρὴ τὴν ἀρχὴν βάλλεσθαι τοῦ ὀθονίου καὶ καθ' ὁποῖον μάλιστα πεπιέχθαι καὶ οἷά τε ὠφελέονται, ἢν ὀρθῶς τις βάλληται τὴν ἀρχὴν καὶ πιέζῃ ᾗ μάλιστα χρή, καὶ οἷα βλάπτονται, ἢν μὴ ὀρθῶς τις βάλληται. Plato Timæo p. 73, E : Καθάπερ ἐξ ἀγκυρῶν βαλλόμενος ἐκ τούτων πάσης ψυχῆς δεσμούς. Et de armis et vestibus quibus corpus induitur Il. Β, 43 : Περὶ δὲ μέγα βάλλετο φᾶρος· 45 : Ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν βάλετο ξίφος, et aliis plurimis in locis. Eurip. Iphig. A. 1513 : Ἐπὶ κάρα στέφη βαλομέναν χερνίβων τε παγάς, ubi βαλομέναν libri omnes, quod correxit Marklandus, nonnulli autem παγαῖς, ut est in Hymno Cer. 50 : Οὐδὲ χρόα βάλλετο λουτροῖς. Apollonius 2, 57 : Ἀλλὰ βάλευ περὶ χειρὶ (ἱμάντα)· 3, 140 : Εἴ μιν ἑαῖς ἐνὶ χερσὶ βάλοιο (σφαῖραν). Βάλλεσθαι de sortibus ducendis in Gl., Βαλλομένων, Ductis sortibus, comparandum videtur cum Homerico Il. Ψ, 352, Od. Ξ, 209, ἐν vel ἐπὶ κλήρους ἐβάλοντο, neque mutandum esse in παλλομένων, quod ita dicit Herodot. 3, 128. C Βάλλεσθαι εἰς γαστέρα, Fœtum concipere, Herodot. 3, 28 : Βοῦς, ἥτις οὐκέτι οἵη τε γίνεται ἐς γαστέρα ἄλλον βάλλεσθαι γόνον. Et usu improprio Batrachom. 5 : Εὐχόμενος μερόπεσσιν ἐς οὔατα πᾶσι βαλέσθαι πῶς μύες ἐν βατράχοισιν ἀριστεύσαντες ἔβησαν, et ap. Apollon. 1, 340 : Νείκεα συνθεσίας τε μετὰ ξείνοισι βαλέσθαι· 1218 : Πρόφασιν πολέμου Δρυόπεσσι βαλέσθαι· Quintum 2, 133 : Τῷ σ' ὀίω κείνοισι φόνον στονόεντα βαλέσθαι· 7, 507 : Ἱέμενοι σκύμνοισι φόνον στονόεντα βαλέσθαι· 5, 169 : Ἀνέρα, ὅντινα τῶνδε θεοὶ μετόπισθε βάλωνται· 602 : Κῆρες ἡμῖν αἶψα βάλοντο λυγρῷ ἐπὶ πένθεϊ πένθος· 7, 613 : Οὕνεκα Μοῖραι παῦρον ἐπί σφισι πάγχυ τέλος βιότοιο βάλοντο. Idem medio utitur signif. propria ubi activum exspectabatur, 13, 256 : Καί οἱ παῖδ' ἐβάλοντο καθ' ἕρκεος αἰπεινοῖο· 259 : Ἠΰτε πόρτιν κρημνὸν ἐς ἠχήεντα κακοφραδίῃσι βάλωνται· 273 : Εἰ δ' ἄγε νυν καὶ ἐμεῖο δέμας κατὰ τείχεος αἰνοῦ ἢ κατὰ πετράων ἢ καὶ πυρὸς αἶψα βάλεσθε. Pindarus Pyth. 1, 74 : Οἷα Συρακοσίων ἀρχῷ δαμασθέντες πάθον, ὠκυπόρων ἀπὸ ναῶν ὅς σφιν ἐν πόντῳ βάλεθ' ἁλικίαν. Andromachus apud Galenum vol. 2, D p. 429 ed. Bas., ea signif. qua medicos activo uti supra dixi ipseque ibidem utitur Andromachus : Λημνιάδος μίλτοιο καὶ ἐκ Πόντοιο βάλοιο ῥοῦ καὶ Κρηταίης σπέρμα χαμαιδρυάδος. Nicander Ther. 947 : Βάλσαμόν τε καὶ ἐν κινάμοιο βαλέσθαι. Apollonius 1, 392 : Ἐν δέ οἱ ἱστὸν λαίφεά τ' εὐποίητα καὶ ἁρμαλίην ἐβάλοντο· 4, 237 : Ἄρμενα νηυσὶ βάλοντο· 484 : Κολχίδος ἄγχοθι νηὸς ἑὴν πάρα νῆα βάλοντο· 3, 1190 : Ἐπὶ ζυγὰ βουσὶ βάλοιτο, quod v. 1193 dicitur : Ἵπποισιν ἔβαλλεν ἐπὶ ζυγά. || De passivo etsi pleraque omnia eadem quæ de activo dicenda sunt, quædam tamen pecularia notanda supersunt de usu perfecti, veluti hoc Nicand. Ther. 460 : Εἴγε μὲν Ἡφαίστοιο χαλαίποδος ἐν πτυχὶ νήσου βήσεαι ἠὲ Σάμον δυσχείμερον, αἵτ' ἐνὶ κόλπῳ Θρηικίῳ βέβληνται. Et Athenæi 12, p. 544, A : Τὴν ἡδυπάθειαν τέλος εἶναι ἔφη καὶ ἐν αὐτῇ τὴν εὐδαιμονίαν βεβλῆσθαι. Anthol. Pal. cap. 5, 165 : Εἴ τις ὑπὸ χλαίνῃ βεβλημένος Ἡλιοδώρας θάλπεται. Pind. Nem. 1, 8 : Ἀρχαὶ δὲ βέβληνται θεῶν κείνου σὺν ἀνδρὸς δαιμονίαις ἀρεταῖς. In N. T. βεβλῆσθαι dici solet de morbo correptis, ut

A Matth. 8, 6 : Ὁ παῖς μου βέβληται ἐν τῇ οἰκίᾳ παραλυτικός. Fab. Æsop. 257 : Λύκος ὑπὸ κυνῶν δηχθεὶς καὶ κακῶς πάσχων ἐδέβλητο. In libris scriptis permutata reperiuntur sæpissime βαλεῖν et λαβεῖν, ut exemplis uti supersedeam, aliquando etiam βαλεῖν et καλεῖν, βάλλειν et πάλλειν Mosch. 2, 17, βεβληκέναι et βεβηκέναι, de quo v. βαίνειν, βεβλημένος et μεμελημένος : v. Jacobs. Anthol. Pal. vol. 3, p. 80. L. Dindorf.]

[In Typico S. Sabæ ap. Grets. De cruce p. 66, D : Ψάλλοντες καὶ μετανοίας τρεῖς, leg. Βάλλοντες. De vocabulo Βάλλε in glande fundæ, quod non intellexit explanator, Caylus *Recueil d'ant.* t. 2, p. 332. Hase.]

[Βαλλώνυμος ap. Diodorum 17, 46 vitiose vocatur hortulanus ille quem Sidoniorum regem fecit Alexander : nam vero nomine dictum esse Ἀβδαλώνυμον, ut est apud Curtium et Justinum dudumque esse debuerat apud Plutarchum Mor. p. 340, E, Pollucem 6, 105, recte judicavit Wesselingius. L. Dindorf.]

Βαλλωτὴ, ἡ, dicitur τὸ μέλαν πράσιον, Marrubium nigrum, Diosc. 3, 117. Sic Plin. 27, 8, Balloten alio nomine μελαμπράσιον [*porrum nigrum* est apud Pli- B nium : unde Plinii in talibus imperitiam arguit Salmasius Proleg. ad Homon. Hyl. iatr. p. 12] Græci vocant. [Paullus Ægineta 7, p. 233 : Βαλωτὴ, οἱ δὲ μέλαν πράσιον. Ducangius : « Βαλωτὴ, Marrubium, τὸ μέλαν πράσιον, in glossis iatricis Mss. Neophyti. Aliæ glossæ iatricæ Mss. ex cod. 190 : Βαλωτὴ, τὸ ἄγριον μελισόφυλλον. » Ubi scrib. μελισσοφ. : quod Dioscorides l. c. et c. 118 alterum βαλλωτῆς nomen esse dicit. L. Dindorf.]

Βαλμὸς, Hesychio στῆθος, Pectus : itidemque Suidæ. [Sive Lex. Bibl. Coisl. p. 470. Bachmanni Anecd. vol. 1, p. 178, 18 : Βαλμὸς, στῆθος, ubi βαθμὸς est in codice. Idem Grammaticus p. 370, 18 : Στέρνοις, στήθεσιν, βαλμοῖς. || « Pulmo. Georgius Sanginatius De partibus corporis Ms., Μάλη μασχάλη λέγεται, καὶ βαλμὸς δὲ ὁ πνεύμων. » Ducang.]

[Βαλοιεὺς, adj. gentile a

[Βάλοιον, urbe Macedoniæ, utrumque apud Stephanum Byz. Ap. Galenum vero Expl. vocum Hippocratis p. 446 scribitur : Βαλοῖος, ὁ ἀπὸ Βαλοίας πό- C λεως Μακεδονικῆς. Ubi secundum Franzium Βαλοίης (pro Βαλοῖος, ut videtur) cod. Mosq., Βαλεῖος Cornarius. Quem haud dubie dicit Foesius OEcon. Hipp. p. 74 scribens : « Βαλοῖος exponitur Gal. ὁ ἀπὸ Βαλοίας π. M., ubi et Βαλεῖος quædam habent exemplaria. Ac mihi videtur subnotari locus lib. 7 Epid. p. 1215, E, ubi passim scribitur, ὁ δὲ Βάλεως ἐκ τοῦ ὄρεος [al. οὐρέος, muli] πάντα ἡμαρτηκὼς, Balis filius cum monte penitus aberrasset. Βαλοῖος enim scribendum aut Βαλεῖος apparet. » Quæ conjectura vera esset nequit. L. Dindorf.]

Βαλὸς, ὁ. Βαλὸν Hesych. dicit esse οὐδὸν καὶ οὐρανὸν, Dor. sc. pro Βηλόν. [Zonaras c. 372 interpretatur ὁδὸς ὑψηλή. Lex. Rhet. in Bekk. An. p. 224, 15 : Τὸν τῆς θύρας οὐδὸν, ὃν Ὅμηρος βηλὸν, οἱ δὲ τραγικοὶ βαλόν. Æsch. Choeph. 569 : Εἰ δ' οὖν ἀμείψω βαλὸν ἑρκείων πυλῶν. Libri deteriores βηλόν. Comicos addit Gram. Herm. p. 444 : Βαλὸς, οὕτως ὁ βαθμὸς ἐν τῇ τραγῳδίᾳ καὶ ἐν τῇ κωμῳδίᾳ, unde supplendus Draco p. 35, 22, ubi excidit voc. βαλός. L. Dindorf.] D

[Βαλσαμέλαιον, τό. Stephanus postquam Βάλσαμον significare dixerat tam plantam liquorem fundentem aromaticum quam liquorem ipsum, addit : « Ideoque ipse liquor inde exstillans ad differentiam interdum dicitur Ὀποβάλσαμον, interdum et Βαλσαμέλαιον : quorum illud legitur in eod. Diosc. l. [1, 18], et sonat Succus s. Liquor balsami : hoc vero ap. Simeonem Zethi, et sonat Balsamium oleum, ut Plin. loquitur. » Ducangius : « Βαλσαμέλαιον, oleum balsaminum, in Euchologio p. 632, cujus usus est in conficiendo sacro chrismate. » : Arist. Plut. v. 926 gl. Dorv., ab Schæf. indicata, σίλφιον) τὸ λεγόμενον βαλσαμέλαιον, ubi Hemsterh. : « Eandem vocabuli σίλφιον in Gloss. Mss. explicationem reperi, certe parum adcommodatam : præterquam enim quod in comico ipse laserpitii Cyrenaici frutex sit intelligendus, multum distant laser sive silphii succus et ὀποβάλσαμον aut, quod a recentioribus potissimum usurpatur, βαλσαμέλαιον. » Vide etiam Βαρσαμέλαιον. L. Dindorf.]

A Βαλσαμίνη dicitur a quibusdam τὸ βούφθαλμον, ut Gorr. refert e Diosc. [Append. p. 460, ubi Βαλσαμένη legitur, non Βαλσαμίνη. « Nomen Africanum s. Phœnicium בעל שמין *Baal samen :* Dominus cœli, Sol. Flos forma et colore solem referens. Bochart. Canaan 2, 15. Vid. infra Ναράτ. » Dahler.]

Βάλσαμον, τὸ, Hesych. esse dicit ἀρωματικὸν ἄνθος : est tamen potius Liquor aromaticus quam flos, ut fusius docent Theophr. H. P. 9, 6 ; Diosc. 1, 18 ; Plin. 12, 25 ; Gal. De antid. 1 ; Strabo 16 ; Justin. Hist. 36, et Paus. Bœoticis. Sed et Ipsa planta aromaticum istum et fragrantissimum liquorem fundens, βάλσαμον nominatur, ut Diosc. docet. [Quos prioris signif. testes citavit Stephanus, partim Plantam vel Fruticem balsami, non Liquorem, dicere, verba singulorum ostendent. Theophrastus quidem quum ait 9, 6, 1 : Τὸ δὲ βάλσαμον γίνεται μὲν ἐν τῷ αὐλῶνι τῷ περὶ Συρίαν· παραδείσους δ' εἶναί φασι δύο μόνους, τὸν μὲν ὅσον εἴκοσι πλέθρων, τὸν δ' ἕτερον πολλῷ ἐλάττονα· τὸ δὲ τοῦ δένδρου μέγεθος μὲν ἡλίκον ῥόα μεγάλη... et 4 : Ἄγριον δὲ B οὐδὲν εἶναι βάλσαμον οὐδαμοῦ, signif. non minus ambigua est quam 7, 3 : Οἷς μὲν οὖν εἰς τὰ ἀρώματα χρῶνται σχέδον τάδε ἐστὶ, κασία, κινάμωμον, καρδάμωμον, νάρδος, ναῖρον, βάλσαμον· et 9, 1, 2 : Καὶ τὸ βάλσαμον καὶ ἡ χαλβάνη καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἕτερον, οἷόν φασι τὴν ἄκανθαν τὴν Ἰνδικὴν, ἀφ' ἧς γίνεται τὸ ὅμοιον τῇ σμύρνῃ· sed liquorem clare dicit 9, 4, 1 : Περὶ δὲ λιβανωτοῦ καὶ σμύρνης καὶ βαλσάμου καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἕτερον, ὅτε μὲν καὶ δι' ἀνατομῆς γίνεται καὶ αὐτομάτως εἴρηται. Idem vero fruticem fragm. De odor. s. 32, p. 743 ed. Schn. : Τοῦ δὲ βαλσάμου ὁ μὲν ὀπὸς καὶ τὸ καρπίον ἀνδρικώτερα πρὸς ἀμφότερα ταῦτα, τὸ δὲ ξύλον ἀσθενέστερον· et clarissime Pausanias libro c. 28, 3 : Ἐν δὲ τῇ χώρᾳ τῶν Ἀράβων ὅσοι τῶν ἔχεων περὶ τὰ δένδρα τὰ καλούμενα πάλσαμα (hanc scripturam ex libro Parisino restituit Bekkerus : ceteri constanter βάλσαμα) οἰκοῦσι, τοιάδε ἄλλα ἐς αὐτοὺς συμβαίνοντα οἶδα· μέγεθος μὲν κατὰ μυρσίνης θάμνον τὰ πάλσαμά ἐστι, φύλλα δὲ αὐτοῖς κατὰ τὴν πόαν τὸ σάμψουχον· ἔχεων δὲ τῶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ καθ' ὁπόσους καὶ πλείονες καὶ ἐλάσσονες ὑπὸ ἕκαστον αὐλίζονται δένδρον· τροφὴ C γὰρ αὐτοῖς ὁ τῶν παλσάμων ἐστὶν ὀπὸς ἥδιστη, καὶ ἔτι καὶ ἄλλως τῇ σκιᾷ τῶν φυτῶν χαίρουσιν. Ἐπὰν οὖν συλλέγειν τοῦ παλσάμου τὸν ὀπὸν ἀφίκηται τοῖς Ἄραψιν ὥρα, ξύλων δύο ἕκαστος σκυτάλας ἐπὶ τοὺς ἔχεις ἐσφέρει· κροτοῦντες δὲ τὰ ξύλα ἀπελαύνουσι τοὺς ἔχεις· ἀποκτείνειν δὲ αὐτοὺς οὐκ ἐθέλουσιν, ἱεροὺς τῶν παλσάμων νομίζοντες. Et Diodorus 2, 48 sive 19, 98 : Γίνεται δὲ περὶ τοὺς τόπους ἐν αὐλῶνί τινι καὶ τὸ καλούμενον βάλσαμον, ἐξ οὗ πρόσοδον λαμπρὰν λαμβάνουσιν, οὐδαμοῦ μὲν τῆς ἄλλης οἰκουμένης εὑρισκομένου τοῦ φυτοῦ τούτου, τῆς δ' ἐξ αὐτοῦ χρείας εἰς φάρμακα τοῖς ἰατροῖς καθ' ὑπερβολὴν εὐθετούσης· 3, 46 (sive Agatharchides Photii p. 458, 38 Bekk.) : Κατὰ μὲν γὰρ τὴν παράλιον φύεται τὸ καλούμενον βάλσαμον καὶ κασία καὶ πόα τις ἄλλη ἰδιάζουσαν φύσιν ἔχουσα. Dioscorides autem bis ponit voc. βάλσαμον et utroque loco manifesto dicit arbusculam : Βάλσαμον τὸ μὲν δένδρον κατὰ μέγεθος λευκοΐου ἢ πυρακάνθης βλέπεται· ... τὸ δὲ ὀποβάλσαμον ὀπίζεται ἐν τοῖς ὑπὸ κύνα καύμασιν· ... καθόλου δραστικωτάτην ἔχει τὴν δύναμιν ὁ ὀπὸς τοῦ βαλσάμου, δευτέραν δὲ ὁ καρπὸς, ἐλαχίστην D δὲ τὸ ξύλον. Item Plinius : « Sed omnibus odoribus præfertur balsamum, uni terrarum Judææ concessum. ... Ostendere arbusculam hanc urbi imperatores Vespasiani. » Galenus in libro primo De antidotis sæpe suis aliorumque verbis memorans balsamum, liquorem ita nunquam vocat diserte, sed eum etiam distinguit a balsamo p. 446 ed. Bas., quum antidoton Mithridatis Eupatoris unde componatur docet, ... κασίας μελαίνης, σεσέλεως, βδελλίου, βαλσάμου, πεπέρεως λευκοῦ ἀνὰ < ε' καὶ διώβολον, ὑποκυστίδος χυλοῦ ὀποπάνακος, σμύρνης, λιβάνου ἄρρενος, καστορίου, πεπέρεως μακροῦ, κύφεως, μαλαβάθρου φύλλων ἀνὰ < ς', σκορδίου, κόστου, σχοίνου ἄνθους, χαλβάνης, ῥητίνης τερμινθίνης ἀνὰ < ς' καὶ διώβολον, νάρδου Συριακῆς, ὀποβαλσάμου, θλάσπεως κ. τ. λ. nisi forte scribendum καρποῦ βαλσάμου, sicut paullo post. Strabonis verba p. 1073, 10 Falc. : Φέρει δὲ καὶ βάλσαμον, et 1085, 29 : Ἔστι δ' αὐτοῦ καὶ βασίλειον καὶ ὁ τοῦ βαλσάμου παράδεισος, certe sunt ambigua perinde ut Plutarchi Anton. c. 36 : Τῆς Ἰουδαίας τὴν τὸ βάλσαμον φέρουσαν. Justini autem 36, 3 dicentis

· In ea [valle] silva est et ubertate et amœnitate insi- A gnis, siquidem palmeto et opobalsameto distinguitur. Arbores opobalsami formam similem piceis arboribus habent, nisi quod sunt humiles magis et in vinearum morem excoluntur. Hæ certo anni tempore balsamum sudant » : manifesta est imperitia, quæ tanta fuit ut fruticem vocaret liquorem. Contra igitur quam Stephanus fecit statuendum βάλσαμον plerumque vocari arborem vel sarmenta, raro liquorem, qui dicitur vel ὀποβάλσαμον vel βαλσαμέλαιον. || Βάλσαμον dicitur etiam planta ab Judaica diversissima alibique terrarum nascens. Geopon. 11, 27 : Τὸ σάμψουχον ἐκ σπέρματος σπείρεται καὶ μεταφυτεύεται ἀπριλλίῳ καὶ μαΐῳ, ἡδεῖαν τὴν ὀδμὴν ἔχον καὶ θερμοτάτην· ὡσαύτως κόστος καὶ βάλσαμον αὐτόρριζα νοεμβρίῳ μηνὶ φυτεύονται, εὐώδη ὄντα τὴν ὄσφρησιν. Ubi Nicolaus : « Juniores Græci quum alia multa mutarent in lingua sua, tum verbis antiquis res novas et plane alias signarunt. Loquitur hic Cassianus, cujus ætas jam multa novaverat : itaque hæc nomina hoc quidem loco non significant id quod olim, aut in his ipsis libris, ubi ex- B cerpta leguntur antiquiora. Costus et balsamum sunt hic plantæ hortis Græcis familiares, non aromata ista Asiatica. Bodæus p. 815 et 1036 pro synonymis habet, et ad mentarum classem refert. Salmas. Hyl. c. 32 observat βάλσαμον hoc discriminis causa κηπευτὸν vocari, esseque sisymbrium, mentæ sativæ simile. Nec repugnat Græciæ consuetudo hodierna, cui βάλσαμον (χορτάρι herba) idem est quod Italis *balsamo* s. *balsimo*, id vero est menta, certe mentæ genus. Nam lexica *balsamo* reddunt etiam ἡδύοσμος, quod est Græcorum ἡδύοσμος. » Columella 10, v. 301 : Fer calathis violam et nigro permista ligustro Balsama cum casia nectens croceosque corymbos. Qui si de eadem planta loquitur, hæc voc. βάλσαμον significatio non adeo novitiæ originis est. Ceterum in exemplari Geoponicorum ab C. P. Gesnero cum Nicolao communicato, quod nunc est penes me, ex cod. Gud. affertur varietas βάλσαμος, quod non spernendum esse sub Βάλσαμος dicenda ostendent. || Hesychius quam plantam dicat, quum ἠπιάργυρον interpretatur τὸ βάλ- C σαμον, incertum est. || De mensura vocabuli notandum secundam apud Græcos Latinosque vulgo corripi, ut apud Andromachum Galeni libro c. p. 429 : Βαλσάμου Ἀσσυρίης ἔνδοθεν αἰνύμενος· Damocratem ibid. p. 438 : Καὶ βαλσάμου καρποῦ τε (l. δὲ) τὰς αὐτὰς δύο· 441 : Καὶ σεσέλεως ὀποβαλσάμου σχοίνου τε καί· et, Ἴσας δ' ἕνι τούτων βαλσάμου καρποῦ δραχμάς· 442 : Ὀποβαλσάμου τε τοῦ διαυγοῦς τρεῖς δραχμάς, ὀποβαλσάμῳ δὲ ταὐτὸ ψυλλίου βάρος κ. τ. λ. Eadem vero cogente versu non raro producitur, ut ab eodem Andromacho l. c. : Βαλσάμου, λιπαρὸν κόμμι διηνάμενος· 431 : Φοῦ ξυλοβαλσάμου τ' ὀποβαλσάμου τε δραχμὰς τρεῖς, quæ repetuntur p. 439, ubi præcesserat, Χυλὸς καὶ βαλσάμου ὀπὸς καὶ κινναμώμου. Quos locos ignorabat Bentleius, quum Nicandri Ther. 947, σπέρματα βάλσαμόν τε καὶ ἐν κινάμοιο βαλέσθαι, reponebat σπερμεῖα βλάσαμον, qua forma idem poeta metri necessitate adactus utitur Alexiph. 64 : Ναὶ μὴν καὶ βλασάμοιο τότ' ἐν σταγόνεσσι γάλακτος. L. Dindorf.]

[Βάλσαμος, ἡ, idem quod βάλσαμον. Palladius Hist. D Laus. 23 : Ἥτις βάλσαμος ἀμπέλου δίκην φυτεύεται γεωργουμένη καὶ κλαδευομένη, πολὺν ἔχουσα πόνον. Angl. V. Βάλσαμον.]

[Βαλσαμουργέω, Balsamum colligo. Ephraem in Basilium Cotelerii Eccl. Græc. Monum. vol. 3, p. 57, A : Ὀπίσω τῆς τοιαύτης χλόης κατεσκόπευεν, ἐκ μυστικῶν ῥοδάμνων βαλσαμουργῶν τὴν βρῶσιν. Interpres, E mysticis germinibus cibum velut ex balsamo conficiens. L. Dindorf.]

[Βαλσαμουργὸς, ὁ, Balsamarius. Palladius in Hist. Lausiaca in Amoun : Διὰ πάσης ἡμέρας ἐσχόλαζεν ἐν τῷ κήπῳ καὶ τῷ βαλσαμῶνι· βαλσαμουργὸς γὰρ ἦν. Ducang.]

Βαλσαμώδης, ὁ, ἡ, [Balsameus]. Βαλσαμώδης appellata est κασσία [κασία] quædam, ab odore simili, teste Plin. 12, 19, [43].

[Βαλσαμὼν, ὁ, Hortus balsamum ferens. Vid. Βαλσαμουργός. || Cognomen Theodori, patriarchæ Antiochensis, ICti sub Manuele Comneno secundo celeberrimi. Indeclinabile est in Cotelerii Eccles. Gr. Monum. vol. 2, p. 492 : Θεοδώρου τοῦ Βαλσαμών, et alibi. L. Dindorf.]

[Βάλτα sive Βάλτη, nomen nymphæ, matris Epimenidis, apud Plutarchum Solon. c. 12 : Παῖδα νύμφης, ὄνομα Βάλτης, ... προσηγόρευον. Suidas tamen v. Ἐπιμενίδης scribit Βλάστας. L. Dindorf.]

[Βαλτάσαρ, Baltasar, nomen filii Nabuchodonosoris, regis Chaldæorum, qui etiam Neriglissar dictus est, Daniel. 5, 1, etc. || Nomen Danieli impositum ibid. 1, 7, etc. Suidas : Βαλτάσαρ· οὕτως ἐπεκλήθη ὁ Δανιὴλ εἰς τιμὴν τῆς τῶν ἀπορρήτων σαφηνείας. L. Dind.]

[Βάλτη, ἡ, Palus. Leo in Tacticis cap. 11, s. 3 : Ἐκλέγου χωρία χρήσιμα, μὴ ὑλώδη, ἤγουν ὕλας, καὶ πηλὰ καὶ βάλτας ἔχοντα καὶ ὕδατα σεσημένα. Ducang.]

[Βαλτολιβὰς apud Scylitzem p. 832, Locus palustris, uliginosus, aquis irriguus. Ducang.]

[Βαλτώδης, Palustris. Constantinus Porphyrogen. De administr. imper. cap. 28 : Ἡ Βενετία τὸ μὲν παλαιὸν ἦν τόπος ἐρημός τις ἀοίκητος καὶ βαλτώδης. Anna Comnena lib. 8, p. 227 : Βαλτώδης ὤν· lib. 13 : Ἐξ εὐωνύμου δὲ ἑλώδη τινὰ τόπον καὶ βαλτώδη. Exstat etiam lib. 14, p. 441. Ducang.]

[Βαλύρα, ἡ, Balyra, nomen fluvii Messeniæ apud Pausaniam 4, 33, 3 : Σταδίους δὲ καταβάντι ἀπὸ τῶν πυλῶν τριάκοντα τὸ ῥεῦμά ἐστι τῆς Βαλύρας· γενέσθαι δὲ τὸ ὄνομα τῷ ποταμῷ λέγουσι Θαμύριδος τὴν λύραν ἐνταῦθα ἀποβαλόντος ἐπὶ τῇ πηρώσει. Secundum quam etymologiam scribendum foret potius Βαλλύρα. L. Dindorf.]

[Βᾶμα. Vid. Βῆμα.]

[Βαμᾶ Ezech. 20, 29 Symmachus scripsit pro Hebr. במה *Bamàh :* Celsum, ubi LXX scribunt Ἀβαμὰ, quod vide supra. Sed Βαμᾶ, quod 1 Sam. 10, 10 Ἄλλος scripsisse dicitur, e Σαμᾶ depravatum putat Schleusner. Nov. Thes. Philol. Crit. 538, quod interpres, v. Hebr. שם *Scham :* Ibi, pro nom. propr. habens, posuit. Dahler.]

[Locus editus. Paralip. 1, 16, 39 : Ἐν βαμὰ [sic] τῇ ἐν Γαβαών· cfr. 21, 29 et Gesen. *Hebr. Handwærterb.* sub v. במה. Hase.]

[Βάμβα, τὸ χρῶμα καὶ μύρου τι μέρος (γένος Kusterus) καὶ τὸ ἔμβαμμα, Συρακούσιοι, Hesychius, Tinctura, Unguenti genus, Jusculum, apud Syracusanos. Idem continuo post hanc glossam, Βάμβα Κυζικηνόν· Κυζικηνοὶ διὰ τὸ Ἴωνες εἶναι ἐκωμῳδοῦντο ἐπὶ μαλακίᾳ. Καὶ τὸ ἔμβαμμα, Συρακούσιοι· καὶ μύρου τι μέρος ἢ γένος. Quibus apertum est repeti glossam proximam, simul autem suspectam in priori reddi scripturam Βάμβα, quæ in altera locum non habet, in priori vero si videatur dialecto commendari, literarum ordini accommodatior est scriptura Βάμμα, quum glossa ponatur inter Βαμβαλύζει et Βάμμα Σαρδιανικόν. L. Dindorf.]

Βαμβαίνω, Inarticulate loquor, Confusum quendam sonum edo, Balbutio. Bio [4, 8] : Βαμβαίνει μευ γλῶσσα, καὶ ὡς πάρος οὐκέτ' ἀείδει. Pro quo tamen βαμβαίνει mendose legitur καμβαίνει. Primam autem pono hanc signif., quod magis etymo a Βάζω sit consentanea : a quo istud etiam v. deduci arbitror, sequendo ea, quæ de propria illius signif. dixi. Itali certe hodieque puerulum *bambino* vocant. || Alioqui βαμβαίνω, si respiciamus eam signif., in qua ponitur Il. K, [375 : Ὁ δ' ἄρ' ἔστη τάρβησέν τε βαμβαίνων, ἄραβος δὲ διὰ στόμα γίγνετ' ὀδόντων, χλωρὸς ὑπαὶ δείους. Dio Chrys. vol. 2, p. 286 R. locum Homeri exprimens : Ἐβάμβαινεν ὑπὸ τοῦ δέους καὶ συνεκρότει τοὺς ὀδόντας,] pro Dentes quatere præ metu, s. Crepitare dentibus, non repugno, quin per onomatopœiam factum dicamus : et ita hic locum non habebit. Sed et aliam exp. affert Eust. 812, [42 : Βαμβαίνειν, ὅ ἐστι συγκρούειν τοὺς ὀδόντας, ἀπὸ τοῦ κατὰ στόμα ψόφου κατὰ τοὺς παλαιοὺς ἐσχημάτισται, καὶ ἔστι, φασὶ, δυσερμήνευτον. Συμβαίνει δὲ τοῖς ῥιγοῦσι καὶ τοῖς ὑποπτήσσουσι καὶ θέλουσι μὲν λαλῆσαί τι, ἀπορουμένοις δὲ καὶ ὑποτρέμουσι καὶ οὕτω τοὺς ὀδόντας συρρήσσουσιν.... Ἰστέον δὲ ὅτι ἐν ῥητορικῷ τινι λεξικῷ φέρεται... ὅτι βαμβαίνων μὲν βήματα βάλλων (hoc est, Gradus faciens, ut dixi sub Βάλλειν), κατὰ βῆμα πορευόμενος καὶ παπταίνων.... L. Dindorf.]

A Βαμβαίνειν proprie Titubare signif., quod de gressu dicitur et de lingua. Etym. M. deducit a βαίνω, non a βάζω : [Βαμβαίνει, διστάζει, τρέμει τοῖς ποσὶ καὶ ὑπὸ τρόμου ἠχεῖ τοὺς ὀδόντας καὶ τῇ γλώσσῃ ἀσήμως φθέγγεται. Ἔστι δὲ καὶ ῥητορικὴ ἡ λέξις καὶ ποιητική.] Εἴρηται ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ποδῶν, ἐπὶ τῶν μὴ ἑδραίαν τὴν φωνὴν ἐχόντων· οἱ γὰρ κατάσχετοι ὑπὸ φόβου οὐχ οἷοί τε ἑδραῖοι ἀμφοτέραις ταῖς βάσεσιν εἶναι, ὥς φησιν ὁ ποιητής, ἀλλὰ μετοκλάζειν καὶ ἐπ' ἀμφοτέρους τοὺς πόδας ἵζειν. Βαμβαίνει· τρέμει τοῖς ποσὶ, καὶ τῇ γλώσσῃ ἀσήμως φθέγγεται. [Hesychius : Ἐβάμβαινεν, ἔτρεμεν, ἐδίσταζεν. Suidas : Βαμβαίνει, διστάζει, τρέμει τοῖς ποσὶ καὶ τῇ γλώττῃ ἀσήμως φθέγγεται, quibus Zonaras addit ἢ ὑποτρόμους ἠχεῖ τοὺς ὀδόντας, ubi scribendum, ὑπὸ τρόμου, ut est in Etym. M. verbis modo citatis et paullo post τὸ ὑπὸ τρόμου ἠχεῖν τοὺς ὀδόντας καὶ ἀνάρθρως λέγειν.] Il. K, [375] : Ὁ δ' ἄρ' ἔστη, τάρβησέν τε, Βαμβαίνων, ἄραβος δὲ διὰ στόμα γίνετ' ὀδόντων· ubi βαμβαίνων exp. debet τοῖς ποσὶ τρέμων, titubansque. [Hesychius : Βαμβαίνων, τρέμων τοῖς ποσὶν ἢ τοὺς ὀδόντας (συγκρούων vel ἠχῶν addunt interpretes.)] B Quod autem de lingua etiam dicitur firmat exemplum e Bione 4, [8] petitum, hoc modo scr. : Ἢν μὲν γὰρ βροτὸν ἄλλον ἢ ἀθανάτων τινὰ μέλπω, Βαμβαίνει μευ γλῶσσα, καὶ ὡς πάρος οὐκ ἔτ' ἀείδει. [Anthol. Pal. cap. 5, 273 : Χείλεα βαμβαίνει φθέγματι γηραλέῳ. Themistius p. 56, A, ab Schneid. indicatus : Ἔπαλλε μὲν αὐτῆς ἡ καρδία, ἐβάμβαινε δὲ ἡ φωνή. Eustath. Opusc. p. 310, 18 : Βαμβαίνων ὑπὸ τοῦ ψύχους.]

[Nil. Epist. 126 : Διὰ τοῦτο δεῖ ὁλοκαρδίως καὶ ἐμπόνως πρὸς αὐτὸν καταφεύγειν, μηδὲ ὅλως βαμβαίνοντας ἢ ὑπογογγύζοντας· et Ep. 154 : Ἐπαινεσόμεθα μηκέτι βαμβαίνοντες, ubi vertit Possin. Nihil ambigue mussitantes. Hase.]

[Βαμβακεία, ἡ, Veneficium. Vid. Βαμβακεύτριαι.]

[Βαμβακερὸς, Bombycinus, Gossipinus. Vid. Βαμβακηρός. L. Dindorf.]

Βαμβακεύτριαι Hesychio μαγγανεύτριαι : addenti, quosdam exp. φαρμακίστριαι, alios λαλοῦσαι [Præstigiatrices, Veneficæ, Loquaces]. Itidem Βαμβακείας χάριν affert pro φαρμακείας χ. [Conf. Βάμβακος.] C

[Βαμβακηρὸς, Bombycinus, Gossipinus. Exemplum v. apud Ducangium. Ibidem est Βαμβακερὸς, ex more novi Græcismi. L. Dindorf.]

[Βαμβάκινος, Bombycinus, Gossipinus. Exempla hujus formæ ex Gemisto Plethone attulit Ducangius. L. Dindorf.]

[Βαμβάκιον, Bombyx, Gossipium. Vide locos Suidæ sub Βάμβαξ ponendos. Ducangius : « Achmes Onirocr. c. 112 : Μάλαξον κρόκον αὐγοῦ μετὰ ῥοδέλαιον καὶ τὸ βραδὺ θέτε τὸ μετὰ βαμπάκιν εἰς τοὺς ὀφθαλμούς. Demetrius Constantinop. l. 1 Hieracosoph. c. 186 : Ἐπικάλυψον ἐν τῷ μέρει βαμπάκιον καθαρὸν, ὡς τὸ ὅλον δοκεῖν εἶναι κρέας. Orneosophium jussu Michaelis Imp. scriptum p. 246 : Καὶ βάλε ἐντὸς τοῦ βαμβακίου θηριακὴν ξυλόκοκκον ἕν. Mox, Καὶ χανιάσας τὸ ὄρνεον βάλε τὸ βαμβάκιν, καὶ μετὰ τὸ ῥῖψαι τὸ βαμβάκιν παράβαλε αὐτῷ ὀρνιθοπούλου ἥμισυ μέρος. Rhazes l. De peste c. 8 : Ἀνατρίψεις ταῦτα δι' ἐλαίου χλιαροῦ ἐν βαμβάκοις· idem c. 9 : Καὶ ξηραίνειν τὸ ἐν αὐτῷ ῥοῶδες ἐν σαθρῷ βαμβακίῳ. Adde c. 10, Myrepsum sect. 8, c. 2, etc. D L. Dindorf.]

[Βαμβακὶς, ἡ, pro παμβακὶς ex conjectura Toupii, Emend. vol. 2, p. 339, intulerat Brunckius Anthol. Pal. cap. 6, 254, ubi inter cinædi supellectilem Priapo dedicatam poeta recenset, καὶ τὴν γρυτοδόκην κοιτίδα παμβακίδων, quod Suidas interpretatur τὸ παρὰ πολλοῖς λεγόμενον βαμβάκιον. Toupius vero suum βαμβακίδων interpretabatur φαρμακευτριῶν, comparans formas φαρμακὶς et φαρμακεύτρια. Sed sincerissimum est παμβακίδων ea signif. quam agnoscit Suidas, quamvis in codice Palatino corruptionis signo notentur et παμβακίδων et κοιτίδα. Κοιτὶς enim secundum Hesychium, Etymol. Gud. aliosque grammaticos est cistula qua monilia ceteraque ornamenta muliebria condebantur : quæ solent gossipio involvi. L. Dindorf.]

[Βαμβακοειδὴς, ὁ, ἡ, Gossipio similis. Vid. Βάμβαξ. L. Dindorf.]

[Βάμβακος, ὁ, Veneficus, dialecto Cilicum. Antiatticista Bekkeri p. 85, 27 : Βαμβάκους τοὺς φαρμακοὺς A Κίλικες καλοῦσιν. Conf. Βαμβακεία et Βαμβακεύτρια.]

[Βαμβακύζω, Præ frigore tremo. Plutarchus vel Pseudoplutarchus Mor. p. 1058, F, ab Schneid. indicatus : Ὁ δὲ ἐκ τῆς στοᾶς βοῶν μέγα καὶ κεκραγὼς, Ἐγὼ μόνος εἰμὶ βασιλεὺς, ἐγὼ μόνος εἰμὶ πλούσιος, ὁρᾶται πολλάκις ἐπ' ἀλλοτρίαις θύραις λέγων, Δὸς χλαῖναν Ἱππώνακτι· κάρτα γὰρ ῥιγῶ καὶ βαμβακύζω. Conjunctum exhibuit hunc locum Scal. De re numaria in Gronovii Thes. vol. 9, c. 1513, B, cum iis quæ ex eadem haud dubie oratione affert Tzetzes ad Lycophr. v. 855 : Ὦ φίλ' Ἑρμῆ, Μαιάδος, Κυλλήνιε. Καὶ μετά τινά φησι, Δὸς χλαῖναν Ἱππώνακτι καὶ κυπασίσκον καὶ σαμβαλίσκα κἀσκερίσκα καὶ χρυσοῦ στατῆρας ἑξήκοντα τοὐτέρου τοίχου, et ex parte plenius Priscianus libello de metris Terentii extremo : Ἑρμῆ, φίλ' Ἑρμῆ, Μαιαδεῦ, Κυλλήνιε, ἐπεύχομαί τοι· κάρτα γὰρ κακῶς ῥιγῶ. Quorum ea est cum loco Plutarcheo similitudo ut ille conflatus ex iis videri posset, nisi præstaret in re incerta conjecturis abstinere. Minus incertum est Hipponactem, si scripsit quæ ei tribuit Plutarchus, scripsisse βαμβαλίζω vel βαμβαλύζω : B quam vocabuli scripturam præter testimonia sub ipso citanda firmat vox βάμβαλον, hiemale pallium significans. L. Dindorf.]

Βαμβαλίζω, Præ frigore tremo. V. Eust. [Il. p. 812, 46 : Ἰστέον δὲ ὅτι ἐν ῥητορικῷ τινι λεξικῷ φέρεται βαμβαλίζειν τὸ τρέμειν ὑπὸ ψύχους· ἐν δὲ ἑτέρῳ... βαμβαλίζων, ῥιγῶν, ἀπολλύμενος. Bekk. Anecd. 30, 25 : Βαμβαλύζειν τὸ ὑπὸ ῥίγους τρέμειν καὶ κρούειν τοὺς γομφίους. Vid. dicta sub βαμβακύζω. Aristot. Probl. 27, 11 : Ἢ οἱ φοβούμενοι σχεδὸν ἅπαντες ὥσπερ ῥιγοῦντές εἰσιν; ἐκλελοιπότος οὖν ἐκ τῶν ἐπιπολῆς τοῦ θερμοῦ συσπῶσιν (τὰ αἰδοῖα)· διὸ καὶ βομβυλιάζουσιν οἱ δεινῶς δεδιότες. Ex cod. Parisini (et Vaticani apud Bekkerum) scriptura βομβυλίζουσιν Schneiderus in Lexico v. βαμβαίνω restituebat βαμβαλύζουσιν. Præstat scribi βαμβαλίζουσιν : quæ forma nisi pariter atque βαμβαλύζειν putanda est in usu fuisse, difficile dictu est utra verior sit. Hesychio quidem scribenti Βαμβαλύζει, τρέμει, τοὺς ὀδόντας συγκρούει, ῥιγᾷ (l. ῥιγοῖ) σφόδρα nihil tribuat qui etiam ῥυγᾷ scriptum in codice videat. Notandum tamen C apud eundem esse παμφαλύζει, τρέμει, terminationemque in ύζειν similium quorundam verborum, de quibus v. Albert. ad Hesych. ἐτανθόριζον c. 1479, 5, pari quam alteram vel etiam majori testimoniorum numero firmari. Βαμβαλίσαντι pro βαβαλίσαντι Nilo mon. 3, ep. 331 restituit Ducangius Append. ad Gloss. Lat. p. 26. L. Dindorf.]

[Βαμβάλιος in Lexico Ms. Cyrilli αὐλητὴς, παίζων (Tibicen, Ludens.) Ducang.]

[Βαμβαλίων, Bambalio, n. pr. Cicero apud Dionem Cass. p. 450, 76 : Τὸν Βαμβαλίωνα τὸν καὶ ἀπ' αὐτῆς τῆς ἐπωνυμίας ἐπιβόητον ἀγαπᾷ. Ad quæ Reimarus : « Cicero Philippica 3, 6 : Tuæ conjugis, bonæ feminæ, locupletis quidem certe, Bambalio quidam pater, homo nullo numero : nihil illo contemtius, qui propter hæsitantiam linguæ, stuporemque cordis, cognomen ex contumelia traxerit. Et 2, 36 : Pacem haberemus, quæ erat facta per obsidem puerum nobilem, M. Bambalionis nepotem. Bambalio sive Bambalo in Adamantii Martyri eclogis, apud Cassiodorum D De orthographia, et in veteri glossario, exponitur ψελλιστής. Vide Petrum Victorium 17, 14 Var. Lect.; Cœlium Rhodiginum Antiq. Lectionum 13, 2; Ludov. Carrionem lib. 2, c. 2, t. 3 Thesauri Critici Gruteriani, et Hadr. Turnebum 17, 19 Advers. et Caleni orationem infra p. 455, 25; 468, 61 ». L. Dindorf.]

[Βάμβαλον.] Βάμβαλα Hesychio sunt χειμερινὰ ἱμάτια· Vestes hybernæ. Mox tamen βάμβαλον generalius exp. ἱμάτιον : addens, Phrygas ita nominare τὸ αἰδοῖον : pro quo supra habuimus βάβαλον. [V. Βαμβακύζω.]

[Βαμβαλύζω. V. Βαμβαλίζω.]

[Βαμβάλω.] Βαμβάλειν, Hesychio τρέμειν, ψοφεῖν τοῖς χείλεσι, Tremere, Sonitum labris edere, ut faciunt ii, quibus frigore succutiuntur labia. Affert et Βαμβαλύζει, quod itidem exp. τρέμει, τοὺς ὀδόντας συγκρούει, ῥιγᾷ σφόδρα. Sed scr. potius βαμβαλίζει, ut ap. Eust. [Βάμβαλε pro λάμβανε restituit Valcken. Ep. ad Rœver. p. 83 Moschi 3, 7 : Νῦν ὑάκινθε λάλει τὰ σὰ γράμματα, καὶ πλέον αἰαῖ βάμβαλε σοῖς πετάλοισι· καλὸς τέθνακε μελικτάς, ut tremulo foliorum motu Bionis triste fatum

loqui dicatur flos, quum fatum Hyacinthi nonnisi inscriptum sibi habuisset. L. Dindorf.]

annotant ab Hermog. dici Partem exordii, quæ colligat ejus propositionem cum redditione, i. e. Comprobationem, quum βάσις sit ἡ τῶν κώλων κατάληξις, Clausula : et βάσιν forsan esse quæ ab Aldo Depositio dicitur : commode vero Exitum exp. posse. Βάσιν ἰαμβικὴν ead. VV. LL. ex Aristoph. Schol. interpr. Versum monometrum iambicum, ut, τί πείσομαι· βάσιν ἀναπαιστικὴν, Versum anapæsticum monometrum, ut [Aristoph. Nub. 450] : Κέντρων μιαρός· βάσιν δακτυλικὴν, Versum dactylis duobus constantem, ut [ibid. 475] : Ἄξια σῇ φρενί. [Βάσις, Incessus rhythmicus saltantium. Scholiasta Hermogenis p. 381 : Τὴν γὰρ ἐν χοροῖς βάσιν ὁρίζονται οὕτως οἱ μουσικοί· βάσις ἐστὶν ἄρσεως καὶ θέσεως ποδῶν σημείωσις. Τὸ γὰρ αἴρειν τὸν πόδα, εἶτα τιθέναι, ἄρσιν καὶ θέσιν ὠνόμασαν· ἄρσις οὖν καὶ θέσις ἡ ἐν τῷ ἄρχεσθαι καὶ λήγειν τῶν χορευτῶν ὁρμὴ λέγεται. Pindarus Pyth. 1, 4 : Φόρμιγξ ... τᾶς ἀκούει μὲν βάσις, ἀγλαΐας ἀρχά. Ubi scholiasta, Βάσιν ἔνιοι τὸν ῥυθμόν φασι· πρὸς γὰρ τὸν ῥυθμὸν ἡ ἁρμονία τῶν μελῶν διατυποῦται· οἱ δὲ τὴν τῶν χορδῶν κροῦσιν· προκατάρχονται γὰρ αἱ ᾠδαὶ παρὰ τῆς κιθάρας, εἶθ' οὕτως ἕπεται ὁ τῶν χορευτῶν ῥυθμός. Aristophanes Thesm. 968 : Εὐκύκλου χορείας εὐφυᾶ στῆσαι βάσιν. Rhythmici autem βάσιν triplici significatu dicunt. Primo pedes rhythmice compositos, incessum numeri : quo sensu Plato παντοδαπὰς βάσεις dixit l. l. (ubi Astius Longinum comparat de sublim. 39, 2 : Βάσιν ἐνδούς τινα ῥυθμοῦ) et De legg. 2, p. 670, D : Ξυνακολουθεῖν ἕκαστον ταῖς τε βάσεσι τῶν ῥυθμῶν καὶ ταῖς χορδαῖς ταῖς τῶν μελῶν. Aristidem Quintil. p. 38 : Τροχαῖος ἐκλήθη ἀπὸ τοῦ τὴν βάσιν ἐπίτροχον ποιεῖσθαι, addit Hermann. Opusc. vol. 2, p. 108. Adde ibid. p. 57 : Δυσδιάκριτον ποιεῖ τὴν βάσιν· et Santen. ad Terent. Maur. p. 51. Deinde ad singulos pedes vel dipodias transfertur. Ejusmodi sunt βάσις ἰωνικὴ et βάσις χοριαμβικὴ, h. e. ionicus unus et choriambus unus, apud schol. Aristoph. Nub. 652, et frequentissima illa βάσις ἰαμβικὴ, βάσις τροχαϊκὴ, dipodia iambica, dipodia trochaica. Bacchius Senior p. 14 : Ὅταν ὅλος ῥυθμὸς κατὰ βάσιν ἢ κατὰ διποδίαν γένηται. Ibid. p. 25 : Δόχμιος ἐξ ἰάμβου καὶ ἀναπαίστου καὶ παιᾶνος τοῦ κατὰ βάσιν. Etiam solam thesin, quam veteres rhythmici vocant, βάσιν dictam esse Hermannus l. l. ostendit Aristoxeni exemplis p. 292, 296 ed. Morell. et Pselli p. 301. Denique clausulam sive καταληξιν, quam grammatici dicunt, significat. Scholiast. Hephæstion. p. 169 ed. Gaisf., ubi de choliambis agit : Τὸ μὲν γὰρ ὀρθὸν τὴν τελευταίαν βάσιν ἰάμβῳ ἢ πυρριχίῳ ἀπαρτίζει ... τὸ δὲ χωλὸν τὴν μὲν κατακλεῖδα, ἤτοι τὴν βάσιν, σπονδειακὴν ἀπαιτεῖ ἢ τροχαϊκήν. Similiter clausulam numeri oratorii βάσιν vocant rhetores, quorum locos apposuit Weiskius ad Longin. p. 444. Theodorus Metoch. p. 116 de Josepho : Αἱ βάσεις οἰκείως σχεδὸν διὰ πάντων τῶν αὐτοῦ δακτυλικαί τε καὶ ἰαμβικαὶ καὶ τροχάζουσαι. G. Dind.] || Est etiam vocab. Mathematicorum, ut βάσις κέντρου, Basis centri, Punctum medium. [Archimedes De sphæra 1, 17 : Ἡ ἀπὸ τοῦ κέντρου τῆς βάσεως ἐπὶ τὴν πλευρὰν τοῦ κώνου κάθετος ἀγομένη. Sic ibid. 19, et alibi. G. Dind.] || Item apud architectos nota vox est, qua et Lat. utuntur : Fulcimentum sc. et quidam veluti Pes columnarum, statuarum s. fabricarum, quæ a fundamento consurgunt et superpositæ fabricæ sustinent pondus : quo spectat phrasis illa ἐκ βάσεως ἀποτμηθῆναι, Penitus et ex ipsis fundamentis excisum esse. Ap. Vitruv. [10, 10 ed. Schneid.] in Catapultæ descriptione, βάσις Sedes est, in qua statuitur columella, quæ machinam sustinet. [Hesychius : Βάσις· στήριγμα, ἕδρα, στάσις. Sic βάσις ἀνδριάντων ap. Pollucem 3, 90, et alibi sæpissime. Τρία Μύρωνος ἔργα κολοσσικὰ ἱδρυμένα ἐπὶ μιᾶς βάσεως, Strabo 14, p. 637. Βάσεις βλεφάρων, sedes oculorum, Rufinus in Antholog. Palat. 5, 87. Βάσις ἐγκεφάλου Plutarch. Moral. p. 899, A, ab Routhio, Rufus p. 36, a Weigelio citatus. Adde Alexandr. Trall. 1, p. 84. *Basis cerebri* apud Celsum 5, 26, 2. Ἡ βάσις τῆς καρδίας καλεῖται κεφαλὴ, Pollux 2, 218. Βάσις τραχήλου Plutarch. V. Pyrrhi c. 34. Βάσις ὠτὸς Oribasius p. 2 ed. Mai. Τροχῶν βάσεις Sophocles Electr. 718, ab Seagero citatus. Ἐπάλξεων βάσεις Theodosius Acroas. 3, 154. Βάσις γραμματικῆς Damocharis quidam dicitur apud Paulum Silent. in Antholog. Palat. 7, 588. Βάσιν καὶ ὕλην ταῖς τέχναις παρέχει, Plutarchus Moral. p. 158, D. Timæus Locrus p. 97, E : Ῥίζα πάντων καὶ βάσις τῶν ἄλλων ἁ γᾶ ἐρήρεισται. Philo vol. 1, p. 265, 36 : Ἀὴρ ὕδατι βάσει χρώμενος· p. 641, 17 : Ἀὴρ οὗ βάσις μέν ἐστι γῆ, κεφαλὴ δὲ οὐρανός· et similiter p. 642, 42. Βάσις λόγου idem vol. 1, p. 108, 39. G. Dind. Βάσεις i. q. βαλβῖδες. Mœris p. 103 : Βαλβῖδες· αἱ ἐπὶ τῶν ἀφέσεων βάσεις ἐγκεχαραγμέναι, αἷς ἐπέβαινον οἱ δρομεῖς, ἵνα ἐξ ἴσου ἵσταιντο. Schæf. Adde Suidæ locum s. v. βαλβὶς allatum. G. Dind.] Βάσεις etiam vasorum, dicuntur Ea, quæ eorum collocandorum causa parata sunt : ut sunt Orbiculi. [Javolenus Dig. 32, leg. 100 : « Cui Corinthia vasa legata essent, ei βάσεις quoque eorum vasorum collocandorum caussa paratas deberi Trebatius respondit. Labeo autem id non probat, si eas βάσεις testator numero vasorum habuit. Proclus vero recte ait, si æneæ quidem sint, non autem Corinthiæ, non deberi. » G. Dind. || Βάσις Ἑρμοῦ, Alimus, ap. Diosc. in Nothis 1, 120. Boisson.]

[Βάσκα. V. Βάσκη.]

Βασκαίνω, de quo nunc dicturus sum, vel in Φάος, vel in Καίνω collocari posset, sequendo eam, quæ illi a plerisque tribuitur, etymologiam : quænam autem ea sit, mox docebo.

Βασκαίνω, Fascino; primum enim huic signif. locum esse dandum censeo, quæ etiam cum etymo convenire videtur. Volunt enim plerique Gramm. βασκαίνω dici quasi φασκαίνω, i. e. φάεσι καίνω, Oculis occido, i. e. Aspectu. [Etymol. M. p. 190, 26. At inepta hæc etymologia est. Hodie nemo dubitat βασκαίνειν productiorem esse formam verbi βάσκειν, cui affinia sunt βάζειν et φάσκειν. G. Dind.] Quo pertinet hic Virgil. locus, Ecl. 3, [v. 102] : His certe neque amor causa est, vix ossibus hærent. Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos. Sic et ὀφθαλμὸς βάσκανος, Oculus fascinator, apud Plut., ut paulo post docebo. Quin etiam et apud Horat. Epist. 1, 14 : Non istic obliquo oculo mea commoda quisquam Limat, quidam obliquo oculo interpr. Invido. Sed interficiendi quoque vim oculis fascinatoribus inesse, discimus e Plin., scribente 7, 2 : Esse ejusd. generis in Triballis et Illyriis, adjicit Isigonus, qui visu quoque effascinent, interimantque quos diutius intueantur, iratis præcipue oculis : quod eorum malum facilius sentire puberes. Proxime autem præcedentia verba sunt hæc, In eadem Africa familias quasdam effascinantium, Isigonus et Nymphodorus tradunt : quarum laudatione intereant probata, arescant arbores, emoriantur infantes. De quo loco disseram mox, quum agam de pass. Βασκαίνομαι, pro Fascinor. Βάσκανος, inquit Schol. Theocr. [5, 13], proprie ὁ τοῖς ὀφθαλμοῖς καίνων, καὶ φθείρων τὸ δραθὲν ὑπ' αὐτοῦ. Sic et apud Etym. ὁ τοῖς φάεσι καίνων, quasi φάσκαινος. Et a βάσκανος vult esse verbum βασκαίνω. Sed crediderim potius βασκαίνω præcedere, præsertim quum in eo verbum καίνω incorruptum exstet, et quædam a similibus verbis similem formam habentia nomina inveniantur. Parvi alioqui refert utri priorem locum demus. Quæcunque autem sit hujus verbi etymologia, accipi pro Fascinare constat, quum alibi, tum apud Aristot. Probl. 34, 20 : Ἐπιλέγουσι γοῦν, ὅταν τῆς αὐτῆς τραπέζης ἰδίᾳ τι προσφέρωνται, μεταδιδόντες, Ἵνα μὴ βασκάνῃς με. Sic et apud Alex. Aphr. Probl. 2, 53 : Διὰ τί τινὲς βασκαίνουσι, καὶ μάλιστα παῖδας. Quod autem addit καὶ μάλιστα παῖδας, pertinet ad hæc, quæ e Plin. attuli de fascinatoribus, Quod eorum malum facilius sentire puberes. Apud Plut. quoque Symp. 5, 7 habes quæ huc pertinent, ubi exstat et comp. καταβασκαίνω in ead. signif. Sic pass. Βασκαίνομαι, Fascinor, Theocr. 6, [39] : Ὡς μὴ βασκανθῶ δὲ, τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον, ubi Schol. annotat, suo etiamnum tempore id solitas facere mulieres, nimirum sinui suo inspuere, τὸ νεμεσητὸν ἐκτρεπομένας. Atque huc certe pertinet quod in Plinii loco paulo ante habuimus, de illa laudatione familiarum quæ effascinant. Itidem enim hic pastor dicit, postquam sibi tam pulcher visus fuisset, se ter in sinum suum spuisse, ne

fascinari posset: quasi laudatione illam de sua forma opinionem consequente, a qua laudatione periculum impenderet. Ita enim existimo intelligendum esse h. l.: ejus tamen expositionem aliorum judicio relinquens, quibus attentius eum expendere vacabit. Utitur porro passiva illa voce et Aristot. Probl. 34, 20. || Βασκαίνω, Invideo, quoniam sc. qui fascinant, id faciunt quod invideant, ut discimus ex iis etiam quæ leguntur apud Alex. Aphr. Probl. 2, 53. Dicitur autem βασκαίνω σοι, vel βασκαίνω σοι τοῦτο, aut τούτου. Item, βασκαίνω ἐπὶ τούτῳ. Demosth. [p. 464, 10]: Εἰ μὲν γάρ τις ἔχει πολλὰ, μηδὲν ὑμᾶς ἀδικῶν, οὐχὶ δεῖ δήπου τούτῳ βασκαίνειν. Ap. Philostr. Ep. 12 duplicem constr. habet hoc verbum, diversis in ll.: in priore, cum dat. personæ; in posteriore, cum accus. rei. Ita enim orditur illam suam Epistolam: Οὐδὲ ὁ θεσπέσιος Πλάτων τοῖς σοφισταῖς ἐβάσκηνε· καὶ σφόδρα ἐνίοις δοκεῖ τοῦτο· sed repono hic, εἰ καὶ σφόδρα κ. τ. λ. Aliquanto post, Καὶ βασκαίνει μέν τις τὰ μὴ ἑαυτῷ ἐφικτά· ἃ δὲ ἄμεινον ἢ μὴ χεῖρον διαθήσεται, φιλοτιμεῖται πρὸς ταῦτα. (Ubi obiter observa etiam quod sit discrimen inter verb. Φιλοτιμεῖσθαι et verbum Βασκαίνειν: itidem certe φιλοτιμία distinguitur ἀπὸ τοῦ φθόνου, ut ibi videbis.) Sic apud Herodian. βασκαίνειν cum accus. rei: [2, 4, 11]: Ἐβάσκηνε πάντα καὶ ἀνέτρεψε πονηρὰ τύχη. [Cum dativo personæ et genitivo rei. Dio Chrysost. vol. 2, p. 428: Ἐκείνους μὲν οὐ ζηλῶν οὐδὲ βασκαίνων αὐτοῖς τῆς τρυφῆς. Philostr. V. A, 6, 12, p. 250 indicat Schæferus: Σοὶ μὲν οὐδενὸς ἂν βασκήναιμι ἐγὼ λόγου. Basilius M. vol. 1, p. 23, B: Οὐ βασκαίνουσα ἡμῖν τῆς γνώσεως. Vita Gregorii Naz. vol. 1, p. CXLIX ed. Benedict.: Βασκαίνων αὐτοῖς τῆς ὠφελείας. Georgius Progymnas. in Rhetor. vol. 1, p. 575, 11: Ποῖος τελχίν μοι τῆς ἀπραγμοσύνης ἐβάσκηνε; G. Dind.] Sed et cum dat. personæ et accus. rei simul junctum reperitur; interdum cum dat. pers. et gen. rei. Quin etiam cum gen. solo. Lucian. Philopseude [c. 35]: Τοῦτο ἐγὼ πάνυ ἐσπουδακὼς, οὐκ εἶχον ὅπως ἐκμάθοιμι παρ' αὐτοῦ· ἐβάσκαινε γὰρ αὐτοῦ, καίτοι πρὸς τὰ ἄλλα προχειρότατος ὤν. Sic autem utuntur et verbo φθονῶ, et quidem frequentius quam hoc. Eodemque modo Lat. verbum Invideo usurpant, sed cum accus. Quamvis autem in isto Luciani loco non additus sit ille dat. personæ, ex eo tamen probari illa constr. potest: quod relinqui subaudiendum, longe manifestissimum sit. Apud eund. Lucian. [Navig. c. 17,] exstat cum præp. ἐπὶ, ubi scribit, Βασκαίνειν ἐπὶ ταῖς εὐτυχίαις. [Dio Chrysost. vol. 2, p. 423: Βασκαίνειν ἐπ' αὐτῷ τοῖς ἔχουσιν ἀδύνατον. G. Dind.] Liban. junxit etiam accus. personæ hoc verbum, ut testatur Suid., qui hanc constr. improbare videtur; scribit enim, Βασκαίνω σοι ἀεί· ὁ δὲ Λιβάνιος αἰτιατικῇ, Τὸν προσήκοντα βασκαίνουσι. [De hac constructione vid. Herodian. Piersoni p. 470; Thom. Mag. p. 148. Schæf. Dativo utitur Libanius alibi, ut vol. 4, p. 190: Βασκαίνεις ἀποθανεῖν βουλομένῳ· ibid. p. 320: Τί μοι βασκαίνεις; et p. 426. G. Dind. Deuteron. 28, 54 et 56: Βασκανεῖ τῷ ὀφθαλμῷ αὐτοῦ.] || Criminor, Reprehendo, ap. Dem. et Plut. ut testatur Bud., qui ex illo affert, [291,] Ὁ δὲ, σιγήσας ἡνίκ' ἔδει λέγειν, ἄν τι δύσκολον συμβῇ, τοῦτο βασκαίνει, Hoc criminatur s. reprehendit. Sic autem Harpocr. a Demosth. poni testatur βασκαίνει pro αἰτιᾶται et μέμφεται, ac συκοφαντεῖ. Hesych. Βασκαίνει, λυπεῖ, φθονεῖ, μέμφεται. [Diodorus Sic. 4, 6: Πρὸς τοὺς βασκαίνοντάς τι τῶν καλῶν τοῦτον κολαστὴν παρεισάγοντες. Schæf. Libanius vol. 4, p. 519: Βασκαίνει τοὺς λόγους, ὑφαρπάσαντας νίκην ὅπλοις ὀφειλομένην. Ibid. p. 732: Τοὺς τὴν σὴν βασκαίνοντας δύναμιν. Passivum βασκαίνομαι. Strabo 14, p. 654: Ὑπὸ τῶν ἀντιτέχνων βασκανθῆναι. Apud scriptores ecclesiasticos tum hujus verbi tum vocabulorum βασκανία et βάσκανος infinita est exemplorum multitudo. G. Dind.]

Βασκᾰνητικὸς, quod legitur apud Plutarch. Symp. 5, [p. 682: Φθονητικὴν καὶ βασκανητικὴν ἕξιν], derivandum esset e Βασκανητής. [Libri duo βασκανιτικήν. Recte Wyttenbachius βασκαντικήν. Ἔθνος βασκαντικὸν καὶ φθοροποιὸν dixit Stephanus Byz. in Θίβα, ubi codex Vratislav. eodem errore βασκανιτικόν. G. Dind.]

A Βασκᾰνία, ἡ, Fascinatio: (sicut βάσκανος, Fascinator). Aristot. Probl. 34, 20: Διὰ τί τὸ πήγανον βασκανίας φασὶ φάρμακον εἶναι; Sæpius autem Invidia, s. Invidentia. Philo V. M. 1, [vol. 2, p. 81, 10]: Ἀλλ' ἔγωγε τὴν τούτων βασκανίαν ὑπερβὰς, τὰ περὶ τὸν ἄνδρα μηνύσω. Chrys. De sacerd.: Βασκανίας τροφὴ αἱ τῶν πλησίον εὐδοκιμήσεις. Interdum etiam est Obtrectatio. Bud. συκοφαντίαν exp. ap. Dem. [311]: Πολλαχόθεν μὲν τοίνυν ἄν τις ἴδοι τὴν ἀγνωμοσύνην αὐτοῦ καὶ τὴν βασκανίαν. [Plato Phædon. p. 95, B: Μή τις ἡμῶν βασκανία περιτρέψῃ τὸν λόγον τὸν μέλλοντα λέγεσθαι. Callimachum fragm. 292, p. 541: Ἔλλετε βασκανίης ὀλοὸν γένος, et poetam apud Suidam s. v. Παλαμήδης, Ὄμμα βάλλοι μήποτε βασκανίη, indicat Schæf. Βασκανίαν καὶ πικρίαν, Philo vol. 2, p. 27, 5. Quemadmodum βάσκανον καὶ πικρὸν conjunxit vol. 1, p. 429, 33. Βασκανία καὶ φθόνος, vel φθόνος καὶ βασκανία, apud eundem vol. 1, p. 145, 9; 543, 8; 595, 38; 636, 45; vol. 2, p. 120, 10; 404, 18. Joannes Chrysost. qui sæpissime hoc vocabulo utitur, vol. 1, p. 391, D: Ἡ B παμφάγος αὐτὸν τῆς βασκανίας περιστοιχίζεται φλόξ. Cyrillus Alexandr. in Genes. lib. 4, vol. 1, p. 108: Τὰ ἐκ φθόνου βέλη καὶ τὸ ἐκ τῆς βασκανίας τοῖς νενικημένοις ἐντύφεται πῦρ. Nec raro numero plurali, ut apud Joannem Chrysost. vol. 2, p. 168, B: Φθόνους καὶ βασκανίας καὶ μῖσος ἔτικτε. Nicolaus Progymn. in Rhet. vol. 1, p. 357, 23: Βασκανίαν τὴν συκοφαντίαν ποιούμενος. G. Dindorf.]

[De fascinatione repellenda loc. memorabilis Chrys. t. 3, p. 320, 32: Βόρβορον αἱ γυναῖκες ἐν τῷ βαλανείῳ λαμβάνουσαι τροφοὶ καὶ θεραπαινίδες, καὶ τῷ δακτύλῳ χρίσασαι, κατὰ τοῦ μετώπου τυποῦσι τοῦ παιδίου· κἂν ἔρηταί τις, τί βούλεται ὁ βόρβορος, τί δὲ ὁ πηλός; ὀφθαλμὸν πονηρὸν ἀποστρέφει, φασὶ, καὶ βασκανίαν, καὶ φθόνον. Hase.]

Βασκάνιον, τὸ, Fascinum. Βασκάνιον dicunt antiqui, inquit Phrynichus [p. 86 ed. Lob.], non προσβασκάνιον, cum præp. πρός. Ubi simul observa istam vocem Προσβασκάνιον, quam a nonnullis pro βασκάνιον usurpatam fuisse, ex ejus verbis colligimus. In VV. LL. C βασκάνιον redditur non solum Fascinum, sed et Odium. In Iisd. annotatur ex J. Poll., βασκάνια vocata fuisse Quædam ridicula, quæ ap. vett. fabri ferrarii ante fornaculam appendere solebant, invidiæ avertendæ gratia. Affertur autem ab J. Poll. [7, 108], et in numero singulari, ex Aristoph.: Πλὴν εἴ τις πρίαιτο δεόμενος βασκανίου ἐπὶ κάμινον ἀνδρὸς χαλκέως. Sed ap. J. Poll. pro βασκανίου legitur βασκάνου et βασκανία pro βασκάνια, non sine manifesta depravatione utrobique. [Recte codex Falckenb. βασκάνιον. Explicatius Phrynichus in Bekkeri Anecd. p. 30, 5: Βασκάνιον· ὃ οἱ ἀμαθεῖς προσβασκάνιον. Ἔστι δέ τι ἀνθρωποειδὲς κατασκεύασμα, βραχὺ παρηλλαγμένον τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν, ὃ πρὸ τῶν ἐργαστηρίων οἱ χειρώνακτες κρεμαννύουσι τοῦ μὴ βασκαίνεσθαι αὐτῶν τὴν ἐργασίαν. Fascinum autem illud fuit πήλινος Ἥφαιστος: de quo dixit Lobeckius Aglaoph. p. 971. Strabonem 16, p. 776, addit Schneiderus: Περίκεινται δὲ τοῖς τραχήλοις κογχία ἀντὶ βασκανίων. G. Dindorf.]

Βάσκᾰνος, ὁ, ἡ, Fascinator, Fascinatrix: ὀφθαλμὸς, D Plut. Symp. 5, 7: Περὶ τῶν καταβασκαίνειν λεγομένων καὶ βάσκανον ἔχειν ὀφθαλμὸν ἐμπεσόντος λόγου παρὰ δεῖπνον. [Alciphro 1, 15: Δυσμενὴς καὶ βάσκανος ὁ τῶν γειτόνων ὀφθαλμός. Ubi vid. Bergler. Nicephorus Greg. p. 114, A: Βάσκανον τοῖς ἀγαθοῖς ὀφθαλμὸν ἐπιβάλλειν. Βάσκανοι καὶ γόητες conjuncti apud Strabonem 14, p. 654, et alios, Τελχὶς καὶ βάσκανος apud Synesium p. 570; conf. Bergler. ad Alciphr. 1, 12 ab Schæf. indicatum. G. Dind.] Sic a Virg. dicitur Oculus fascinare, ut antea docui. Apud Plut. De virt. mul. [p. 254, E], Βασκάνου τάφος redditur Fascinationis sepulcrum: in Polycrita, de qua hæc inter alia scribit: Αὐτὴ δὲ πρὸς ταῖς πύλαις γενομένους τοὺς πολίτας, ἀπαντῶντας αὐτῇ, μετὰ χαρᾶς καὶ στεφάνων ὑποδεχομένους καὶ θαυμάζοντας, οὐκ ἤνεγκε τὸ μέγεθος τῆς χαρᾶς, ἀλλ' ἀπέθανεν αὐτοῦ πεσοῦσα πρὸς τὴν πύλην ὅπου τέθαπται· καὶ καλεῖται Βασκάνου Τάφος, ὡς βασκάνῳ τινὶ τύχῃ τὴν Πολυκρίτην φθονηθεῖσαν ἀπολαῦσαι τῶν τιμῶν. Ibi enim quidam interpretatus est Fascinationis sepulcrum (quam interpr. et VV. LL. servarunt), itidem-

que βασκάνῳ τινὶ τύχῃ, Invidi cujuspiam fascinatione. Alii βασκάνου τάφον reddere maluerunt Invidiæ Sepulcrum s. Livoris : sic tamen ut in βασκάνῳ, quod sequitur, Fascinationis et ipsi signif. inesse voluerint. At ego non video cur huic dat. potius quam illi gen. significatio ista tribuenda sit : qua de re dicam et in proxime sequente tmematio, ubi agam de Βάσκανος significante Invidum. Sed et illud suspectum esse possit, quod adjectivo Βασκάνου tribuitur substantivi βασκανίας interpretatio. Quamvis enim dici possit τὸ βάσκανον pro ἡ βασκανία (ut passim adjectivis hunc substantivorum usum dari videmus), non fuerit tamen verisimile βασκάνου itidem pro βασκανίας usurpatum hic fuisse. || Invidus. Plut. in eo loco qui paulo ante allatus fuit, Βασκάνῳ τινὶ τύχῃ, Invida quadam fortuna, Invidia quadam fortunæ. Quidam tamen interpr. Invidi cujuspiam fascinatione : quidam Invidia quadam fortunæ fascinata. Sed non magis crediderim nomini βάσκανος ullam hic subesse Fascinationis signif., quam inest verbo βασκαίνω, in illo Herodiani loco quem paulo ante attuli, Ἐβάσκηνε πάντα καὶ ἀνέτρεψε πονηρὰ τύχη. Redditur etiam Obtrectator, Malevolus. Dem. [p. 307] : Πονηρὸν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πονηρὸν, ὁ συκοφάντης, καὶ πανταχόθεν βάσκανον, καὶ φιλαίτιον. Quo e l. crediderim Harpocr. sumsisse occasionem exponendi ap. eund. Oratorem, Βάσκανον πολίτευμα, φιλαίτιον καὶ συκοφαντικόν· [p. 262] : Βάσκανον δὲ καὶ πικρὸν καὶ κακόηθες οὐδέν ἐστι πολίτευμα ἐμόν. In genere fem. ap. Aristoph. Πλ. [571] : Οὐ ψεύδει τούτων γ' οὐδὲν, καίπερ σφόδρα βάσκανος οὖσα. [Βάσκανον καὶ συκοφάντην conjungit Strabo 14, p. 640. Δύσκολος καὶ βάσκανος Plutarch. V. Fabii c. 26. Βάσκανος καὶ πικρὸς, quod ex Demosthene citat Stephanus, ex Philone attuli in Βασκανία, nec rarum apud alios est. Sic Manetho 5, 102 : Ἡ Παφίη δὲ πικρὴ καὶ βάσκανός ἐστ' ἐπὶ λέκτροις. Basilius vol. 2, p. 92, A : Βάσκανός εἰμι καὶ πικρὸς καὶ ἐπιτρίβει με τὰ τοῦ φίλου καλά. Βάσκανος Ἐρινὺς Dionysius Halic. Ant. R. 9, 45. Plutonem et Parcas βασκάνους appellant poetæ : v. Jacobs. ad Antholog. vol. 6, p. 189; vol. 12, p. 267. Βάσκανος ἀκοὴ Eustathius Epist. p. 347, 17. Βάσκανος λίθος Æmilianus in Antholog. Palat. 9, 756. Quod φθονερὴ λίθος dixit Addæus ibid. 544. Hos versus attulit Schæf., qui superlativi exemplum addit ex loco comici apud Plutarch. Moral. p. 469, B; 515, D : Ἄνθρωπε βασκανώτατε. Prava scriptura Βάσκαινος est in inscriptione Pontica apud Bœckh. vol. 2, p. 126, 31 : Βασκαίνου δαίμονος. G. Dindorf.]

[Βασκαντικός. Vid. Βασκανητικός.]

[Βάσκαντρον, Fascinus. Gl.]

Βασκάνως Invide, Invido animo, φθονερῶς. [Joseph. A. J. 11, 4, 9 : Ἀπεχθῶς πρὸς αὐτοὺς καὶ βασκάνως διακείμενοι. Scott.]

Βασκαρίζειν, Cretenses dicere pro σκαρίζειν, tradit Hesych. Dicitur et Ἀσκαρίζειν pro eod.

[Βάσκας· ὀρνεόν τι, Hesychius. Id aut Βασκὰς scribendum aut Βασκᾶς. Eodem accentus vitio ap. Aristot. H. A. 8, 3, libri partim βάσκας partim βόσκας. Quod ap. Aristoph. Avium v. 885, inter ἐλεᾷ et ἐλασᾷ positum legitur βάσκᾳ, in βασκᾷ mutandum videtur. Nam quod scholiasta scribit : Ἡ βάσκα καὶ καταρράκται εἰσὶ παρὰ Καλλιμάχῳ ἀναγεγραμμέναι, eo minoris momenti est, quod is etiam καταρράκτας, qui masculino genere dicuntur, pro feminino videtur habuisse. Βασκᾶς autem avis ex genere anatino est, de quo vide in Βοσκὰς et Φασκὰς sive Φασκᾶς. G. Dindorf.]

Βασκευταὶ Hesychio sunt φασκίδες, ἀγκάλαι. [Latinum *fascis* comparat Sopingius.]

[Βάσκη, ἡ.] Βάσκα ponitur pro βασκανία, si Hesychii exempl. non mentiuntur. In iis enim scriptum est, Βάσκα, μακέλη, βασκανία. Sed suspicor βασκανία cum illis verbis jungi non debere : seorsim enim ab Hesych. cum sua expositione scriptum fuisse. Apud eund. legitur Βάσκας, sed pro Quodam avis genere. [Cum Hesychii glossa Salmasius ad Tertullian. De pallio p. 123, alteram ejusdem grammatici contulit, Μάσκη· δίκελλα, et alia vocabula memoravit, in quibus similiter inter β et μ variatur. Recte : nam conjectura ab Lobeckio in Aglaoph. p. 175 laudata, δείκηλα pro δίκελλα, speciosior quam verior est. Significat igitur βάσκη et μάσκη ligonem. Nam βάσκη, non βάσκα, esse scribendum altera glossa evincit : μακέλη autem in μάκελλα mutandum. Quod in fine additum est βασκανία, nihil cum hac glossa commune habet. De avis nomine Βάσκας vide supra. G. Dind.]

Βάσκιλλος, Hesychio κίσσα, Pica.

Βάσκιοι, Hesychio sunt δέσμαι φρυγάνων, Sarmentorum fasciculi.

[Βάσκισα, τὰ, Bascisa, mons Marmaricæ. Ptolemæus Geogr. 4, 5. G. Dindorf.]

Βασκισμὸς, ὁ, Saltatio, VV. LL. [Corruptum ex Βαυκισμός. G. Dindorf.]

Βάσκον, Hesych. affert pro χῶρον.

Βασκοσύνη, ἡ, Fascinatio, Fascinum, VV. LL. [Poeta de viribus herbarum apud Fabricium Bibl. Gr. vol. 2, p. 638, v. 51, de pentadactylo : Πρός τε φόβους καὶ βασκοσύνας καὶ δαίμονας ἐχθροὺς ἔστιν ἄκος πανάριστον. Similiter in Nothis Dioscoridis p. 477, 478. Angl. Ex poeta illo nunc ex codice Vindob. integrius edito alterum accedit exemplum v. 210 : Βασκοσύνης ἕνεκεν. G. Dindorf.]

Βάσκω, poet. pro βαίνω, ut Il. [B, 8] : Βάσκ' ἴθι, οὖλε ὄνειρε· quæ posita sunt ἐκ τοῦ παραλλήλου, q. d. Proficiscere, vade. [Hoc monuerunt præter Gellium 13, 24, Eustathius et scholiastæ ad h. l. contra Tyrannionem, qui ὑφ' ἓν scribi volebat βάσκιθι. Βάσκ' ἴθι ex Apollonio Rh. 3, 486, indicat Schæfer. Apud tragicos βάσκειν bis legitur, in Persis Æschyli v. 664, 671, ubi βάσκε. Composito διαβάσκει utitur Aristophanes, sed in versu tetrametro anapæstico Avium 486. Hesychius : Ἔβασκεν· ἐπορεύετο. G. Dind.] || Βάσκειν Hesychio non solum πορεύεσθαι et ἀνίστασθαι, sed etiam λέγειν et κακολογεῖν, quod tamen φάσκειν potius dicitur. Idem et pass. Βάσκου affert, usurpatum pro πορεύου. [Passivum hic et alibi sæpissime pro medio dicit H. St. Hesychii autem glossa Βάσκου· πυρεύου vitiosa videtur esse repetitio superioris glossæ Βάσκε· πορεύου. G. Dindorf.]

[Βασμίς. Vid. Βαθμίς.]

[Βασμός. Vid. Βαθμός.]

[Βᾶσσα forma Dorica v. Βῆσσα, quod vide.]

Βασσαῖος, αία, αῖον. Βασσαίας, ita enim malo quam βασσέας, assentiente serie alphabetica, Hesychius dici ostendit τὰς ἐν βήσσῃ γεγονυίας : addens, βήσσας dixisse τοὺς κοίλους καὶ δενδρώδεις τόπους, s. τοὺς βασίμους τῶν ὀρῶν· i. e. Loca cava et arboribus densa, vel Loca in montibus, per quæ gradi possumus.

Βασσάρα s. Βασσάρη, ἡ, Nomen ὑποδήματος cujusdam, ita dicti παρὰ τὸ τῇ βάσει ἀρηρέναι : ut Lex. meum vet. et Etym. tradunt. Hesychio vero auctore βασσάραι fuerunt χιτῶνες, οὓς ἐφόρουν αἱ Θρᾴκιαι βάκχαι, Tunicæ, quas gestabant Thracicæ bacchæ [alii Lydis hoc vestimenti genus tribuunt : de quo Jablonsk. infra in Βασσαρίς] : forsan e vulpinis pellibus : quia βασσάραι dicuntur etiam αἱ ἀλώπεκες, s. ἀλωπέκων τινὰ εἴδη, ut Lycophr. Schol. [771] tradit. Pro quibus ap. Etym. hæc inverso ordine leguntur : Λέγονται Βασσάραι αἱ Θρᾴκιαι βάκχαι· χιτῶνας οὖν ἐφόρουν ἀπὸ τοῦ βάκχου Διονύσου, ἀπὸ τῶν βησσῶν. Sed non sine mendi suspicione : quantum quidem attinet ad postrema illa vv., ἀπὸ τοῦ βάκχου Διονύσου, ἀπὸ τῶν βησσῶν : nam quod ad prius attinet, βασσάρας dici τὰς βάκχας, confessum est; paulo ante enim et ipse ex Orione annotarat βασσάραν proprie signif. τὴν βάκχην : et Lycophr. Schol. eod. modo. [« Etymologus ita corrigi potest, Λέγονται βασσάραι χιτῶνες οὓς ἐφόρουν αἱ Θρᾴκιαι βάκχαι, ἀπὸ τοῦ βασσάρου Διονύσου, ἢ ἀπὸ τῶν βησσῶν. Huic emendationi favet aliquatenus Ms. Dorvillianus, qui postrema sic exhibet, ἀπὸ τοῦ β. διον. ἢ ἀπὸ τῶν βησσῶν. Voces βασσάρου Διονύσου reperiuntur conjunctæ apud Clement. Alex. Cohort. p. 19, 12 : Ὄργιον Διονύσου βασσάρου. Nam locutio βάκχου Διονύσου, quamvis per se non damnanda, aliena ab hoc loco. » Gaisford. ad Hephæstion. p. 70. Recte Gaisfordius. Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 222, 26 : Βασσάραι· χιτῶνες, οὓς ἐφόρουν αἱ Θρᾴκιαι βάκχαι, καλούμενοι οὕτως ἀπὸ τοῦ βασσαρέως Διονύσου. Ἦσαν δὲ ποικίλοι καὶ ποδήρεις. Unde Etym. βασσαρέως restituendum. G. Dind.] Quinetiam ex Athen. 5 [p. 198], idipsum patet; is enim in Bacchicæ cujus-

dam pompæ descriptione, Μετὰ δὲ ταῦτα, inquit, μαχέται, αἱ καλούμεναι μιμαλλόνες, καὶ βασσάραι καὶ λυδαὶ, καταχεχυμέναι τὰς τρίχας, καὶ ἐστεφανωμέναι, τινὲς μὲν ὄφεσιν, αἱ δὲ σμίλαξι καὶ ἀμπέλῳ καὶ κισσῷ· κατεῖχον δὲ ταῖς χερσὶν, αἱ μὲν, ἐγχειρίδια, αἱ δὲ, ὄφεις. Eust. vero [p. 989, 31 et Eudocia p. 87] βασσάρας esse dicit τὰς εἰρημένας τοῦ Διονύσου τροφοὺς, ita nominatas διὰ τὸ βάσιν ἐπ' ἀρᾷ ποιεῖσθαι διὰ τὸ μανιῶδες : ut et paulo ante dixerat τὰς περὶ Βάκχον, s. τὰς τοῦ Βάκχου τιθήνας, dictas fuisse βασσάρας, λυδὰς, μαχέτας, et μιμαλλόνας : allegorice autem τὰς ἀμπέλους. [Βασσάρας et βάκχας distinguit Artemidorus 2, 37, p. 216 : Ὁ δὲ χορὸς ὁ περὶ τὸν Διόνυσον, οἷον βάκχοι καὶ βάκχαι καὶ βασσάραι. G. Dind.] Proprie itaque βασσάρα signif. τὴν βάκχην : ex hoc vero βασσάρα dicta est ἡ κατωφερὴς καὶ πόρνος γυνὴ, ut Etym. et Lex. meum vet. tradunt, sed ille gemino σ scriptum habens eam v., hoc simplici. Ita vero Lycophr. usum esse dicunt : cujus vv., ad quæ respiciunt, hæc sunt in Alexandra, de Penelope Ulyssea [771]: Ἡ δὲ βασσάρα Σεμνῶς κασωρεύουσα κοιλανεῖ δόμους Θοίναισιν, ὄλβον ἐκχέασα τλήμονος. Ubi Tzetz. quoque annotat, βασσάραν alias dici τὸν βολβὸν, καὶ τὸ ὕδνον, καὶ εἶδος ἀλώπεκος, καὶ τὴν βάκχην : h. autem in l. τὴν πόρνην : quod patet etiam e sequenti κασωρεύουσα, quod est πορνεύουσα, ut et Duris Samius scribit τὴν Πηνελόπην συγγενέσθαι πᾶσι τοῖς μνηστῆρσι. Vocat igitur eam βασσάραν, quod veluti furore quodam in libidines rueret, ut αἱ βάκχαι, quæ βασσάραι dicuntur, Bacchico quodam et lymphato furore perhibentur agitatæ fuisse. Rursum Etym. et hunc senarium affert, sed sine auctoris nomine, Τῆς παντομόρφου βασσάρας λαμπυρίδος. Ubi βασσάραν pro Vulpe accipi patet e duobus illis epithetis παντομόρφου et λαμπυρίδος : quorum illud ei ab omniformi versutia, hoc vero ab albicante et nitente cauda, a qua et λαμπουρὶς nominatur, inditum est. [Versus ille Lycophronis est 1393, ubi non de vulpe agitur, sed de Mestra, Erysichthonis filia. Βασσάρας Scholiasta recte explicat τῆς κατωφεροῦς καὶ πόρνης. G. Dind.] Nec vero βασσάρα solum nominatur illa ipsa Vulpes, sed et Βάσσαρος : nam, ut Etym. refert, λέγεται Βάσσαρος ἡ ἀλώπηξ κατὰ Ἡρόδοτον. Itidemque Suid. βάσσαρος, inquit, ἀλώπηξ κατὰ Ἡρόδοτον. [Βάσσαρος apud Herodotum non legitur, sed βασσάρια, de quo paullo post. G. Dind.] Pro quo Βάσσαρος Hesych. habet Βασσαρίς : sic nimirum scribens, Βασσαρὶς, ἀλώπηξ, καὶ Βασσάρη, ita enim pro βασσάτη reponendum videtur, quod in vulg. ejus Edd. legitur, παρὰ Κυρηναίοις. [Codex βασ-σα.] Ac præterea apud Eund. est posses. Βασσάρειος ab eodem βασσάρα s. βασσάρη signif. Vulpem. Βασσάρεια, inquit, τὰ ἀλωπέκεια οἱ Λίβυες λέγουσι, i. e. Vulpina. [Recte Heinsius Βασσάρια ex Herodoto 4, 192, et ἀλωπέκια Alberti.] Ut vero ad Βασσαρὶς redeam, sciendum est ipsum demin. signif. non solum τὴν βασσάραν τὴν ἀλώπεκα, sed etiam τὴν βασσάραν τὴν βάκχην : ut Etym et Lex. meum vet. testantur. Βασσαρίδες, inquiunt, αἱ βάκχαι· παρὰ τὸ διάγειν ἐν βήσσαις, ὅ ἐστιν ὀρεινοῖς τόποις, ἢ παρὰ τὸ βασσάρη τὸ λεγόμενον ὑπόδημα : sed præpostere etymologias has accommodantes derivato βασσαρὶς, quum primitivo ipsius βασσάρα deferre eas debuissent. Adhæc ut βασσάρα dicitur ἡ πόρνη, ita et βασσαρὶς a Suid. exp. ἑταίρα, πόρνη, afferente ex Epigr. [Agath. 27]: Βασσαρὶς Εὐρυνόμη σκοπελοδρόμος, ἥ ποτε ταύρων Πολλὰ τανυκραίρων στέρνα χαραξαμένη. [Anacr. ap. Heph. p. 69 : Διονύσου σαῦλαι Βασσαρίδες. Βασσαρίδες Æschyli tragœdia fuit, secunda tetralogiæ Lycurgeæ fabula : v. Schol. ad Aristoph. Thesm. 135. Plurima apud Nonnum exempla sunt, ex quibus unum attulit Schæfer. 46, 147 : Βασσαρίδων ἀπέδιλος ἔην κεμαδοσσόος ἄγρη. G. Dind.] Præterea a βασσάρα, Baccha, est possess. Βασσαρικὸς, ἡ, ὸν, i. q. Βακχικὸς, Bacchicus : ut accipi videtur in Epigr. [Phalæci 3] : Στρεπτὸν βασσαρικοῦ ῥόμβον θιάσοιο μύωπα· ubi tamen Suid. exp. πορνικοῦ. Idem sane Suid. βασσαρικὰ esse dicit i. q. Διονυσιακὰ, quum tradit Soterichum sub Diocletiano imperatore scripsisse Βασσαρικά. Sed et Dionys. Afer, cujus Περιήγησις etiamnum exstat, Βασσαρικὰ scripsisse fertur, ut Eust. in ejus vita refert. Atque adeo Steph. B. ea Dionysii

A Βασσαρικὰ citat v. Εὐρύσθεια, et v. Μαλοί. Ibi enim e Dionysii Βασσαρικῶν 1 refert Μαλοὺς fuisse ἔθνος Ἰνδικὸν τῶν ἀνθεστηκότων τῷ Διονύσῳ μετὰ Δηριάδου. E quibus vv. satis liquet Βασσαρικῶν argumentum esse res a Baccho gestas : de quibus et Nonni Διονυσιακά. [De Bassaricis Dionysii vid. Bernhardy ad Dionys. Perieg. p. 492, 507, 515. G. Dindorf.]

[Βασσαρεὺς, έως, ὁ, cognomen Dionysi. Cornutus c. 30, p. 219 Gal. : Καὶ βασσαρέα καλοῦσιν (Dionysum) ἀπὸ τοῦ βάζειν. Alium locum indicavi in Βασσάρα. Horatius Od. 1, 18, 11 : Non ego te, candide Bassareu, invitum quatiam. Macrobius Saturn. 1, 18. Βάσσαρον dixit scriptor hymni Orphici 44, 2, et Clemens Alex. de quo supra in Βασσάρα. G. Dindorf.]

[Βασσαρέω, Bacchor. Anacreon ap. Athen. 10, p. 427 : Ὡς ἀνυβριστὶ ἀνὰ δεῦτε βασσαρήσω. Schneider.]

[Βασσάρη, Βασσαρικὸς, Βασσάριον. Vid. Βασσάρα.]

[« Βασσαρὶς, ίδος, ἡ, genus vestimenti apud Lydos. Scholiastes Horatii Od. 1, 18, 11 : « Bassaris est genus vestis, ad pedes usque demissæ, dictæ a Bassara, loco
B Lydiæ, ubi fit. » Et sic etiam Pollux 7, 59 : Λυδῶν δὲ Βασσάρα χιτών τις Διονυσιακὸς ποδήρης. Alii Thracibus tribuunt et Bacchis Thracicis. (Vide Βασσάρα.) Potuit Lydis et Thracibus commune hoc fuisse vestimentum, atque ex pellibus vulpinis confectum fuisse. Græci ἀλωπεκέας istas vestes dicerent. Ejusmodi galeas habuisse Thraces, Herodotus narrat 7, 75 : Θρήϊκες ἐπὶ μὲν τῇσι κεφαλῇσι ἀλωπεκέας ἔχοντες. Bassares autem sunt vulpes. Non autem hæc vox est Græca, sed Thracica, et fortasse etiam Lydia. Prius docet Scholiastes Persii Sat. 1, 101 : Quidam, ait, a vulpibus, quarum pellibus Bacchæ succingebantur. Vulpes Thraces Bassares dicunt. Istiusmodi autem vestimenta Hunnis, Scythis, Parthis, Thracibus aliisque gentibus fuisse usitata, viri docti jam pridem observarunt. » Ex Jablonskii Opusc. vol. 3, p. 83. || De duabus aliis significationibus, Baccha et Meretrix, dictum in Βασσάρα.]

[Βάσσαρος, ὁ, Vulpis, ex Herodoto afferunt grammatici supra in Βασσάρα indicati. Qui in errore ver-
C santur : nisi forte βάσσαροι invenerunt ubi nunc βασσάρια legitur, 4, 192. || Βάσσαρος Διόνυσος. Vide Βασσαρεύς. G. Dindorf.]

[Βασσαχεῖται, οἱ, Bassachitæ, populus Marmaricæ. Ptolemæus Geogr. 4, 5. Ubi Βασσαχῖται scribendum ex codice Coislin. apud Montef. Bibl. Coisl. p. 668. G. Dindorf.]

[Βασσιάδαι. Vid. Βασσίδαι.]

[Βασσίδαι, οἱ, Bassidæ, Bassi progenies. Nomen gentis Ægineticæ apud Pindar. Nem. 6, 53. De quo vid. Mueller. Æginet. p. 138; Scholiasta Pindari forma Βασσιάδαι utitur. G. Dindorf.]

[Βάσσος, ὁ, Bassus. De viris qui hoc nomen gesserunt disseruit Barkerus in Diario classico Londin. fasc. LX, LXI, LXII. Ab nomine Βάττος nonnisi forma differre conjicit Bœckh. Inscript. vol. 1, p. 588; 2, p. 213. G. Dindorf.]

Βάσσος, τὸ, i. q. βῆσσα, ἡ, ut Hesychius [Βάσσος· οὐδετέρως ἡ βῆσσα] et Etym. [p. 191, 1] testantur. [Βήσσεα ποιήεντα apud Homer. hymn. in Ven. v. 99,
D lectum Ruhnkenius in πίσεα recte mutavit Epist. crit. 1, p. 53. G. Dindorf.]

Βάσσων, irregularis comparativus est a βαθὺς, ut θάσσων a ταχὺς, βράσσων a βραδὺς vel βραχύς : unde ap. Epicharmum βάσσον χωρίον pro βαθύτερον s. βάθιον, h. e. εὔγειον. [Apud Etymol. M. p. 191, 8, et Herodian. Περὶ μονήρους λέξεως p. 37, 11. G. Dindorf.]

Βαστὰ Itali vocant ὑποδήματα, ut tradit Hesych. [Non Ἰταλοὶ, sed Ἰταλιῶται, h. e. magnæ Græciæ incolæ. G. Dindorf.]

Βαστἄγὴ, ἡ, Hesychio βάρος : forsan pro Onere, quod bajulatur. [Gl. Βασταγή· Devectio. V. Ducangium.]

Βάσταγμα, τὸ, Onus, quod portatur. Gall. *la portée*. [Eur. Suppl. : Δεινὸν μὲν ἦν βάσταγμα. Plutarch. Moral. p. 59, B : Παρρησίαν ὥσπερ ἐξαίρετον βάσταγμα φιλίας. Joseph. A. Jud. 6, 9, 1 : Δόρυ δὲ ἦν οὐ κοῦφον βάσταγμα· 9, 19, 2 : Εἶναι βαρὺ βάσταγμα βασιλείαν. Scott. Eustathius Opusc. p. 340, 1 : Θατέρᾳ μὲν ταῖν

χεροῖν ὀχῶν ἔτι τὸν τίμιον χάρτην εἰς βάσταγμα. Tafel. Ὑποστήριγμα καὶ οἱονεὶ βάσταγμα τῆς κοίλης φλεβὸς Theophilus Protosp. p. 837. Weigel.]

[Βασταγμὸς, ὁ, Gl. Bajulatio. Symm. Ps. 80, 7. Angl.]

Βαστάζω, [fut. άσω], Porto, ut bajuli onera portantes. Aristot. De mundo [p. 400, 2] : Βαστάζειν γέροντας ἐπὶ τῶν ὤμων. Hinc οἱ βαστάζοντες, qui Bajuli Cic., Geruli Gellio. Scribit tamen Suid. βαστάζειν Att. non esse ἆραι, sed Rem aliquam manu contrectando ejus pondus explorare. Miror autem ab eo in hujus signif. exemplum non afferri Od. Φ, [405] : Αὐτίκ' ἐπεὶ μέγα τόξον ἐβάστασε καὶ ἴδε πάντη. Hic enim, ut opinor, signif. Eum manibus versasse arcum, aut ejus pondus sc. aut aliud explorantem. At Eust. ἐβάστασε dictum esse tradit κοινότερον, aliud non addens. Suid. βαστάζω exp. etiam δοκιμάζω, non solum in Βαστάζω, sed et in Ἐβάστασε : quam signif. ab illo, quem dixi, explorationis modo ad alios translatam existimo. Vide Διαβαστάζω. [Suidæ glossa ἐβάστασε est ex Aristoph. Thesm. 438 : Πάντα δ' ἐβάστασεν φρενί. Æschylus Prom. 888 : Ἐν γνώμᾳ τόδ' ἐβάστασε. Polyb. 7, 13 : Πᾶν ἐβάσταζε πρᾶγμα καὶ πᾶσαν ἐπίνοιαν ἐψηλάφει. Angl.] || Pro Sepelio, e Soph. affertur : [hoc effictum videtur ex Ajacis v. 827 : Ὥς με βαστάσῃ πεπτῶτα τῷδε περὶ νεορράντῳ ξίφει, ubi βαστάσῃ nihil aliud est quam Tollat. G. Dind.] sicut et συγκομίζειν hac in signif. ab eo [Ajac. 1048] poni scribit Schol. [Βαστάζω, Tollo, Porto. Homer. Il. Λ, 594 : Σίσυφον ... λᾶαν βαστάζοντα πελώριον ἀμφοτέρῃσιν. Sophocl. Electr. 1129 : Νῦν μὲν γὰρ οὐδὲν ὄντα βαστάζω χεροῖν. Euripid. Alcest. 19 : Γυναικὸς, ἣ νῦν κατ' οἴκους ἐν χεροῖν βαστάζεται. Rhes. 274 : Μάχας πρὸ χειρῶν καὶ δόρη βαστάζομεν. Iph. Aul. 36 : Δέλτον τήνδ', ἣν πρὸ χερῶν ἔτι βαστάζεις. Artemidorus 2, 68, p. 249, a Wakefield. indicatus : Ἐπὶ δίφρου βασταχθῆναι. Aristoteles Rhet. 3, 12 : Βαστάζονται δὲ οἱ ἀναγνωστικοὶ, « feruntur, probantur qui inter legendum delectant ». Μισθὸν ἔφερες apud Aristoph. Acharn. 137 Scholiasta interpretatur ἐλάμβανες, ἐβάσταζες, ut solent recentiores scriptores βαστάζειν et φέρειν perinde habere. Sic ὄνομα βαστάσαι Cyrillus Hieros. p. 204, B. Εἰκόνα θεοῦ βαστάζειν corpus hominis dicitur in Clement. Homil. in Cotelerii Patr. vol. 1, p. 692. Nicephorus Greg. p. 61, D : Διάπυρόν τινα ζῆλον ἐν καρδίᾳ βαστάσασιν. Distinxit Joannes Xiphilinus in Matthæi Anecd. vol. 2, p. 35 : Ὁ παράλυτος πρὸς τὸν Χριστὸν φέρεται βασταζόμενος· et paullo post βαστάζοντες αὐτὸν ἔφερον. || Interdum solam contrectandi significationem habet. Æschyl. Agam. 34 : Χέρα βαστάσαι χερί. Ubi Blomfieldus comparat Sophocl. Œd. Col. 1105 : Τὸ μηδαμὰ ἐλπισθὲν ἥξειν σῶμα βαστάσαι δότε. Eurip. Alc. 917 : Φιλίας ἀλόχου χέρα βαστάζων. || Extollo, Illustrem facio. Pindarus Ol. 12, 27 : Θερμὰ Νυμφᾶν λουτρὰ βαστάζεις. Ubi schol. ὑψοῖς καὶ ἐπαίρεις. Isthm. 3, 14 : Χρὴ δὲ κωμάζοντ' ἀγαναῖς Χαρίτεσσιν βαστάσαι. || E medio tollo, Aufero, Asporto. Hunc usum Atticis abjudicat Suidas in βαστάσας, Βαστάσαι οὐ τὸ ἆραι δηλοῖ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, ἀλλὰ τὸ ψηλαφῆσαι καὶ διασηκῶσαι καὶ διασκέψασθαι τῇ χειρὶ τὴν ὁλκήν. Athenæus 15, p. 693, E : Βασταχθῆναι τὰς τραπέζας, quod usitatius dicitur αἴρεσθαι vel ἀφαιρεῖσθαι τραπέζας : vide Wyttenb. ad Plutarch. vol. 6, p. 939. Idem Athenæus 2, p. 46, F : Βασταχθέντος τοῦ μέλιτος, ablato melle. Suidas : Βασταχθείη· ἀρθείη, κλαπείη. « Ὁ δὲ Λακύδης σφραγισάμενος διὰ τῆς ὀπῆς τὸν δακτύλιον ἐρρίπτει, ὡς μηδέποτε αὐτοῦ περιαιρεθείη καί τι βασταχθείη ». Ex Diogene L. 4, 59, ubi paullo post eodem sensu ἐβάσταζον, ad quod vid. Menag. et, quem Schæf. affert, Villoison. ad Longum p. 15; Huet. in Orig. Comm. in Matth. 11, 9, addit Routh. Proclus apud Photium Bibl. p. 322, 10 : Βαστάσαντες τῶν τριπόδων ἕνα. Alexander Trall. 3, p. 176 : Ἀτρέμα βαστάξας τὸ ἐπικείμενον ἔριον· et similiter ibid. p. 202. Paulus Ægin. 7, p. 267, 5 : Βαστάσας ἀπὸ τοῦ πυρὸς τὴν χύτραν. Insolentius Appianus de B. C. 1, 56 : Ὁ Σύλλας ἐπελθὼν ἐβάστασε τὴν ἀργίαν, sustulit ferias, quod paullo post dicitur ἀναιρεθείσης τῆς ἀργίας. Quod notavit Wakef. In Alexandri Trall. loco notanda Aoristi forma βαστάξας. Clement. Homil. in Cotelerii
A Patr. vol. 1, p. 640 : Ὃν διὰ τοὺς καμάτους βαστάξαντες ἠνέγκαμεν πρὸς ὑμᾶς. Apophthegm. Patr. in Cotelerii Monum. vol. 1, p. 819 : Βαστάξαι τὸν κόπον. Mauricius in Strategico p. 83 : Τοὺς κόντους ἄνω βαστάξειν. Sed βαστάσαι ibid. p. 97, 212, 295. Exempla nonnulla ex libris V. T. attulit Schleusner. in Thesauro V. T. G. Dindorf.]

[Βαστακτέος, α, ον, Ferendus. Schol. Aristoph. Ach. 258. Scott.]

[Βαστακτὴς, Bajulator. Gl.]

[Βαστακτικῶς, Bajulantis modo. Moschopulus Περὶ σχεδῶν p. 43, 190. Boisson. Schol. Æschyli Agam. 243 ab Scotto indicatus, ἀέρδην· βαστακτικῶς. Βαδιστικῶς in βαστακτικῶς corruptum vide sub Βαδιστικῶς. G. Dindorf.]

[Βαστακτὸς, ἡ, ὸν, Portatus, Portandus, Ferendus. Meleager 7, 5 : Ἐμοῖς βαστακτὸς ἐπ' ὤμοις. Angl. Hesychius in Οὐ φορητὸν et in Ὑποιστά. Dahler.]

[Βάσταξ, ὁ, i. q. βαστακτὴς, Bajulator. Theoph. Protosp. 4, 1 : Οἱονεὶ δὲ βάσταξ τῆς κεφαλῆς ὑπάρχει
B ὁ τράχηλος. Alterum exemplum præbet compositum νεκροβάσταξ, quod v. Angl.] || Βάστακας Hesych. dici scribit τοὺς πλουσίους καὶ εὐγενεῖς, Divites et nobiles, Opibus et genere claros. Itidemque Etym. [p. 191, 13.]

[Βαστάρναι, οἱ, Bastarnæ, ἔθνος ὑπὲρ τὸν Ἴστρον οἰκοῦν. Διονύσιος (Perieg. 304), Stephanus Byz. Βαστάρνης πεντάπηχυς Athen. 5, p. 213, B. Βαστέρναι Memno apud Photium Biblioth. p. 233, et Zosimus 1, 71. Quam formam apud Laurentium Lydum De ostentis p. 192, 258, præbet codex Paris. : sed Βαστάρνων apud eundem p. 92, quod Βασταρνῶν recte scribit Hasius p. 325. Eadem fluctuatio codicum inter *Bastarnæ* et *Basternæ* in scriptoribus Latinis. G. Dind.]

[Βασταρνικὸς, ἡ, ὸν, Bastarnicus. Strabo 7, p. 296 : Βασταρνικὰ ἔθνη. G. Dindorf.]

[Βάστας, ὁ, Bastas. Hesych. : Βάστας ὁ Χῖος· Δημοκρίτου ἐπώνυμον, καθὰ καὶ Εὔπολις ἐν Βάπταις. Ἔστι δὲ ἱστοριογράφος. Ubi Vossius Luciani locum affert Pseudolog. 3 : Δόξαν ἔχεις ... ὑπὲρ τὸν Χῖον ἐκεῖνον Βά-
C σταν. Democritum non Abderitam, sed musicum Chium intelligi, memoratum ab Diogene L. 9, 49, monet Hemsterhusius. De proxima Hesychii glossa : Βάστα Κάρας, vide in Βάτα. G. Dindorf.]

[Βάστειρα. V. Μάστειρα.]

[Βαστέρναι. V. Βαστάρναι.]

[Βάστρακες vel Βάστραχες. V. Βαστραχηλίζω.]

[Βαστραχηλίζω, Collum resupino.] Βαστραχηλίζει Hesychius explicat τραχηλίζει, subjungens, Bœotos βάστραχας dicere τοὺς τραχήλους. Eadem tradit Etymologus [p. 191, 11 : Βαστραχαλίσαι· τραχηλιάσαι. Βάστραχας γὰρ τοὺς τραχήλους λέγουσι. Quocum consentit Suidas, nisi quod βαστραχαλῆσαι vitiose scriptum habet. G. Dind.]; at Lex. meum vet. sic habet : Βαστραχηλιάσαι, τραχηλιάσαι. Βάστραχας γὰρ τοὺς τραχήλους λέγουσι.

Βασυνίας, ὁ, sub. ἄρτος vel πλακοῦς, dicitur ἑφθὸν πύρινον σταῖς σὺν μέλιτι, ut Athen. refert 14, [p. 645], in sermone de placentis : ubi etiam hæc verba affert ex Semo, Deliadis libro 2, ἐν τῇ τῆς Ἑκάτης νήσῳ τῇ
D Ἴριδι θύουσι Δήλιοι τοὺς βασυνίας καλουμένους, Placentas quæ basyniæ dicuntur, id est placentas ex massa farinæ triticeæ cum melle.

[Βατὰ, ῶν, τὰ, Bata, pagus et portus Sarmatiæ. Strabo 11, p. 496, 497. G. Dindorf.]

Βάτα Κάρας, Proverbialiter ἐπὶ τῶν παχέων καὶ δυνατῶν dici Suid. ait, qui et κατὰ διαστολὴν leg. hæc duo vv. addit. Erasmus ἀδυνάτων legit, ut qui de pinguibus et impotentibus dictum esse scribat. Idemque putat v. esse comp. e βατὰς, quod Hesych. ap. Tarentinos signif. Pronum indicat, et κάρα, Caput : atque ita dici in hominem tardi ingenii : quia capite esse dejecto, hebetioris ac segnioris animi signum esse solet. Forsan aliquid huc confert βάστα κάρας apud Hesychium. [« Hoc proverbium Ruhnkenius restituit Joanni Siceliotæ in scholiis in Hermogenem : Καὶ Διονύσιος ὁ Ἁλικαρνασεὺς καὶ Σμυρναῖος ὁ Ἀριστείδης περὶ ἰδεῶν τε καὶ τέχνης γράψαντες βάτα κάρας ἡ παροιμία φησί. In Ms. erat βούτα. Βάτα κάρας ποιεῖσθαί τι vel γράφειν est quod Latini dicunt *crassa Minerva*.

De ipso proverbio Appendix Proverb. Vaticana : Βάτα Κάρας. Ἐπὶ τῶν παχέων λέγεται τοῦτο. Τινὲς οὖν ἐνόμισαν ἓν ὄνομα τοῦτο εἶναι, καὶ ἐχρήσαντο τῇ παροιμίᾳ ἐπὶ τῶν παχέων· ἔστι δὲ υἱὸς ὁ Κάρας τοῦ Βάτα, ὡς ἐν τῷ Ἡραίῳ τῷ Σαμίῳ ἐπιγέγραπται.... Huc etiam pertinet locus Hesychii : Βάστα Κάρας· δύο ταῦτα ὀνόματα· ἐπιγέγραπται δὲ ἐπὶ ἀναθήματος ἐν Σάμῳ ἐν τῷ τῆς Ἥρας ἱερῷ οὕτω, Βάστα Κάρας Σάμιος τήνδ' Ἥρῃ θήραν ἔθηκε· qui versus satis docet, Hesychium aliosque grammaticos, qui Βάστα Κάρας pro duobus nominibus acceperint, graviter errare. Etenim si Caras est Bastæ filius, Βάστα est genitivus Doricus, qui, optime observante Ruhnkenio, non corripi debebat, sed produci. Est igitur Βασταχάρας, saltem apud Hesychium, unum nomen ». Kœn. ad Gregor. Cor. p. 125. In scholio ad Hermogenem quum codex βούτα præbeat, fortasse Βάτου potius scribendum quam Βάτα, quemadmodum in Appendice Vaticana codex Ms. bis βάτου habet pro Βάτα : vide Schott. ad Adag. p. 381. De Hesychio multum fallitur Kœnius : neque enim numeris inclusa fuit inscriptio illa Samia, sed prosa oratione scripta, servandaque codicis lectio : Ἥρῃ τήνδε θήρην ἀνέθηκε, quam Kœnius tacite interpolavit. Quod Suidæ restitui voluit Erasmus ἀδυνάτων pro δυνατῶν, id ipsum præbet Apostolius 5, 39, p. 56 : sed in δυνατῶν consentit grammaticus a Bastio ad Gregor. l. l. ex codice SGerm. 177 citatus, Βάτα Κάρας· ἐπὶ τῶν παχέων καὶ δυνατῶν, ἢ ἐπὶ τῶν ἀναισθήτων· εἴρηται δὲ ἀπὸ ἐπιγραφῆς οὔσης ἐν Σάμῳ ἐν τῷ Ἡραίῳ, καταπλανησάσης ὑπ' ἀγνοίας τοὺς ἀναγνόντας. Ἐπέγραφον γὰρ πατρόθεν προτάσσοντες τὸν πατέρα, καὶ ἔστι τὸ μὲν Βάτα γενικὴ πτῶσις, τὸ δὲ Κάρας ὀρθή, ἵνα ᾖ Κάρας ὁ Βάτα υἱός, ἤγουν ὁ υἱὸς τοῦ Βάτα, ὑφ' ἓν δὲ ἐξενεχθὲν ἐπλάνησε πολλούς. Ὅθεν καί φασιν ἐπὶ τῶν ἀναισθήτων εἰρῆσθαι τὴν παροιμίαν. Βατακάρας conjunctim scriptum apud Apostolium. Ceterum ex his satis videtur apparere veram proverbii scripturam esse Βάτα Κάρας, vitiosam Hesychii Βάστα Κάρας, quæ fortasse ex præcedenti glossa Βάστας orta est, sive ipsius hic error Hesychii est sive antiquioris grammatici. G. Dindorf.]

[Βαταβάκης. V. Βαττάκης.]

[Βαταίνει· καλεῖ, Hesych. Conf. Βαπαίνω. G. D.]

[Βατάκης. V. Βαττάκης.]

[Βατάλειος, α, ον, Bataleus. Βατάλεια αὐλήματα. Vid. in Βάταλος.]

[Βατάλη, Hemsterhusii conjectura dubia, de qua vide in Βατύλη.]

[Βαταλίζομαι, Effeminatam, turpem vitam duco. Suidas : Βατταλίζεσθαι· μαλακῶς καὶ αἰσχρῶς διάγειν. Etymol. p. 191, 20 : Βάταλον ὄνομα παρὰ τοῖς παλαιοῖς τῶν μαλακιζομένων τὸν πρωκτόν· ἀπὸ τοῦ τύπτεσθαι ἐν τῷ ἔργῳ καὶ βατταλίζεσθαι. Schol. Æschinis p. 742 : Βαταλίζεσθαι, οἱονεὶ τύπτεσθαι. Theano Epist. 1 : Κακοσχολεῖ πρὸς ἡδονὴν καὶ βαταλίζεται περιαγόμενον. Angl. Vera verbi scriptura βατταλίζομαι est : vide infra in Βάτταλος. G. Dindorf.]

Βάταλος, ὁ, Hesych. καταπύγων καὶ ἀνδρόγυνος, κίναιδος, ἔκλυτος [ubi Schrevelius Clement. Alex. affert Pædag. 3, 3, p. 266 : Οὐκ ἄνδρας, βατάλους δὲ καὶ γύννιδας καλεῖν τούτους χρή] : quæ ferme signiff. et τῷ βάκηλος supra datæ fuerunt. Harpocr. scribit Æschin. II. παραπρεσβ. [p. 41, 14] hoc nomine Demosthenem vocare, quoniam κεκωμῴδηται ἐπὶ μαλακίᾳ. Eupolidem vero τὸν πρωκτὸν dicere βάταλον : indeque forsitan τοὺς κιναίδους appellari βατάλους. Meminit Suid. quoque; ita enim vocitatum fuisse Dem. tradit, quum juvenis adhuc esset, veluti γυναικώδη : ætate autem provectum, dictum fuisse ἀργᾶν, a serpente sic nominato : uterque autem exp. βδελυρός, αἰσχρός. Plut. Demosthene 1554 meæ Ed. [c. 4,] scribit eum ab initio fuisse κάτισχνον καὶ νοσώδη, dicique eum τὴν λοιδορουμένην ἐπωνυμίαν τὸν βάταλον εἰς τὸ σῶμα σκωπτόμενον ὑπὸ τῶν παίδων λαβεῖν : fuisse autem Batalum, ut quidam perhibent, αὐλητὴν τῶν κατεαγότων, et ob hoc ipsum ab Antiphane Comœdia quadam taxatum [addit Plutarchus : Ἔνιοι δέ τινες ὡς ποιητοῦ τρυφερὰ καὶ παροίνια γράφοντος τοῦ Βατάλου μέμνηνται] : sed videri et τῶν οὐκ εὐπρεπῶν τι τοῦ σώματος μορίων ap. Atticos tunc nuncupatum fuisse βάταλον : ut Etym. quoque tradit βάταλον secundum quosdam nominatum fuisse ap. veteres τῶν μαλακιζομένων τὸν πρωκτόν : qui et ipse dicit hoc fuisse Dem. ἐπώνυμον : antiquos autem ita vocasse τὸν μαλακόν, καὶ βδελυρόν, καὶ αἰσχρόν, a Batalo quodam tibicine, qui quum μαλακὸς esset, Mollis et effeminatus, talia etiam αὐλήματα repererit. [Grammaticus Bekkeri Anecd. p. 221, 26 : Βάταλος· ἐπώνυμόν ἐστι Δημοσθένους. Ὁ δὲ Βάταλος ἐκαλεῖτο παρὰ τοῖς παλαιοῖς μαλακός, ἀπὸ Βατάλου τινὸς αὐλητοῦ μαλακοῦ, ὃς καὶ Βαττάλεια ταῦτα ἐξεῦρεν. Conf. Schol. Æschinis p. 742 ed. Reisk. Photius Bibl. p. 495, 40, consentiente Libanio in vitæ Demosthenis init. : Ἱστόρηταί τις Ἐφέσιος Βάταλος αὐλητὴς γενέσθαι, ὃς πρῶτος ὑποδήμασι γυναικείοις ἐπὶ τῆς σκηνῆς ἐχρήσατο καὶ μέλεσι κατεαγόσι, καὶ ὅλως τὴν τέχνην ἐμαλάκισεν· ἀφ' οὗ τοὺς ἐκλύτους καὶ ἀνάνδρους Βατάλους ἐπονομάζουσι. Scholiasta Hermogenis Περὶ ἰδεῶν p. 408, 33 : Βάταλος λέγεται ὁ μυξώας. Ubi Reiskius in indice ad Demosthenem μυξώδης corrigit. Batalum tibicinem memorat Lucianus Adv. indoct. c. 23, vol. 3, p. 119. G. Dind.] Meminit ipse etiam Dem. hujus convitii in Or. II. στεφ. [p. 288, 17] : conversa enim ibi ad Æschinem oratione dicit : Ἐμαυτὸν μέν, ὃν ἂν σὺ λοιδορούμενος καὶ διασύρων καλέσαις βάταλον. Inde Βαταλίζεσθαι dicitur τὸ μαλακῶς καὶ αἰσχρῶς διάγειν, Mollem, effeminatamque, et turpem vitam ducere : quam ob rem et βάταλον appellatum fuisse Dem. Plutarchus rursum in Vita decem Oratt. [p. 847, E] tradit; ait enim esse qui dicant eum ἀσώτως βιῶναι, γυναικείαις τε ἐσθῆσι χρώμενον καὶ κωμάζοντα ἑκάστοτε : unde βατάλου cognomen ei impositum fuisse. Quosdam tamen velle eum ὑποκοριστικῶς a nutricis nomine ita λελοιδορῆσθαι. Sed hoc Æschines negat, ab ipsa re eum hoc cognomen invenisse dicens; nam in Or. c. Tim. p. 21 [p. 18, 28], de hac ἐπωνυμίᾳ loquens : Οὐ κακῶς, inquit, ὑπὸ τῆς φήμης, ἀλλ' οὐχ ὑπὸ τῆς τίτθης (ubi notandum hoc τίτθης, pro quo Plut. habet τροφοῦ) βάταλος προσαγορεύεται, ἐξ ἀνανδρείας τινὸς καὶ κιναιδείας ἐνεγκάμενος τοὔνομα : aperte explicans quo modo ipsum intelligi velit, nimirum Effeminatum hominem eum esse et cinædum : quamobrem ei etiam exprobrat τὰ κομψὰ χλανίσκια, καὶ τοὺς μαλακοὺς χιτωνίσκους : quæ si ei detraherentur, dicit dubitaturos judices εἴτε ἀνδρὸς, εἴτε γυναικὸς εἰλήφασιν ἐσθῆτα. Veruntamen et ipse Dem. ap. eum p. 20 [p. 17, 42] dicit : Εἰ μὴ καὶ ἐμὲ δεῖ ὑπακούειν τοῖς ὄχλοις μὴ Δημοσθένην καλούμενον, ἀλλὰ βάταλον, ὅτι ταύτην ἐξ ὑποκορίσματός τινος τίτθης τὴν ἐπωνυμίαν ἔχω. [Vera nominis scriptura videtur Βάτταλος, pariterque in derivatis. Βάτταλος apud Etymol. et Thomam M. s. h. v. scriptum et in codicibus quibusdam Æschinis et Demosthenis, apud Liban. vol. 4, p. 312. Hedylus apud Athen. 4, p. 176, D : Καὶ τὸν ἐν ἀχρήτοις Βάτταλον ἡδυπότην. Ubi duo apographa βάταλον. G. Dindorf.]

[Βάτανα. V. Βατανέαι.]

[Βατάναβος, Ἀραβίας σταθμός· τὸ ἐθνικὸν Βαταναβηνός, Stephan. Byz. Vulgo Βαστάναβος et Βασταναβηνός. Codex Vratisl. Βατάναβος favente literarum ordine. G. Dindorf.]

[Βατανέαι, συνοικία Συρίας, ἡ καὶ Βατανέα ἑνικῶς. Τὸ ἐθνικὸν Βατανεώτης· ἔστι καὶ Βάτανα πρὸς τῷ Εὐφράτῃ, Steph. Byz. Cod. Vrat. Βαταναῖαι et Βαταναῖα. Βαταναία sæpius ap. Joseph. Et Suidas : Βαταναία· χώρα. Βατάνεια et Βατάνια apud Stephanum in Ἀγβάτανα. G. Dind.]

[Βατάνη, ἡ, Patina. Matro Athenæi 4, p. 136, D : Κεῖτο δέ τις βατάνη (codex βατάνης), ἧς οὐδεὶς ἥπτετο δείπνῳ. G. Dindorf.]

[Βατάνιον, τὸ, Patella.] Βατάνια Hesychio sunt τὰ λοπάδια, qui Siculis peculiare esse h. v. addit; ut et ap. Athen. 1, [p. 28, C], laudantur Κνίδια κεράμια, Σικελικὰ βατάνια, Μεγαρικὰ πιθάκνια. Et Alexis ap. Eund. 4, [p. 169, D] : Οὕτως δ' ὀψοποιεῖν εὐφυῶς Περὶ Σικελίαν αὐτὸς ἔμαθον, ὥστε τοὺς Δειπνοῦντας ἐς βατάνιά γ' ἐμβαλεῖν ποιῶ Ἐνίοτε τοὺς ὀδόντας ὑπὸ τῆς ἡδονῆς. Ibidem ex Antiphane : Πολύπους τετμημένος Ἐν βατανίοισιν ἑφθός. Ita enim reponendum pro βατάνοισιν (quod vulgatæ Edd. habent), postulante metro. Ibidem et per π dici πατάνια tradit, afferens ejus exempla ex Antiphane et aliis. At 12, [p. 516, F], ap. Eund. Alexis βατάνια eduliis annumerare videtur,

A quum ait : Ἀλλ' ἀπαλλάγηθί μου Κανδαύλους λέγων καὶ χοίρεα καὶ βατάνια, nisi intelligas Patellas cum incoctis opsoniis. [Apud Athenæum 4, p. 169, libri pene constanter diphthongo utuntur βατανει... et πατανει... Alexandrinis hoc vocabulum tribuit Antiatticista p. 84, 13 : Βατάνια · τὰς λοπάδας, ὡς Ἀλεξανδρεῖς. Ἀντιφάνης Γάμοις. Quod etiam Pollux subindicat 10, 108 : Ἄλεξις ἐν Ἀσκληπιοκλείδῃ πατάνια εἴρηκεν· ἐν δὲ τοῖς Ἱππάρχου Παννυχίσιν εὑρῆσθαί φασι κατὰ τὴν τῶν ἰδιωτῶν συνήθειαν εἰρημένον βατάνιον. Βατάνιον cum βοτάνιον confusum vide in Βοτάνιον. De altera forma πατάνιον dicetur suo loco. G. Dindorf.]

[Βατάνωχος, ὁ, Batanochus, Persa, apud Æschyl. Pers. 982. G. Dindorf.]

[Βατάρα· πυκλιή, Μακεδόνες, Hesych. ubi pro πυκλιή Vossius legendum putabat πυετίη, Albert. κοτύλη, equidem πυελίς. Saltem πατάρα auctore Steph. Byz. est ἄγγος vel κίστις. Sed πύελος est ἔμβασις, ὄρυγμα, ἐμβατή, ἔνθα ἀπολούονται (v. Schol. Aristoph. Eq. 1057, et Suid.), et πυελὶς teste Suida aliisque est σφραγιδο-
B φυλάκιον. Sturz. Non satisfaciunt hæc. Codex βαθάρα. Quod addit Hesychius, πυρλὸς Ἀθάμαντες (h. e. Ἀθαμᾶνες), in πύελος mutabat Sopingius. G. Dindorf.]

[Βαταρίζω et derivata vide in Βατταρίζω.]

[Βάτας, Batas. V. Βάτα Κάρας.]

Βατὰς, Tarentinis ὁ καταφερὴς, Hesych. [Hoc βάτας potius scribendum. Conf. Βάτης. Similem significatum Hesychius tribuit vocabulo βαδὰς, de quo supra. G. Dindorf.]

[Βάτεια, ἡ, Batea, Teucri filia, Dardani uxor. Apollodorus 3, 12, 1; Berkel. ad Stephan. Byz. in Βατίεια. || Nais, OEbali uxor. Apollodorus 3, 10, 4. || De nomine loci Βάτεια vide in Βατίεια. G. Dindorf.]

[Βατέταρα, πόλις Λιγύων, θηλυκῶς. Τὸ ἐθνικὸν, Βατεταραῖος, Stephan. Byz. G. Dindorf.]

Βᾰτεύω, εύσω, Ineo, ὀχεύω. Theocr. 1, [87] : Ὡ 'πόλος ὄκκ' ἐσορῇ τὰς μηκάδας οἷα βατεῦνται : ubi volunt βατεῦνται pro βατεύονται positum esse; regulariter tamen Dor. pro βατοῦνται poni, dicendum esset. [Euripides Suppl. 1003 : Πυρὸς φῶς τάφον τε βατεύουσα τὸν
C αὐτόν. Ubi verbum ματεύειν requiri vidit Marklandus. Indicatum in Scap. Ox. Utraque scriptura coaluit apud Xenophontem Conviv. 4, 27, ubi libri ἐμβατεύετε, h. e. ἐβατεύετε (μ superscr.). G. Dindorf.]

[Βερενίκη, ἡ, Berenice, quod Macedonice pro Φερενίκη dici monent scriptores supra in B indicati, frequens inde a Ptolemæorum temporibus et mulierum et urbium nomen est, modo sic modo Βερονίκη scriptum, quæ eadem librorum fluctuatio in derivatis omnibus animadvertitur tum apud Græcos tum apud Latinos. Vide editores Hesychii et Schweigh. ad Polyb. vol. 6, p. 189; 8, 1, p. 246. Βερενίκη usitata in Rosettensi aliisque titulis Græcis Ægyptiacis scriptura est, interdum Βερενείκη exaratum, ut in papyro Reuvensii Epist. 3 ad Letronnium p. 48. Βερενίκα apud Theocrit. 15, 107; 17, 34. Βερονίκη Arcadius p. 102, 13. Βερονίκη in Βερονίκεια, ut Πηνελόπη in Πηνελόπεια, diductum esse refert Eustathius p. 1412, 52, et quidem παρ' Ἡροδότῳ, quod Valckenarius ad Callimachi Eleg. p. 79, in παρ' Ἡρωδιανῷ mutabat. Apud Theocritum 15, 110 codices nonnulli præbent ἁ Βερενικείας θυγάτηρ, quod ipsum Valckenarius alio in loco libri sui p. 105 probabat. Sed præstat quod in plurimis est Βερενικεία· Βερενικείας tamen si forte in codice suo legit Eustathius, non improbabilis conjectura foret Ἡροδότῳ calami lapsu pro Θεοκρίτῳ esse positum. || Urbes, quæ Βερενίκης seu Βερονίκης nomen gesserunt, Strabo, Ptolemæus, Plinius et Mela memorant. Sex enumerat Stephanus Byz. in Βερενῖκαι, etiam Βερενίκεια inveniri monens : unde gentilia Βερενικεὺς et πατρωνυμικῶς Βερενικιάδαι, quod in codice Vratisl. Βερενικειάδαι scriptum. Libycæ Berenicæ mentio fit apud Athen. 2, p. 71, B. || Talorum quendam jactum Βερονίκην dictum esse annotavit Hesychius in Βερονίκης πλόκαμος. — Depravata nominis forma Βερνίκη non ferenda, ubi libri nonnulli præbent, apud Polybium 5, 58, 11, concedenda fortasse Lucæ Act. Apost. 25, 23; Clementi Homil. in Cotelerii Patr. vol. 1, p. 651; Josepho, quanquam ejus codices sibi non satis constant; Appiano Mithridat. c. 4, p. 647; scriptori epistolæ Socraticæ 29, p. 34. Certa apud Joannem Chrysost. in oratione Εἰς τὰς ἁγίας μάρτυρας Βερνίκην καὶ Προσδόκην vol. 2, p. 634 et seqq. aliosque seriorum temporum scriptores, ut Epiph. v. 2, p. 324, Procop. De ædif. 6, 2, Georg. Cedrenum p. 310, D, quanquam his quoque interdum temere ab librariis illata videtur, velut Diogeni Laertio 5, 78, Chronico Paschali p. 302, B. Frequens ejus usus est apud infimæ ætatis Græcos, qui *electrum* s. *succinum* modo βερνίκην modo βερονίκην appellant : de quo dixit Ducangius. Eadem in derivatis ratio obtinet. Ita Βερνεικιδῶν in titulo apud Bœckh. vol. 1, p. 498. Nihili autem est Βρενίκη apud Proclum Theolog. p. 422, et Βρονίκη apud Liban. epist. 1027, p. 477, ubi liber Vossianus recte Βερονίκη. G. Dind.]

[Βερενικιάδαι, οἱ. V. Βερενίκη.]

[Βερενικίδαι, οἱ, Berenicidæ, nomen pagi tribus Ptolemaidis, unde τοπικὰ, εἰς Βερενικιδῶν et ἐν Βερενικιδῶν, apud Stephan. Byz. Βερενεικί[δης] inscriptio Attica apud Bœckh. vol. 1, p. 405, et ΒΕΡΕΝΑΙΔΙΕΥΣ p. 498, ubi Bœckhius Βερενεικίδης. Βερονικίδαι apud Hesych. De forma Βερνεικίδαι dictum in Βερενίκη. G. D.]

[Βερενίκιον et Βερενικίς. V. Βερονίκιον et Βερονικίδες.]

[Βέρεξ, ἔθνος μεταξὺ Ἰνδίας καὶ Αἰθιοπίας, ὡς Τιμοκράτης ὁ Ἀδραμυττηνός, Steph. Byz. Nomen aliunde non cognitum. G. Dindorf.]

[Βερέσχεθοι, οἱ, Bereschethi, ignotæ originis vocabulum, quo stupidos appellat Aristoph. Eq. 635, ubi Scholiasta : Βερέσχεθοι, οἱ ἀνόητοι· πέπλασται δὲ ἡ λέξις. G. Dindorf.]

[Βέρης i. q. δραπέτης. V. Βέρρης.]

[Βέρης, ητος, ὁ, Beres, filius Macedonis : unde Βέρης, urbs Thraciæ, gentile Βερήσιος. Steph. Byz. G. Dind.]

[Βερὶς, ίδος, i. q. βέρεδος. Ex Vita Ms. Stephani junioris affert Ducangius. Qui locus editus est in Analectis Benedictinorum p. 462. G. Dindorf.]

[Βέρκιος. V. Βείριξ.]

Βερκνὶς, Hesychio ἀκρὶς, Locusta.

[Βέρμιον ὄρος Μακεδονίας, Strabo 7, p. 330; 14, p. 680. Apud Herodot. 8, 138, in libris aliquot Βέρβιον scriptum. G. Dindorf.]

[Βερνίκη. V. Βερενίκη.]

Βερνώμεθα Lacones dicunt pro κληρωσώμεθα, teste Hesych., qui et Βεῤῥέαι mox affert pro κληρῶσαι.

[Βερόη i. q. Βέροια, quod vide. || I. q. Βηρυτὸς apud Nonnum libro 41. De quo vide Scaliger. ad Euseb. p. 130. G. Dindorf.]

[Βέροια, ἡ, Beroea, urbs Macedoniæ, a Pherone condita, de qua Steph. Byz. : Τὸ ἐθνικὸν Βεροιαῖος· ... λέγεται καὶ Βερόη· οἱ δ' ἐγχώριοι Βερόειαν, καὶ τὸ ἐθνικὸν Βεροεύς. Βεροαῖος gentile scriptum ibidem in Ἄρρα : sed codex Vratisl. Βερουαῖος, quod prope abest a Βεροιαῖος. Similiter inter Βεροεὺς et Βεροιεὺς variatur. Vide Wass. ad Thucyd. 1, 61, qui etiam de duabus aliis urbibus exposuit, quibus idem nomen fuit, in deterioribus libris interdum Βέῤῥοια scriptum. Βέροια, Βερόη et Βεροιαῖος confirmant exempla poetarum in Anthologia et alibi. Quare Βέῤῥοια et Βεῤῥοιαῖος infimæ ætatis scriptoribus relinquenda videntur, quorum in libris hæc pene constans scriptura est. Βεῤῥοιέων apud Niceph. Greg. p. 408, qui alibi Βεῤῥοιαίους vocavit. Βεῤῥοιώτης gentile legitur ap. Cantacuzen. Hist. p. 168, D, 169, D et al. Βεραίων numus apud Mionnet. vol. 1, p. 469, et in Suppl. vol. 3, p. 48. Alius ib. Βεροιε (h. e. Βεροιέων). G. D.]

[Βερονίκη. V. Βερενίκη.]

[Βερονικιανὸς, ὁ, Beronicianus, nomen virile. Sophistam Sardianum memorat Eunapius p. 120 ed. Boisson. G. Dindorf.]

Βερονικίδες, Hesychio teste, Genus calceamenti muliebris : procul dubio a Beronice regina : cujus πλόκαμον quoque dicit inter astra relatum esse.

Βερονίκιον, Hesychius esse dicit Genus herbæ, quod a Beronica regina denominatum fuisse verisimile est. Dicta autem Βερονίκη, s. Βερενίκη, Macedonice pro Φερονίκη s. Φερενίκη, ut Βίλιππος pro Φίλιππος, teste Plut. init. Quæst. Gr.

[Βεῤῥέαι. V. Βερνώμεθα.]

[Βεῤῥεύω. V. Βέῤῥης.]

Βέῤῥης, Hesychio δραπέτης, Fugitivus : unde Βεῤῥεύει, Eid. δραπετεύει, Fugit s. Aufugit. [Etym. M. p. 194, 17 : Βέρης· ὁ δραπέτης· καὶ βερεδεύει, δραπετεύει. Cum βέρεδος comparat Meursius, de quo vocabulo vide Ducangium.]

Βεῤῥὸν, Hesychio est δασύ : pro quo supra Βειρόν.

[Βερτίσκος, Bertiscus, mons Macedoniæ. Strabo 7, p. 329. G. Dindorf.]

[Βέρυτις, Berytis, urbs Troica. Gentile Βερυτίτης. A Stephan. Byz. ubi codex Vratisl. βερουτίτης. Holstenius eandem esse urbem suspicatur quæ Βήριθρος dicta fuit. G. Dindorf.]

[Βερὼ, ἡ, Bero, nom. feminæ in inscriptione Attica ap. Chandler. 2, 81, p. 69 (ap. Bœckh. Corp. Inscr. vol. 1, p. 501). G. Dindorf.]

[Βέσϐικος, ἡ, Besbicus, insula prope Cyzicum sita, a Besbico Pelasgo appellata. Gentile Βεσϐικηνὸς apud Steph. Byz. Insulam præter alios memorant Strabo 12, p. 576; Dioscorides 5, 135. G. Dindorf.]

[Βέσϐιος, ap. Dion. Cass. 56, 22, nomen Vesuvii montis. Item Joseph. Ant. Jud. 20, 7, 2 : Τὴν ἐκπύρωσιν τοῦ Βεσϐίου ὄρους. Strabo 5, 8 ed. Coray: Οὐεσούϊος. De aliis scribendi modis, ὄρος Βεσούϐιον, Οὐέσϐιον, Οὐεσούϐιον, vid. Cluver. Ital. ant. p. 1157. Hase.]

Βέσκεροι, Hesych. teste, dicuntur ἄρτοι ὑπὸ Λακώνων.

[Βεσσικός. V. Βεσσοί.]

[Βεσσοὶ, οἱ, Bessi, gens Thracia. In libris non raro B Βέσσοι scriptum, ut apud Polybium 24, 6; Strabonem 7, p. 318; Dioscoridem 3, 116; Procopium Histor. p. 450, A; Chron. Pasch. p. 32, B; Cyrill. Scythop. Vita Sabæ p. 367, C; libris ibid. p. 368 inter Βεσσῶν Βεσσὸς et Βέσσων Βέσσος fluctuantibus, et duplici vitio Βέσοι in Joannis Moschi Prato spirituali p. 425, C, ubi paullo post p. 426, A, Βεσσῶν, quæ vera est vocabuli scriptura. Arcadius p. 76, 12 : Ὀξύνεται Βεσσὸς τὸ ἐθνικόν. Antipater in Antholog. Palat. 9, 428 : Ἄρεα Βεσσῶν. Apud Herodotum 7, 111, Βησσοὶ, nulla annotata scripturæ diversitate præter βισσοὶ ex uno codice : ubi Wesselingius : « Βεσσοὶ Straboni, Appiano Ptolemæoque. Dioni Cassio Βησσοὶ 47, p. 508, cum Reimari observatis. Hippocrati Βησσικῇ, nisi fallat Galenus in Glossis (p. 448) : Τῇ ἀπὸ Βησσῶν ἐν Θρᾴκῃ. Anceps itaque scriptio et electio ». Apud Dionem Cassium libri aliquot βήσσους aut βήσσους, quo accentu etiam Eustathius, ubi de vocabulo βῆσσα agit p. 277, 34 : Βῆσσοι ἔθνος Θρακικόν. De glossa Galeni vid. in Βηχικός. Βεσσικὴ χώρα apud Joannem C Malalam p. 43, 2. G. Dindorf.]

[Βέστον· τὸ ἱμάτιον, ὑπὸ Λακώνων· οἱ δὲ Βέττον. Διογένης, Etym. M. p. 195, 46. Angl. Conf. ad Hesych. vol. 1, p. 721, not. 11.]

Βέτεθρον, Hesychio βάθος; haud scio, an mendose pro βέρεθρον. Nam serie sua positum est, et paulo ante τοῦ βέρεθρον quoque facta ab eo mentio.

Βέτης, Hesychio est τὸ ἀπόκρυφον μέρος τοῦ ἱεροῦ· Secretior templi pars, Adyta.

Βέτιον, Herba, quæ alio nomine δίκταμνος vocatur, ut tradunt e Diosc. 3, 37.

[Βέττον. V. Βέστον.]

[Βετύλος, ὁ λίθος ὃν ὁ Κρόνος κατέπιεν, Chœrobosc. can. 330 in cod. Barocc. 50. Cramer. V. Βαίτυλος.]

[Βέτων· ὁ πάνυ εὐτελὴς, Suidas et Zonaras p. 383. Conf. Βαιτών. G. Dindorf.]

[Βευαῖος. V. Βεύη.]

Βεῦδος, τὸ, Vestis genus varium aut purpureum. Etym. enim et Lex. meum vet. βεύδεα esse dicunt ποικίλα ἢ πορφυρᾶ ἱμάτια, afferentes Callim. [Fr. 155] : D Ἐν δὲ Πάρῳ καλά τε καὶ ποικίλα βεύδε' ἔχουσαι. Didymus vero, ut tradunt iidem, exp. δέρματα, dici scribens quasi βοεύδεα, ut sint βόεα δέρματα, in quibus est εὕδειν : vel etiam τὰ εὐδίαν παρέχοντα ἡμῖν. Herodian. pleonasmo τοῦ β παρὰ τὸ εὕδειν dici autumat. Etym. vero rursum annotat esse non solum γυναικὸς ἱμάτιον πολυτελὲς, sed etiam Urbis nom. : ap. Hermionenses vero etiam ἄγαλμα : ut Hesychio quoque βεῦδος est στέμμα τι, καὶ ἱμάτιον γυναικεῖον, καὶ πόλις, καὶ ἄγαλμα. [Ubi Heinsius Parthenii locum affert c. 11 : Ταὶ δ' ἐπ' ἐκείνῃ βεύδεα παρθενικαὶ Μιλήσιδες ἐρρήξαντο.] Apud J. Poll. vero 7, [49], scriptum βεῦθος : quod itidem inter ἐσθήτων εἴδη numerat, e Sapphone afferens βεῦθος κιμϐαρικὸν, dicensque id esse διαφανῆ χιτωνίσκον. [Apud Pollucem ex libris nonnullis βεῦδος Κιμϐερικὸν scribendum. Apud Zonaram p. 384 Βεῦδος in Βεύδεον corruptum. G. Dindorf.]

[Βεύη, ἡ, Beua, urbs Macedoniæ, ad Βεῦον flumen sita. Gentile Βευαῖος. Stephan. Byz. *Beuum flumen* ex Livio 31, 33, memorat Berkelius. G. Dind.]

[Βέφυρα. V. Γέφυρα.]

[Βέχειρ, ἔθνος Σκυθικὸν, ὡς Σάπειρ, Stephanus Byz. In βλέχειρ corruptum apud Arcad. p. 20, 16. Numero plurali Βεχείρων Apollonius Rh. 2, 394, 1242; Dionysius Perieg. 765, quod ab nominativo Βέχειρες est, quo utitur Eustath. ad Dionys. 762; Suidas s. h. v. Exiguæ auctoritatis forma Βέχειροι est apud Scylacem p. 32, qui paullo post p. 33, Βέχειρας appellat. Βεχείροις legitur apud Schol. Apoll. Rh. 2, 395. *Becheri*, libris multum variantibus, Mela 1, 19, 11, ubi vid. Tzschuckii Not. crit. p. 612, 613. Sed *Bechires* Plinius. Βεχειρικὸς λιμὴν et Βεχειρὰς (Βεχειρὶς Salmasius, Βεχειριὰς Vossius) πόλις Ἑλληνὶς apud Scylacem p. 33. G. Dindorf.]

[Βέω. V. Βείομαι.]

[Βέων, Bufo. Epiphan. Hær. 50, vol. 1, p. 422 : Ὑπερϐήσομαι δὲ καὶ τοῦτο τὸ ἐμφύσημα τοῦ βέωνος, εἴτουν φυσαλοῦ ὄφεως, si lectio vera. Routh. Attulerat Ducangius in Appendice p. 38. Βαίτωνος alio in loco Epiphanii, quem v. s. Βαίτων. G. Dindorf.]

Βὴ, Suida teste est τὸ μιμητικὸν τῆς τῶν προϐάτων φωνῆς ap. Atticos, non autem βαί : ut ap. Cratinum in Dionysalexandro : Ὁ δ' ἠλίθιος ὥσπερ πρόϐατον, βὴ βὴ λέγων βαδίζει. [Eadem Etymolog. M. p. 196, 7, quocum conf. Eustath. p. 768, 13; 1721, 28. Apud Etymol. Βῆ scriptum περισπωμένως, quod cum εἰκῇ, πολλαχῇ et similibus componit Eustathius p. 592, 18. Ita etiam Antiatticista Bekkeri, cujus locum infra attuli in Βήλγει. Latine *Bee* apud Varron. De R. R. 2, 1, 7. G. Dindorf.]

Βηϐὴν, Hesychius dici testatur πρόϐατον : forsan ab hoc βὴ βὴ, quod balando sonat.

[Βῆγις, πόλις Τράλλεων· οὗτοι δὲ τῶν Ἰλλυριῶν μοῖρα. Τὸ ἐθνικὸν Βηγίτης, Stephan. Byz. Denuo memoratur in Βολουρος. G. Dindorf.]

[Βῆγμα i. q. Βρῆγμα, quod vide.]

[Βήζω.] A Βὴ puto esse verbum Βήζει, quod Hesych. exp. φωνεῖ : ut sit i. q. βὴ βὴ λέγει. [In codice Ms. Coll. Trin. inter ζώων ἀλόγων φωνὰς est τῶν βρεφυλλίων τὸ βύζειν. Lege βήζειν. Blomfield. ad Æschyli S. c. Th. p. 159.]

Βηθύλος, Suidæ εἶδος ὀρνέου, cujus Etym. quoque meminit. In Lex. meo vet. scriptum Βηθύλλος, paroxytonως et gemino λ, diciturque τροπῇ τοῦ δ vocari quasi δηθύλλος. [Apud Etymol. M. p. 196, 54, βήθυλος et δήθυλος.]

Βήκη, ἡ, Hesychio χίμαιρα, Capra : forsan ὠνοματοπεποιημένως, et κατὰ μίμησιν τῆς φωνῆς, quam ἐν τῷ μηκᾶσθαι edit. Βῆκα quoque παρὰ τὸ βὴ βὴ λέγειν dicta sunt τὰ πρόϐατα, Hesych. : cui tamen Βῆκα est etiam ἀναδενδράς. Sic Βηκίοις Gal. [Gloss. p. 448] ex Hippocr. affert pro προϐατίοις usurpatum.

[Βηκία, Βήκιον. V. Βηχία, Βήχιον.]

[Βηκίον, τὸ, Ovicula. V. Βήκη.]

[Βηκώνιον· εἶδος βοτάνης, Hesychius. Μηκώνιον Heringa.]

[Βὴλ, sive Βῆλ, Bel, nomen dei apud Chaldæos, de quo præter alios multos Creuzerus Symbol. vol. 2, p. 22, 87; Pausanias 1, 16, 3, τοῦ Βήλ. Alibi forma Græca Βῆλος, ut Διὸς Βήλου apud Herodotum, de quo vide in Βῆλος. Βὴλ autem contractum est ex Βάαλ, quod vide. Georgius Cedr. p. 15, D : Τοῦτον (primum Assyriorum regem) οἱ Ἀσσύριοι Βάαλ θεὸν, ἤτοι Βῆλ, μετονομάσαντες. G. Dindorf.]

Βηλαϊνὸς, Cœlestis, VV. LL. sed sine ullius auctoris testimonio.

[Βηλαῖος inter epitheta Jovis enumerat grammaticus in Creuzeri Melet. 1, p. 19, quocum Creuzerus Δία Βῆλον comparat (de quo vid. in Βῆλος), nisi Βουλαίου nomen restituendum sit. || Gentile Βηλαῖος vid. in Βῆλος. G. Dindorf.]

[Βήλαιος, ὁ, Belæus, Sophista, ad quem plures exstant ab Libanio scriptæ epistolæ. Βηλαίου τινὸς, ναῦν τῷ Μαρίῳ παρασχόντος, mentio fit apud Plutarch. in V. Marii c. 40. G. Dindorf.]

Βήλγει ac Βηλήσσει, quod Hesych. exp. βληχᾶται, ab ead. profectum esse origine [a Βὴ] existimo : quemadmodum ipsum quoque βληχᾶσθαι et Balare ap. Latinos videntur ead. vocis μιμήσει ficta esse. Unde

etiam colligi potest quæ vera fuerit τοῦ η pronuntiatio, medium nimirum sonum habens inter α clarum et ε, proxime accedentem ad αι. Βήλγειν forsan per sync. dictum pro βὴ λέγειν. [Prior Hesychii glossa hæc est : Βήλγει· βληχᾶται· ἢ θύει· ubi Βήλγει non per syncopen dictum, sed Βὴ λέγει restituendum esse ex Antiatticista p. 86, 3, patet, cujus locus etiam illi θύει aliquid lucis affert : Βῆ· προβάτων βληχή. Ἀριστοφάνης· «θύτην μέλλει καὶ κελεύει βῆ λέγειν». Μέλλει corruptum. G. Dindorf.]

[Βηλεύς. V. Ἠλεύς.]

[Βηλήσσει (?). V. Βήλγει.]

[Βῆλθις Berosus ap. Joseph. Hebr. בעלה *Baalah* aut בעלתה (*Baaltah :* Domina). Bernard. Vid. supra Βααλτίς. Hesychius : Βήλθης· ἡ Ἥρα, ἡ Ἀφροδίτη. Dahler.]

[Βηλίδης, ὁ, Belida, patronymicum a Βῆλος. Etym. M. p. 165, 41. Angl.]

[Βήλιον, Templum Beli. Dan. 14, 21, secundum LXX. Dahler.]

[Βῆλος· οὐρανὸς καὶ Ζεύς, Hesych. Διὸς Βήλου Babylonii meminit quoque Herod. 1, 181, et Sanchoniatho. (Vid. Bæhr. ad Ctesiam p. 155. G. Dind.) Cfr. supra Βαάλ [et Βελιτανᾶς]. Etym. M. : Βηλός· τινὲς κατὰ Χαλδαίους τὴν ἀνωτάτω τοῦ οὐρανοῦ περιφέρειαν· οἱ δέ, κατὰ Δρύοπας, τὸν Ὄλυμπον. Dahler. Gram. Bekk. p. 225, 29 : Βῆλος· ὁ οὐρανός, βαρυτόνως, καὶ Ζεύς, καὶ Ποσειδῶνος υἱός· ὀξυτόνως δὲ ὀδὸς οἴκου ἢ σταθμός. Conf. Arcadium p. 52, 29; 53, 3, et Eustath. p. 156, 37. Βήλοιο ἄνακτος Hesiod. fragm. 9 Gaisf. De Belo, Neptuni filio, Ruhnken. in Auctario ad Hesychium. Βῆλος, Danai et Ægypti pater, apud Æschyl. Supplic. 318, et alii ejusdem nominis alibi : vid. Salmas. Exerc. Plinian. p. 867. Schol. Homeri Il. A, 591 : Παρμενίων ὁ γλωσσογράφος φησὶν Ἀχαιοὺς καὶ Δρύοπας καλεῖν τὸν οὐρανὸν βηλόν. Κράτης δὲ περισπῶν τὴν πρώτην συλλαβὴν Χαλδαϊκὴν εἶναι τὴν λέξιν ἀποδίδωσιν. Alia Hesychii interpretes attulerunt s. h. v. Βηλὸν ἀστερόεντα Quintus Smyrn. 13, 483, ab Schneid. citatus. || Βῆλος fluminis nomen, Eustath. l. l.; urbis, Steph. Byz. unde gentile Βηλαῖος. Fluminis nomen apud Josephum B. Jud. 2, 10, p. 169. Βήλαιος sive Βήλεος scriptum, ubi vid. interpr. annot. G. Dindorf.]

[De hoc Beleo s. Belo flumine cf. quæ docte disserit Letronnius *La statue vocale de Memnon*, p. 73, ubi item conjicit, in loco Simonidis ap. Strab. 13, p. 878, C, pro Βαδᾶν scrib. esse Βαλᾶν. Hase.]

Βηλός, ὁ, Limen domus. Il. A, [591] : Ῥίψε ποδὸς τεταγὼν ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο, A divino s. cœlesti limine, h. e. Limine domus cœlestis. Imperite autem Interprr. hic βηλὸν exp. Cœlum : qui error et in VV. LL. servatus fuit. Derivatum autem a βαίνω putatur. [Etymol. M. p. 196, 32; Schol. Homeri ad l. l. Grammaticus Bekkeri p. 224, 16 : Τὸν τῆς θύρας οὐδὸν Ὅμηρος βηλόν, οἱ δὲ τραγικοὶ βαλόν. Quod confirmatur Æschyli versu Choeph. 571 : Εἰ δ' οὖν ἀμείψω βαλὸν ἑρκείων πυλῶν, ubi Blomfieldus Hesychii glossam attulit : Βαλόν· οὐδόν. || Plurali numero τὰ βηλὰ Calceos Panyasis dixit, quo confirmatur etymologia vocabuli a grammaticis proposita. Schol. Homeri Il. A, 591 : Πανύασις τὰ πέδιλα βηλὰ λέγει. Quod apud Etymol. M. p. 196, 34, in βαίολα, apud Suidam, Zonaram et grammaticum Bachmanni vol. 1, p. 181, 27, in βίολα corruptum est. G. Dindorf.]

[Βήλουρις, ὁ, Beluris, scriba Artoxerxis. Plutarch. V. Artox. c. 22. G. Dindorf.]

Βῆμα, τό, Gressus, Passus; [in carminibus Homericis non legitur nisi duobus in locis hymni in Mercurium, 222 : Βήματα δ' οὔτ' ἀνδρὸς τάδε γίγνεται οὔτε γυναικός· et 345 : Ἀντία βήματ' ἔχουσα. G. Dind.] ut κατὰ βῆμα, Inter eundum : βήματα βάλλειν, i. e. κατὰ βῆμα πορεύεσθαι, Eust. Xen. Cyrop. 7, [5, 3] : Καὶ τὸ μὲν πρῶτον ὀλίγα βήματα προϊόντες, μετεβάλλοντο ἐπὶ ἀσπίδα. [Eurip. Troad. 342 : Μὴ κοῦφον αἴρῃ βῆμα. Rhes. 205 : Κλωπικοῖς βήμασι. Androm. 880 Brunckius ab Schæf. citatus : Σπουδῇ πρὸς ἡμᾶς βημάτων (libri δωμάτων) πορεύεται· et Empedocl. in Sphæra v. 15 : Ὀπισθίοις ἐν βήμασιν κεῖται λέων. Dio Chrys. ab Hemsterh. allatus, vol. 1, p. 379, 24 : Ὁ δὲ στάδιον (νικᾷ) ἑνὶ βήματι σχεδὸν εὐδαίμων γενόμενος· et similiter p. 293, 44 : Παρ' ἓν μόνον βῆμα εὐδαίμων γέγονας. Eurip. Electr. 954 : Τὸ πρῶτον βῆμ' ἐὰν δράμῃ καλῶς. Apud Sophocl. Electr. 163 : Διὸς εὔφρονι βήματι μολόντα, Schol. : Ἀντὶ τοῦ ὁδῷ, πομπῇ, et Œd. C. 193 : Μηκέτι τοῦδ' ἀντιπέτρου βήματος ἔξω πόδα κλίνῃς, Schol. : Τοῦ οὐδοῦ. Βήματα, plantæ pedum, apud Synes. De febr. p. 154 : Τριφθήτωσαν δὲ τὰ θήματα αὐτῶν ἁλί, ubi Bernardus πέλματα corrigit. G. Dind.] Unde et Passus mensuram signif., ut Bud. e Plut. Demetrio exp. : quomodo etiam accipi posset Act. 7, [5] : Καὶ οὐκ ἔδωκεν αὐτῷ κληρονομίαν ἐν αὐτῇ, οὐδὲ βῆμα ποδός, licet alii Vestigium ibi ex Hebr. idiomate interpr. [Theophrast. H. P. 4, 4, 4 : Τὸ πάχος τοῦ στελέχους ἔνια (δένδρα ἔχει) πλειόνων ἢ ἑξήκοντα βημάτων. G. Dind.] || Βῆμα præterea Locus dicendi in concione aut judicio, ut Bud. Comm. exp. Tribunal : in castris vero Suggestum vocant. Unde Plut. Demetrio : Οἱ ἀπὸ τοῦ βήματος, Concionatores. Bud. Demosth. [247] : Ἐπὶ τὸ βῆμα ἀνέβην, h. e. ἐδημηγόρησα. Bud. Æschin. [77] : Εἰ βούλει, παραχωρῶ σοι τοῦ
B βήματος, ἕως ἂν εἴποις. Rom. 14, [10] : Πάντες γὰρ παραστησόμεθα τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ. Herodian. [2, 10 : Βήματος αὐτῷ ἀρθέντος. Schneider.] 6, [3, 4] : Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἀθροίσας τοὺς ἐν Ῥώμῃ στρατιώτας, συνελθεῖν τε πάντας κελεύσας ἐς τὸ σύνηθες πεδίον, ἐπὶ βήματος ἀνελθὼν ἔλεξε τάδε. [Grammaticus Bekkeri p. 219, 28 : Βῆμα· πλείονα σημαίνει κοινότερον. Ἔστι δὲ οὕτω πως καὶ τὸ λογεῖον, ὥσπερ καὶ τὸ ἐν ἐκκλησίᾳ καὶ τὸ ἐν δικαστηρίοις. Ἴσως δὲ καὶ τὸ ἐκκύκλημα. Ἦν δὲ καὶ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βῆμα. Quæ minus emendata apud Hesychium leguntur. De suggestu in judiciis Aristoph. Eccles. 678 : Τὸ δὲ βῆμα τί σοι χρήσιμον ἔσται. Isocratem p. 426, A : (Οἱ τὰ βήματα κατατετριφότες) et Lennep. ad Phalar. p. 161 indicat Schæfer. De sede accusati Aristoph. Plut. 382 : Ὁρῶ τιν' ἐπὶ τοῦ βήματος καθεδούμενον. De rostris sæpe apud scriptores Græcos historiæ Romanæ, ut Dionem Cassium. De thymela Pollux 4, 123 : Ἡ θυμέλη εἴτε βῆμά τι οὖσα εἴτε βωμός. Hinc Βάκχου βήματα Addæo in Antholog. Palat. 7, 51, restitui vult Jacobsius,
C ubi codex ἤματα præbet : quem locum Schæf. attulit. Βῆμα (suggestus judicum) et θυμέλη sibi opponuntur apud Plutarchum V. Demetrii c. 12. Apud scriptores ecclesiasticos βῆμα locus in templo, ubi consistunt sacerdotes, dicitur sæpissime : de quo non repetimus quæ Suicerus et Ducangius collegerunt. || Βῆμα i. q. βαλβίς, locus unde cursores emittuntur. Arrianus Tact. p. 76, a Wakef. indicatus : Ἀποτεμνόμενοι τοῦ παντὸς πεδίου τὸ πρὸ τοῦ βήματος ἐς πλαισίου ἰσοπλεύρου σχῆμα. Eundem usum vocabuli βάσις annotavimus supra. || Βῆμα passus mensura non solum eo quem Stephanus supra explicuit sensu dicitur, sed etiam ut certum quoddam et definitum mensuræ genus significet. Hero in Analectis Benedictinorum p. 309 : Τὸ βῆμα τὸ ἁπλοῦν ἔχει σπιθαμὰς γ' τρίμοιρον, ἢ πόδας β' ἥμισυ, ἢ παλαιστὰς ι', ἢ κονδύλους κ', ἢ δακτύλους τεσσαράκοντα. Τὸ βῆμα τὸ διπλοῦν ἔχει πόδας πέντε, ἢ σπιθαμὰς ϛ' δίμοιρον, ἢ παλαιστὰς κ', ἢ κονδύλους μ', ἢ δακτύλους π'. De quo vide Ideler. in Actis Acad. Boruss. a. 1812, p. 172. G. Dind.] Βᾶμα
D Hesychio βάσις, Dor. pro βῆμα. [Etymolog. M. p. 195, 36. Βάματι Pindarus Pyth. 3, 75. G. Dindorf.]

[Βημάρχιος, ὁ, Bemarchius, rhetor Cæsariensis. Suid. s. h. v. Memoratur ab Libanio vol. 1, p. 24, 30. G. Dindorf.]

[Βηματέω, Ingredior. Gregent. Disp. cum Jud. ap. Suicer. Thes. p. 682. Angl. Apud Gregentium βηματῆσαι et ἐβημάτηκε legitur, quæ ex βηματίσαι et ἐβημάτικε corrupta esse possunt. G. Dind.]

Βηματίζω, ίσω, τὸ τοῖς ποσὶ μετρέω, ut Hesych. exp. dicens, voc. esse Macedonicum : quod Budæo est Per passus metiri, ut quum millia passuum Romani distinguebant per octona stadia, ut inquit Polyb. 3, [39 : Ταῦτα γὰρ νῦν βεβημάτισται καὶ σεσημείωται κατὰ σταδίους ὀκτὼ διὰ Ῥωμαίων ἐπιμελῶς· et apud Strabon. 7, p. 322. Dionysius ὁ Χαλκοῦς apud Athen. 15, p. 668, F, ab Hemsterh. citatus : Ὄμμασι βηματίσαισθε τὸν αἰθέρα. || Incedo, Gradior. Eustath. p. 649, 24 : Οὐκ ἐν τάξει ἐβημάτιζεν ἡ Ἀνδρομάχη ἐπὶ πύργον βαίνουσα, affert Wakef. Eustath. Opusc. p. 27,

40 : Κἂν βηματίζῃ ... κἂν ἐθέλῃ τρέχειν. Æsop. fab. 122 ed. Fur. : Εὐθὺς ἠγέρθη ἀκόπως βηματίζων. Conf. Ducangii Append. ad Glossar. p. 38 et Suicerum p. 683. G. Dindorf.]

[Βηματισμὸς, ὁ, Dimensio. Schol. Homeri Od. Z, 318. Ex Constantino Manasse affert Ducangius in Appendice p. 38. G. Dindorf.]

Βηματιστὴς, ὁ, Qui per passus metitur. Athen. [9, p. 422, B] : Βαίτων γοῦν ὁ τοῦ Ἀλεξάνδρου βηματιστὴς, ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Σταθμοὶ τῆς Ἀλεξάνδρου πορείας. ‖ Qui sedet pro Tribunali, Judex, VV. LL.

[Βήνη, ἡ, Bena, urbs Cretæ. Gentile Βηναῖος. Steph. Byz. ubi vid. Berkel. G. Dindorf.]

Βῆνος, Hesychio κιβωτὸς, Cista, Arca.

Βηνῶσα, Hesychio ἡ φωνὴ τῶν προβάτων.

Βὴξ, χὸς, ἡ, Tussis. Proverb. βὴξ ἀντὶ πορδῆς. Fem. frequenter ponitur, ut et Diosc. 1, βῆχα χρονίαν dicit. Thuc. autem 2, [49], masc. etiam : Καὶ ἐν οὐ πολλῷ χρόνῳ κατέβαινεν ἐς τὰ στήθη ὁ πόνος μετὰ βηχὸς ἰσχυροῦ. [Theophrasti exempla quæ Schneiderus addebat, ex cod. Urbinate corrigenda sunt, qui τὰς βῆχας et βῆχα ξηρὰν præbet pro vulgatis τοὺς βῆχας et βῆχα ξηρὸν, H. P. 3, 18, 3; 9, 18, 1; 9, 13, 2. Τῆς βηχὸς Phrynichus Athen. 2, p. 53, A, a Wakef., et ἡ βὴξ Aristot. De anima 2, 8, ab Routhio citatus. Masculini exemplum Thomas M. p. 151 nonnisi ex Thucydide affert. Grammaticus in Appendice ad Philem. p. 296 ed. Osann. : Ἡ βὴξ καὶ ὁ βὴξ· καὶ βήσσειν καὶ βηχός. Βηχὸς ξηρὸς ex Synesio De febr. p. 106 (ubi βῆχος excusum) affert Kallius. Βηχμὸς ex Etym. M. infra afferetur. Χρονίαις βηξὶ Paulus Ægin. p. 85, 28. De declinatione grammaticus cod. Barocc. 76, fol. 303, ab Cramero excerptus : Τὰ εἰς ξ λήγοντα μονοσύλλαβα ἔχοντα ἕν τι τῶν φύσει μακρῶν διὰ τοῦ κ κλίνεται, πτὼξ πτωκὸς, ὁ λαγωὸς, ὦλξ ὠλκὸς, πρὼξ πρωκὸς, βὼξ βωκὸς, κὴξ κηκός· παρὰ τοῦτο καὶ σφὴξ σφηκός· ἡμάρτηται ἄρα τὸ βὴξ βηχὸς διὰ τοῦ χ· τινὲς δὲ εἶπον καὶ βηκὸς, ἀλλ' οὐχ εὕρηται ἐν χρήσει· δεῖ δὲ κατὰ πάντα τὰς τῆς χρήσεως φωνὰς τηρεῖν. G. Dindorf.]

[Βὴρ, τὸ φρέαρ, Syri, Hesych. Zonar. Phœnicibus hoc tribuit, quod idem valet. Ab Hebr. באר *Beér*, pro quo Syri בר *Bor* : Puteus. Kuster. Dahler. Vid. Hesychii interpretes.]

Βηράνθεμον, τὸ, Hesychio νάρκισσος, pleonasmo forsan τοῦ β pro ἠράνθεμον. [Addit Hesychius οἱ δὲ τηράνθεμον λέγουσι, ubi τ ex digammo Æolico ortum esse opinatur Alberti.]

Βήραξ, Hesychio μάζα [μᾶζα] μεγάλη. [Vide Βάρακες.]

[Βήρβη· κωδία μήκωνος, Hesychius.]

Βήρηκας, teste Hesych., nonnulli esse dicunt μάζας ἄνωθεν κέρατα ἐχούσας. J. Poll. [6, 77] : Μάζας μεμαγμένας διηθημένων τῶν ἀλφίτων· Factas e farinis percolatis. Athen. quoque 3, [114, F], inter μάζας numerat καρδαμύλην, καὶ βήρακα [βήρηκα codices], καὶ τολύπας, καὶ Ἀχίλλειον, et ex eo Eust. p. 1414, [29], qui ibidem et hæc affert e Lexicogr. quopiam : Βήρηκες, φυράματα μαζῶν, καὶ αἱ τολύπαι τῶν ἐρίων. Rursum Hesychio βήρηκες sunt μάχαιραι ὀρθαί· sed addenti, quosdam simpliciter dicere esse μαχαίρας, Gladios. [Μάχαιραι librarii error est ex grammatico Bekkeri corrigendus p. 226, 1 : Βήρηκες· μᾶζαι ὀρθαί· οἱ δὲ ἁπλῶς μάζας ἐπάνω κέρατα ἐχούσας· παρὰ Λακεδαιμονίοις δὲ τὴν ἑορτὴν βηρικίαν λέγεσθαι, ἐν ᾗ τοῖς θύουσι προτιθέασι τοὺς βήρηκας. Βηρικίαν Ruhnkenius in Auctario ad Hesychium in Βαρήκια mutat. Aut Βηρήκια scribendum aut Laconum more Βαράκια. Ceterum vide supra Βάρακες. G. Dindorf.]

[Βήριθρος, Berithrus, urbs Troadis. Gentile Βηρίθριος, Βηριθρία. Steph. Byz.]

[Βήριον. Vid. Βίρρον.]

[Βῆρις, Beris, fluvius Ponti, prope Thermodontem. Arrian. Peripl. p. 16. G. Dindorf.]

[Βηρίς.] Βηρίδες, Hesychio ὑποδήματα : quæ a suæ gentis hominibus ἐμβάδας vocari dicit.

[Βηρισάδης, ου, ὁ, Berisades, rex Ponti. Macho apud Athen. 8, p. 349, D : Στρατόνικος ὁ κιθαρῳδὸς ὡς Βηρισάδην Ἔπλευσεν εἰς τὸν Πόντον ὄντα βασιλέα. Ejus aliquoties mentionem facit Demosth. p. 624. Apud Dinarchum p. 95, 36 codices βιρισάδην præbent. Vera nominis forma Παιρισάδης est, cujus constans in numis et inscriptionibus usus est. Conf. Bœckh. Inscr. vol. 2, p. 92. G. Dindorf.]

[Βήρισσα, τὰ, oppidulum Ponti, haud procul Sebastopoli. Basil. Epist. 179 : Σῖτον γὰρ ... διήρπασάν τινες ἐν Βηρίσοις [sic], τῶν τὰ δημόσια διοικεῖν πεπιστευμένων. Cfr. Wesseling. ad Itin. Ant. p. 205. Hase.]

Βηρισσεύειν, Hesychio σπείρειν, Seminare. [Ita ed. Hagen. Reliquæ et, ut videtur, codex βηρυσσεύειν.]

[Βηρίχαλκον· τὸ μάρανθον, Λάκωνες, Hesychius.]

[Βῆρος. Vid. Βίρρον. ‖ Nomen virile. Βῆρος Asclepiadis cujusdam filius, in epigr. Anthol. Pal. Append. 174. Respondet Latino *Verus*. G. Dindorf.]

[Βηροὺθ, Nomen feminæ. Sanchoniatho. Hebr. ברית *Berith*, nomen idoli, Jud. 8, 32. Bochart Canaan 2, 2. Dahler.]

[Βηρουτί, τὴν ἰσχὺν, Phœnices, Steph. Byz. v. Βηρυτός. Bochart. Canaan 2, 12, scrib. putat Βηροὺτ, quod ex Hebr. בירות *Berùth* : Robur, ab אביר *Abir* : Validus, derivat. Dahler.]

[Βήρριον et Βῆρρον. Vid. Βίρρον.]

[Βηρύλλιον et Βηρύλλιος. Vid. Βήρυλλος.]

Βήρυλλος, ὁ, ἡ, Beryllus : Gemmæ s. Lapidis pretiosi nomen. Tryphiod. [70] : Γλαυκῆς βηρύλλοιο καὶ αἰμαλέης ἀμεθύστου· ubi nota γλαυκὴν vocari hanc gemmam, quoniam, ut Plin. testatur 38, 5, Probatissimi berylli sunt, qui viriditatem puri maris imitantur. Sic et Dionys. P. [1012] : Ὑγρῆς βηρύλλου γλαυκὴν λίθον. [Ἰνδὴν βήρυλλον Addæus Anthol. Palat. 9, 544. Lucian. V. H. 2, 11 : Ναοὶ πάντων θεῶν βηρύλλου λίθου ᾠκοδομημένοι. Schæf. Reiz. Præf. ad Mus. Francianum p. 11; Brückmann. *über die Edelsteine* p. 97. Schneid. Bochart. Canaan 1, 14, e Chald. *Belùr* per transpositionem literarum deducit nomen. Cf. Buxtorf. Lex. Chald. p. 314. Dahler.] Legitur et Βηρύλλιος λίθος pro βήρυλλος, Ezech. 28. [Schol. Clem. Alex. apud Bast. Ep. crit. p. 134 : Οἱ λίθοι οἱ τίμιοι ... οἱ βηρύλλιοί τε καὶ σμάραγδοι. Schæf.] VV. LL. vero et Βηρύλλιον pro eodem dici tradunt. [Epiphanius vol. 2, p. 230, A : Λίθος βηρύλλιον γλαυκίζων μέν ἐστι θαλασσοβαφής. G. Dind.] ‖ Est alioqui Βήρυλλος et Herbæ genus, Hesych. [‖ Βήρυλλος, Beryllus, nomen virile. Inscr. apud Muratori vol. 2, p. 1142. G. Dind.]

[Βῆρυς, ἰχθὺς, Hesych. Leg. ἰσχὺς, ex Hebr. בירות *Berùth* : Robur : Berkelius. V. supra Βηρουτί. Dahler.]

[Βηρυτὸς, ἡ, Berytus, urbs Phœniciæ. Gentile Βηρύτιος. Stephan. Byz. Υ longum. Dionys. Perieg. 911 : Καὶ Τύρον Ὠγυγίην Βηρυτοῦ τ' αἶαν ἐραννήν. Nonnus 41, 367 : Βηρυτὸν καλέουσιν, ἐπεὶ Λιβάνῳ πέσε γείτων. Etiam Βερόην hanc urbem appellatam esse supra dictum in Βερόη. Gentile Βηρύτειος scriptum apud Cyrillum Scythop. in Vita Sabæ p. 353, A, in codice Colbertino altero, quemadmodum idem Βυζάντειος pro Βυζάντιος præbet. G. Dindorf.]

[Βηρύτιος et Βρύττιος interdum confusa, ut Luc. Pseudomant. c. 21. Hase.]

[Βηρωσσὸς, ὁ, Berossus, Babylonius historiarum scriptor, qui Alexandri Magni ætate vixit. Ejus nomen librarii alii oxytonon alii proparoxytonon scripserunt sibila modo simplici modo duplicata : de quo dixit Richterus, qui Berosi fragmenta, ab Josepho, Eusebio, Georgio Syncello potissimum servata, collegit (Lipsiæ a. 1825,) p. 1. Add. Clinton. Fast. Hell. vol. 2, p. 505. Græcæ consuetudini Βηρωσσὸς præ ceteris videtur convenire. Arcadius p. 78, 3 : Τὰ εἰς σσος ὑπὲρ δύο συλλαβὰς τῷ ω παραληγόμενα ὀξύνεται, κερωσσός. G. Dindorf.]

Βῆσα, ἡ, ut Eust. [p. 1405, 16] ex Athen. refert, dictum fuit quoddam ποτήριον παρὰ Ἀλεξανδρεῦσι, πλατύτερον ἐκ τῶν κάτω μερῶν, ἐστενωμένον ἄνωθεν. [Verior haud dubie scriptura Βῆσσα est, quod vide. G. Dind.] Apud Hesych. est et Βησίον nomen ποτηρίου.

[Βῆσα, ἡ, Besa, pagus Atticus tribus Antiochidis, quem simplici σ scribendum esse diserte monet Strabo, cujus locum vide in Βῆσσα. Gentile Βησαιεὺς apud Strabonem et in inscriptione Bœckh. vol. 1, p. 307. Βησαιεὺς Harpocratio, s. Βησαιεύς· Λυσίας ἐν τῇ πρὸς Φιλοκράτην συμβολαίου ἀπολογίᾳ· δῆμος τῆς

Ἀντιοχίδος ἡ Βῆσα. Quæ apud Suidam duplici σ scribuntur. Βήσης (libri Βήσσης) τρίτον ἔρυμα Xenophon. De vectig. 4, 44, ubi vid. Schneider. et Bœckh. in Actis Acad. Boruss. a. 1815, p. 90. Βήσαζε Isæo p. 40, 11, ex codd. restitutum pro vulgato Θήβαζε. || Βῆσσα, κώμη Ægyptia, ejusque incolæ Βησσαεῖς memorantur ab Heliodoro vol. 1, p. 228, ubi Coraes recte Βῆσα et Βησαεῖς scribere videtur, urbem intelligens, quæ postmodum Ἀντινόεια et Βησαντινόεια dicta est. G. Dindorf.]

[Βησαντίνοος vel Βησαντῖνος, Besantinous, cognomen Helladii grammatici Alexandrini, qui Licinii et Maximiani temporibus vixit, e Βησᾶς et Ἀντίνοος compositum. De quo Meursius ad Helladii Chrestomath. in Gronovii Thesauro vol. 10, p. 951, et Valesius ad Ammian. Marcell. 19, 12. G. Dindorf.]

[Βησᾶς, ὁ, Besas, nom. Ægyptium, recte scriptum apud Eusebium H. E. 6, 41, 6, male Βήσας in Antholog. Palat. 11, 422, et in Hedyli versu, de quo in Βῆσσα dixi. De Besa deo Ægyptio Vales. ad Ammian. Marcell. 19, 12. || De proverbio Βησᾶς ἕστηκας (ἕστηκεν Suidas), cujus ignota origo est, Appendix Vatic. 1, 26, p. 263 : Οἷον ἀγανής· οὗτος ἕστηκεν ἀγανής, παταγώδης καὶ ὑπόμωρος· ubi Lobeckius in Aglaoph. p. 27 scribit Βησσᾶς, tussiculosus. Quod valde dubium. G. Dindorf.]

Βησασᾶ, Syriaca voce, dicitur Agrestis ruta, teste Diosc. 3, 53. [Legitur sæpius apud Alexandrum Trall., velut 4, p. 222, (et 225), 227. Struv. Antyllus p. 319 ed. Matth. : Βισασάτου σπέρματος· ibid. p. 335 : Σπέρμα βήσασα, ubi margo codicis βισάσατον. Βίσσασα scriptum in locis Aetii apud Ducangium in Appendice p. 39. Βισασὰ apud Paulum Ægin. p. 278, 23 : sed βησασὰ p. 277, 45; 278, 25, et βησασὰν p. 248, 22. G. Dindorf.]

[Βησηίς. Vid. Βῆσα.]

[Βησιακόν, Poculi nomen apud Pollucem 6, 96, ubi liber Falckenburgii βατιάκη, unde Schweigh. ad Athen. 11, p. 784, B, βατιάκιον, quod vide. G. Dindorf.]

[Βησίον, ποτήριον, Hesychius, ubi plura attulerunt interpretes. Conf. Βῆσσα.]

[Βῆσος, ὁ, Besus, nomen Persæ, sic scriptum apud Arcadium p. 75. Βῆσσος apud Arrianum, Diodorum, Plutarchum, Strabonem 11, p. 513, 518, Georg. Cedrenum p. 146, B, et vitioso insuper accentu Βησσὸς apud Strabon. 15, p. 724. *Bessus* etiam Curtius et Justinus. Sed *Besus* in Itinerario Alexandri p. 43, 45, 46, 49, 57 ed. Mai. Male Βέσος apud Cedrenum p. 151, D. G. Dindorf.]

Βῆσος, τὸ, Vallis, Concavitas, VV. LL. ex Hom. [Vide Βάσσος.]

[Βῆσσα, ἡ, fuit poculum quoddam, latius ab inferiore parte, a superiore angustius. V. Athen. 11, p. 784, B, ubi Casaubonus legendum conjicit βήσας, quia in Hedyli epigrammate (apud Athen. p. 497, D) legitur βήσαν (Brunck. secutus Salmasium ad Solin. p. 449 edidit Βήσαν) Αἰγύπτιον. Et Eustath. ad Od. Λ, p. 1405, 16, ubi verba Athenæi affert, diserte dicit : Βῆσα γραφομένη δι' ἑνὸς σίγμα. (Hedyli versus alienus ab hac quæstione est. Additum enim ὀρχηστὴν Αἰγύπτιον satis ostendit non de poculo, sed de homine agi. Ergo Βησᾶν potius scribendum. Nomen poculi βήσσαν scriptum ex Nicolao Myrepso et Athanasio de imagine Berytensi affert Ducangius. Athanasii locus legitur vol. 2, p. 346 : Προσενέγκαντες τῇ πλευρᾷ τοῦ κυρίου βῆσσαν ἐμπαίζοντες ἔπλησαν τὴν βῆσσαν, ἔνθα ἐξίει τὸ ὕδωρ. G. Dind.) Sic Hesych. : Βησίον· ποτήριον· v. Albert. ad h. l. et Hemsterh. ad Poll. 10, 68, qui opportune monet, a Coptis nunc quoque poculum appellari πίδασα vel πίδησα. Ceterum nomen ipsum deduxerim a Chaldaico בָּסָא sive בִּיסָא, quod constat vas sacrum fuisse, miscendo sacrificio vespertino. Sturz.]

[Βῆσσα, ἡ.] Βῆσσαι, ut Gr. Lexicographi et Schol. tradunt, dicuntur οἱ βάσιμοι τόποι τῶν ὀρέων, Loca in montibus, per quæ gradi possumus : s. οἱ σύνδενδροι καὶ δρυμώδεις τόποι, Loca arboribus frutectisque condensa : qui Lat. dicuntur Saltus, forsan quoniam nonnisi saltu maxima e parte transiri possunt. Sunt qui non solum νάπη interpr., sed etiam κοιλάδας, Convalles, Valles profluas. Il. P, [282] : Ὅστ' ἐν ὄρεσσι κύνας θαλερούς τ' αἰζηοὺς Ῥηϊδίως ἐκέδασσεν ἑλιξάμενος διὰ βήσσας· Γ, [34] : Οὔρεος ἐν βήσσῃς· Od. K, [252] : Εὕρομεν ἐν βήσσῃσι τετυγμένα δώματα καλὰ Ξεστοῖσιν λάεσσι, περισκέπτῳ ἐνὶ χώρῳ· postquam nimirum ἤομεν ἀνὰ δρυμά. [In locis Homericis codices nonnulli simplici σ utuntur. Conf. Hesiod. Op. 508; Scut. Herc. 386. Ubi nota addi περισκέπτῳ ἐνὶ χώρῳ, In loco conspicuo ideoque vel eminenti, vel certe ampla planitie patenti. Item Soph. [Aj. 198], ἐν εὐανέμοις βάσσαις dixit. [Idem OEdip. Col. 673 : Χλωραῖς ὑπὸ βάσσαις. Πανίας βήσσας ex Æschylo Hesych. in Πανίας. G. Dind. Homer. Hymn. in Apoll. 284 : Κοίλη δ' ὑποδέδρομε βῆσσα Pindar. Pyth. 9, 89 : Ἵκεο βᾶσσαν τάνδε· Ol. 3, 41 : Ἐν βάσσαις Πέλοπος· Isthm. 3, 17 : Ἐν βάσσαισιν Ἰσθμοῦ Schneider. Nicander. Ther. 67 : Ἀργεννὴν ὑπὸ βῆσσαν Wakef. || Βῆσσα, Bessa, urbs Locrensis. Strabo 9, p. 426 : Ταύτην μὲν οὖν τὴν Βῆσσαν ἐν τοῖς δυσὶ γραπτέον σίγμα· ἀπὸ γὰρ τοῦ δρυμώδους ὠνόμασται ὁμωνύμως· ... τὸν δ' ἐν τῇ Ἀττικῇ δῆμον, ἀφ' οὗ Βησαιεῖς οἱ δημόται λέγονται, ἐν τῷ ἑνὶ σίγμα γράφουσιν. Dissensisse grammaticos Stephanus Byz. narrat, Βῆσσα· πόλις Λοκρῶν. Ἡρωδιανὸς δι' ἑνὸς σ γράφει, Ἀπολλόδωρος δὲ καὶ Ἐπαφρόδιτος καὶ Ἡρακλέων διὰ δύο ... Τὸ ἐθνικὸν Βησσαῖος. De Herodiano contrarium tradit Eustathius p. 277, 34. Vere haud dubie Stephanus Byz. Apud Homerum Il. B, 532, libri inter utramque scripturam fluctuant, Zenodoto Βῆσαν probante, πρὸς διαστολὴν τῆς ὀρεινῆς βήσσης : quod ineptum argumentum est. G. Dind.] Hesych. affert et Βησήεις pro τόπους βασίμους τῶν ὀρῶν. Sed suspectum est. [Recte corrigitur Βήσσῃσιν· τόποις βασίμοις ... Sic apud eundem grammaticum s. v. Οὔρεος codex ἐμβήσῃσις præbet pro ἐμ βήσῃσιν vel ἐμ βήσῃς. G. Dindorf.]

[Βησσαῖος. Vid. Βασσαῖος, Βῆσσα.]

[Βησσαρίων, ὁ, Bessario, nomen virile. Minus recte simplici σ scriptum apud Suidam s. v. Παῦλος Αἰγύπτιος· ... σοφιστής, υἱὸς Βησαρίωνος, τοῦ καὶ Διδύμου, γεγονὼς ἐπὶ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου. Βησσαρίωνος Eudocia p. 353. Βισαρίων Abbas in Apophthegm. Patrum in Coteler. Monum. vol. 1, p. 403—407. Sed rectius codex Colbertinus Βησαρίων, quod in Βησσαρίων mutandum. G. Dindorf.]

[Βησσᾶς. Vid. Βησᾶς.]

Βησσήεις, εσσα, εν, Saltuosus : vel Flexuosus, Habens multas semitas : volunt enim βήσσας dici Loca in montibus, quæ diversis semitis s. callibus pervia sunt. Hesiod. Ἔ. [387] : Ἄγκεα βησσήεντα. Et alibi [528] : Ἀνὰ δρυμὰ βησσήεντα. [Theog. 130 : Οὔρεα βησσήεντα. Dionys. P. 1183. Wakef.]

[Βησσιακός. Vid. in Βεσσοί.]

[Βησσοί, οἱ, Bessi. Vid. Βεσσοί.]

[Βῆσσος. Vid. Βάσσος, Βῆσος.]

[Βήσσυγα, οὐδετέρως, ἐμπόριον τῆς Ἰνδικῆς. Καὶ Βησσύγας ποταμὸς καὶ Βησσυγῖται οἱ ἄνθρωποι, οὓς φασιν ἀνθρωποφάγους, Stephan. Byz. Apud Ptolemæum Βήσυγγα et Βησυγγῖται. De quibus vide conjecturas Buttmanni Mytholog. vol. 1, p. 86. G. Dindorf.]

Βήσσω, Tussio, frequens ap. Hippocr. et ap. communis linguæ scriptt., pro quo Attici βήττω dicunt. Βήττω, Tussio. Xen. Cyrop. 2, [2, 1] : Ἐγὼ μέν τοι, ἔφη, προσεποιούμην βήττειν· οὐδὲ γὰρ αὐτὸς ἠδυνάμην κατέχειν τὸν γέλωτα. [Vid. Pierson. ad Mœr. p. 101. Schæf. Βήσσουσι χρονίως, tussi chronica laborantibus, Paulus Ægin. 7, p. 260, 13. Βήχουσι scriptum apud Alexandr. Trall. 8, p. 448. Quæ recentior forma esse videtur, si recte habet βήχω, ῥῆμα, ap. Herodian. Epimer. p. 5. G. Dindorf.]

Βῆτα. Elementum secundum alphabeti ex Hebr. בית *Bet* manasse perspicuum est. [Vide supra in B. Βῆτα dictus est Eratosthenes, διὰ τὸ δευτερεύειν ἐν παντὶ εἴδει παιδείας, ut Suidas aliique narrant, quos indicat Bernhardy Eratosth. p. 8. G. Dindorf.]

Βητάγων, ap. Phœnices Saturnus dicitur, teste Etym. [Confert Βηθδαγὼν 1 Maccab. 10, 83, Hebr. בית דגון Schleusner. ad Etym. Bis peccat Etym., qui nomen templi pro deo habet, et Dagonem pro Saturno, cujus frater est, auctore Sanchoniathone. Bochart Can. 2, 14, p. 750. Dahler.]

A Βηταρμὸς dicitur Saltatio, quam οἱ βητάρμονες desaltant, apto et concinno incedentes gressu. Apoll. R. 1, [1135] : Ἄμυδις δὲ νέοι Ὀρφῆος ἀνωγῇ Σκαίροντες βηταρμὸν ἐνόπλιον ὠρχήσαντο, Καὶ σάκεα ξιφέεσσιν ἐπέκτυπον. Ubi Schol. quoque annotat, βηταρμὸν dici τὴν ὄρχησιν, παρὰ τὴν ἁρμόδιον βάσιν αὐτῶν : propter epitheton vero ἐνόπλιον, intelligi τὴν πυῤῥίχην : ea enim est ἐνόπλιος ὄρχησις.

[Βηταρμὸν Curetum in typo Romæ expressum opinatur Visc. Mus. Pioclem. t. 4, p. 14. Hase.]

[Βητάρμων, ονος.] Βητάρμονες, Hesychio sunt ὀρχησταὶ, οἱ διὰ ποδῶν ὀρχούμενοι, dicti nimirum ἀπὸ τοῦ ἡρμοσμένως βαίνειν, Quoniam apto et concinno gressu incedentes saltant, s. Quoniam apto et decente gradu pedes moventes tripudiant. Od. Θ, [250] : Ἀλλ' ἄγε Φαιήκων βητάρμονες ὅσσοι ἄριστοι Παίσατε. [Manetho 2, 335 : Ὀρχηθμοῦ βητάρμονος ἴδριας· et 6, 507 : Βητάρμονας ἄνδρας. Hemsterh. Nonnus 33, 87 : Βητάρμονι παλμῷ. G. Dindorf.]

[Βήτειος· πίναξ, Zonaras p. 386. Dahler.]

B [Βητής. Adamant. Physiogn. 1, 3, p. 330 : Ὀργίλον αὐτὸν εἶναι καὶ βητήν. Ubi Struvius in Suppl. Schneideri p. 50 βιαστὴν corrigit comparato Polemone p. 201 : Ὀργίλον ἄνδρα καὶ βίαιον δηλοῖ. G. D.]

[Βήττω, i. q. Βήσσω, quod vide.]

[Βηφύρης, Βήφυρος. Vid. Βαφύρας.]

[Βηχία, ἡ, et Βηχίας, ὁ, sub. φθόγγος, Nicom. Ger. Harm. p. (20) 35. Schneider. Lex. v. Κοκκυσμός. Angl. Prior locus hic est, Τοσοῦτον γὰρ ἡ ἐναγώνιος φωνὴ διανύει χωρὶς κινδύνου τινὸς ἢ ὀλισθήματος ἐφ' ἑκάτερον ἄκρον δυσέμπτωτος γινομένη, εἰς μὲν κοκκυσμὸν κατὰ τὸ νητοειδὲς, εἰς δὲ βηχίαν κατὰ τὸ βομβυκέστερον τῶν ὑπ' αὐτῶν. Alter hic, Τοὺς λεγομένους παρ' αὐτῶν βυκανισμοὺς καὶ βηχίας. Ergo aut utroque aut neutro in loco masculinum Βηχίας statuendum erat. G. D.]

Βηχία, ἡ, Erotiano ap. Hippocr. Herbæ species, quam sua ætate Βηκίαν et Βήκιον vocatam dicit : procul dubio eadem est atque τὸ βήχιον. [Gl. Βήκιον· Tussilago.]

[Βηχίας. Vid. Βηχία.]

C Βηχικὸς, ἡ, ὸν, Ad tussim pertinens, Tussicularis : ut βηχικὰ φάρμακα Cæl. Aurel. Medicamenta tussicularia vocat. [De βηχικοῖς agit Alexander Trall. toto libro quinto. G. Dind.] Dicitur autem et βηχικὰ sine adject. a Diosc. Invenitur et Βηχικαὶ δυνάμεις. Sed et βηχικαὶ ap. Diosc., ubi de ladano loquitur, sub. nomine antidoti, ut putat Bud. [Hippocrates p. 1236 : Τῇ γραίῃ (τῇ) βηχικῇ, vetulæ tussiculosæ, ubi Foesius conjectura incerta Βησσικῇ restitui vult ex Galeni glossa, supra in Βεσσοὶ allata. G. Dindorf.]

[Procl. in Ptol. Tetrab. p. 214, 10 : Ἰσχνοὺς, καὶ νοσεροὺς, καὶ ἰκτερικοὺς, καὶ δυσεντερικοὺς, καὶ βηχικοὺς, Tussi laborantes. Hase.]

Βήχιον, τὸ, Herba Tussilago dicta, et Tussicularis Cæl. Aurel. [Dioscor. 3, 126; Plin. 26, 6; Alex. Trall. 7, p. 126; Hippocr. p. 400, 9. Angl. Paulus Ægineta 7, p. 233 : Βηχίον, οἱ δὲ βηχικόν. Εἴρηται μὲν ἀπὸ τοῦ βῆχάς τε καὶ ὀρθοπνοίας ὠφελεῖν ὑποθυμιώμενον, σύνθετον δέ ἐστιν ἐκ θερμῆς καὶ ὑδατώδους οὐσίας. G. Dind.] ‖ Item Hesychio est νόσος ἐν φάρυγγι.

D [Βηχίον, τὸ, Tussicula. Hippocrates a Weigelio citatus p. 1201, C : Βηχία ἐκώλυε μένειν· et p. 1224, ubi vulgatum βηξίον ξηρὸν emendavit Foesius. Galen. vol. 5, 247 : Βηχίον μικρὸν γενόμενον ἐσκέδασε τὸ γαργαλίζον. Oribasius p. 197 ed Mai. : Βηχία παρέπεται … μᾶλλον τὰ βηχία γίνεται. Theophanes Nonnus vol. 2, p. 84 : Βηχία ξηρά· ubi alius codex βήξ. Βηχία ξηρὰ Paulus Ægin. p. 104, 12. Huc pertinet Hesychii glossa Βηχίον· νόσος ἐν λάρυγγι, quam Stephanus ad Βήχιον retulit. G. Dindorf.]

[Βῆχις, Bechis, urbis nomen, de qua vide in Μίτηλις. G. Dindorf.]

Βηχμὸς, Etymologo νυσταγμός. [Νυσταγμὸς corruptum videri monet Pierson. ad Mœr. p. 102, ab Schæfero citatus. Conf. supra in Βήξ. Νυσταγμὸς fortasse in νυγμὸς mutandum. Sic Soranus in Cocchii Chirurg. p. 51, ἄλγημα νυγματῶδες μετὰ δυσπνοίας καὶ βηχὸς dixit et ibidem νύξιν cum δυσπνοίᾳ καὶ βηχὶ conjunxit, et quæ similia plura in scriptis aliorum medicorum leguntur. G. Dindorf.]

[Βηχός. Vid. Βήξ.]

[Βήχω. Vid. Βήσσω.]

[Βηχώδης, ὁ, ἡ, Tussiculosus. Hippocr. p. 49, 10; 50, 26, et sæpe. Scott. Βηχώδης νόσος, Lydus De ostent. p. 122, 134, 136 ed. Has. G. Dindorf.]

Βία, ἡ, Vis, Virtus, Robur. Il. Η, [157]; Λ, [669]; Od. Ξ, [468] : Εἴθ' ὣς ἡβώοιμι, βίη δέ μοι ἔμπεδος εἴη. Hom. alibi, βίην et κάρτος copulat. [Βίη vel βίην ἀμείνων var. lect. ad Hom. Il. Α, 404. Schæf.] Sed et βίη Ἡρακλῆος periphrastice pro Ἡρακλῆς, itidemque Πριάμοιο βίη et Πατρόκλοιο βίη [et cum adjectivis βίη Ἡρακληείη, Ἰφικληείη, Ἐτεοκληείη, ut Il. Ε, 638; Λ, 290; Δ, 386. Ἶς βίης Ἡρακληείης Hesiod. Theog. 332] ap. hunc poet., sicut et ap. alios alia hujusmodi habemus. [Sæpe apud tragicos. Æsch. S. c. Th. 620 : Ἐπ' αὐτῷ φῶτα Λασθένους βίαν ἐχθρόξενον πυλωρὸν ἀντιτάξομεν. Sophocl. Trach. 38 : Ἔκτα κεῖνος Ἰφίτου βίαν. Euripid. Phœn. 55 : Κλεινὴν Πολυνείκους βίαν. Νείλου βία de parasito per jocum dixit Euphron comicus apud Athen. 8, p. 343, B. Lycophro 520, de Minerva : Βοαρμία Λογγᾶτις Ὁμολωὶς βία. G. Dind.] Rara est autem hæc signif. in prosa : imo vero non temere ejus exemplum reperiri posse existimo. Videtur tamen Xen. Ἑ. 6, p. 350, h. v. in bonam partem usus esse; sed hunc Script. ποιητικώτερα quædam usurpare, alias admonui. [Cap. 4, 21 : Δῆλον ποιῶν ὅτι πολλαχοῦ τὸ τάχος μᾶλλον τῆς βίας διαπράττεται τὰ δέοντα.] Sciendum est autem ab Æsch. Pr. Κράτος et Βίαν nominari Jovis satellites. Meminit et Callim. H. in Jov. [67] : Ἥ τε βίη, τό, τε κάρτος, ὃ καὶ πέλας εἴσαο δίφρου. Utriusque autem et ab Hesiodo [Theog. 383], si bene recordor, fit mentio. At in Soph. Aj. [1334] : Μηδ' ἡ βία σε μηδαμῶς νικησάτω Τοσόνδε μισεῖν, ὥστε τὴν δίκην πατεῖν, Schol. exp. ἐξουσία, ut sensus sit, μὴ ὑπὲρ τοῦ ἐνδείξασθαι τούτῳ τὴν ἐξουσίαν, παραβῇς τὸ δίκαιον.

Βία, Vis, i. e. Violentia. Item, Violentus impetus. Hesiod. Ἔ. [273] : Καί νυ δίκης ἐπάκουε, βίης δ' ἐπιλήθεο πάμπαν. Il. Α, [430] : Τήν ῥα βίῃ ἀέκοντος ἀπηύρων. Od. Ο, [328] : Τῶν ὕβρις τε, βίη τε σιδήρεον οὐρανὸν ἵκει. Il. Ο, [105] : Ἢ ἔτι μιν μέμαμεν καταπαυσέμεν ἆσσον ἰόντες Ἢ ἔπει, ἠὲ βίῃ, q. d. ἢ πείθοντες, ἢ βιαζόμενοι : ita enim, ut opinor, locutus fuisset prosæ scriptor. Sciendum est autem βίαν hoc posterius significatum frequenter in illa quoque habere. Dem. [p. 289] : Ἐπὶ πολὺ προάγειν τῇ τε βίᾳ καὶ ὠμότητι. Quæ Bud. interpr. Magnopere in violentiam crudelitatemque evadit. Sic autem et Herodian. βίαν et ὠμότητα copulavit. Polyb. [6, 44, 9] autem βίαν et θυμὸν, scribens, Ὁ δὲ βίᾳ καὶ θυμῷ συμπεπαιδευμένος, In violentia et iracundiæ furore educatus, eod. Bud. interpr. [Æschyl. Suppl. 1068 : Εὐμενεῖ βίᾳ κτίσας. Eumen. 54 : Ἐκ δ' ὀμμάτων λείβουσι δυσφιλῆ βίαν. Βίας δίκη et Βίας γραφὴ, vid. Βίαιος. G. Dind.] Dicitur autem et βίᾳ et πρὸς βίαν, pro Per vim. Thuc. 3 : Οἱ γὰρ πλείους ὑπὸ Ἀμπρακιωτῶν βίᾳ κατείχοντο. [Æschyl. Prom. 74 : Σκέλη δὲ κίρκωσον βίᾳ. Eurip. Hippol. 886 : Εὐνῆς ἔτλη θιγεῖν βίᾳ. Androm. 390 : Ἐκοιμήθην βίᾳ. G. Dind. Valckenar. ad Eurip. Hippol. 296; Diodor. Sic. 11, 60 : Βίᾳ προσάγων ἐπολιόρκει· 12, 62 : Τῶν Σπαρτιατῶν βίᾳ προσαγόντων τοῖς τείχεσι· 11, 32 : Τῶν δ' Ἑλλήνων βίαν προσαγόντων τοῖς ξυλίνοις τείχεσι. Βίᾳ codex unus. 12, 46 : Τοὺς στρατιώτας ἀναγκάζειν παρὰ δύναμιν βίαν προσάγειν τῇ πόλει, ubi idem liber τὴν πόλιν. Βίᾳ χειρὸς Diodor. Sic. in Excerpt. vol. 2, p. 529, 52 : Ἐπεὶ οὐδ' ἦν ἁλώσιμος (ἡ πόλις) διὰ τὴν ὀχυρότητα βίᾳ χειρός. Βίᾳ ἀνάγκης Ammonius, p. 116 ed. Valck. : Ὀξυτονεῖν ἀπαιτεῖ ὁ λόγος βίᾳ ἀνάγκης. Schæf.] At πρὸς βίαν vide paulo post. Tribuitur porro βία et rebus inanimatis : ut, quum βίαν τοῦ πνεύματος dicit Synes. Sic Aristid. : Ἀλλ' ὁ λόγος γὰρ ὥσπερ ῥεῦμα φέρων ὑπήνεγκε βίᾳ. ‖ Hinc βίᾳ ἡμῶν, Thuc. 1, [43, 68], Nobis invitis. Sic βίᾳ Θηβαίων, Isocr. Hel. [15] : Ἀδράστῳ δὲ τοὺς ὑπὸ τὴν Καδμείαν τελευτήσαντας, βίᾳ Θηβαίων, θάψαι παρέδωκε. Sic βίᾳ τῶν πολλῶν, pro Invita multitudine, Dem. [p. 473], βίᾳ θεῶν, Diis invitis, Eur. [Phœn. 875]. Et πρὸς βίαν ἐπίνομεν, pro Invite bibebamus, vel Coacti bibebamus, s. Cogebamur bibere, q. d. per vim, ex Aristoph. [Ach. 73] affertur. Et tamen

πρὸς βίαν χειρῶσι, Σ. [443,] est Prehendunt per vim, et impressionem in eum facientes. [Æschyl. Suppl. 798 : Βίᾳ καρδίας. Soph. Antig. 59 : Νόμου βίᾳ. Markland. ad Lysiam p. 301 ed. Reisk. citat Schæf. Ἀπὸ βίας. Diodorus Sic. 20, 51 : Ἀπὸ κράτους δὲ καὶ βίας ἐλαθεισῶν τῶν νεῶν, quem locum Schæf. attulit. Ἐκ βίας. Sophocl. Philoct. 563 : Ὡς ἐκ βίας μ' ἄξοντες ἢ λόγοις πάλιν· 945 : Ὡς ἄνδρ' ἑλὼν ἰσχυρὸν ἐκ βίας μ' ἄγει· 985 : Οἱ δ' ἐκ βίας ἄξουσιν. Πρὸς βίαν. Æschyl. Prom. 208 : Ὥοντ' ἀμοχθὶ πρὸς βίαν τε δεσπόσειν. Sæpe apud Euripidem. Platonem Phædr. p. 239, D, citat Schneiderus : Πρὸς βίαν μᾶλλον ἢ ἑκών. Philo vol. 2, p. 482, 33 : Οὐ πρὸς βίαν ... ἀλλ' ἐθελουσίῳ γνώμῃ. Βίαν et βίον confusa in Eurip. Ion. 624 notat Schæfer. cui adde βίᾳ et βίῳ apud Platon. De rep. 8, p. 554, C. Idem Homeri versum memorat Il. Υ, 307 : Νῦν δὲ δὴ Αἰνείαο βίη πάντεσσιν ἀνάξει, ubi grammatici nonnulli βίη pro γενεὰ dictum esse sumpserunt absurde, alii lectionem antiquam in eundem sensum interpolarunt. G. Dindorf.]

Βίαι, Injuriæ, Contumeliæ, Quæ per violentiam fiunt. Od. Λ, [117] : Ἀλλ' ἤτοι κείνων γε βίας ἀποτίσεαι ἐλθών· Π, [189] : Βίας ὑποδέγμενος ἀνδρῶν. [Ἀνέμων βίαι, Huschk. ad Tibull. vol. 1, p. 21. Aristoteles p. 400, 28 : Βίαι πνευμάτων καὶ τυφώνων ἔστιν ὅτε πόλεις ὅλας ἀνέτρεψαν. Philo vol. 1, p. 257, 26 : Βίαις ἐναντίων πνευμάτων. Idem vol. 1, p. 13, 15 : Νηνεμίας καὶ βίας πνευμάτων· et similiter p. 27, 44 ; Libanius vol. 4, p. 371 : Πόλεις δ' ἄλλαι λέγονται αἱ μὲν κατακλυσμοῖς, αἱ δὲ βίαις θαλάττης ἀφανισθῆναι· et paullo post : Τὰς δὲ τούτων παρανομίας καὶ βίας ὑπομένοντες. G. Dindorf.]

[Βία, ἡ, Bia, nomen canis ap. Xenoph. Cyneg. 7, 5. G. Dindorf.]

[Βιάδας, ὁ, Biadas. Inscript. Pelopounes. ap. Bœckh. vol. 1, p. 624. G. Dindorf.]

[Βιαδινούπολις, ἡ, Biadinopolis, urbs prope Gytheum sita. Inscriptio Peloponn. in Bœckh. Corp. Inscr. v. 1, p. 654 : Μάρκον Λατίνιον Πανδοῦσαν ... ΒΙΑΔ. Ι. ΟΠΠΟΛΕΙΤΑΙ, ubi Bœckhius Βιαδινουπολεῖται. Apud Ptolemæum Βιάνδινα. G. Dindorf.]

Βιάζω, i. q. βιάω, et ab eo deriv. Od. Μ, [297] : Εὐρύλοχ', ἦ μάλα δή με βιάζετε μοῦνον ἐόντα. Et pass. Il. Ο, [727]; Π, [102] : Αἴας δ' οὐκέτ' ἔμιμνε, βιάζετο γὰρ βελέεσσι, Opprimebatur. Sic Λ, [575] : Πυκινοῖσι βιαζόμενον βελέεσσι. Utuntur autem hoc pass. et prosæ Scriptt., licet βιάζω, ut opinor, non usurpantes. Dicitur autem illis βιάζεσθαι signif. pass. Cui vis affertur, vel Qui cogitur aliquid facere. Thuc. 1, [77] : Ἀδικούμενοι δέ, ὡς ἔοικεν, οἱ ἄνθρωποι μᾶλλον ὀργίζονται ἢ βιαζόμενοι· [1, 2] : Βιαζόμενοι ὑπό τινων ἀεὶ πλειόνων. Plut. Othone : Βεβιάσθαι πολλὰ ὑπ' αὐτοῦ. Pro Cogi autem cum infin. Dem. [p. 508] : Ὅπως μὴ βιασθῆτε ἁμαρτάνειν. [Philo vol. 2, p. 326, 14 : Τοῖς ἐκκρεμαμένοις ἄχθεσι βιαζόμενοι χαλεπῶς. Ibid. p. 494, 35 : Κύουσαι βαρυτάτοις ἄχθεσι δέκα που μῆνας βιάζονται. Quibus in locis Mangeio πιεζόμενοι et πιέζονται scribendum videtur : quod tantum abest ut probandum sit, ut vol. 1, p. 176, 12 : Ταῖς ἀψύχοις δόξαις, λέγω δὲ βατράχοις, πιεσθείς, ex codicibus restituendum sit βιασθείς. Βεβίασμαι significatione activa Clemens Alexandr. Protrept. p. 13 : Τῶν λάγνων τῶν μετὰ τὴν τομὴν τὸ κῦμα βεβιασμένων, ubi Piersonus ad Mœr. p. 103 βιασαμένων corrigit. Apud Dionys. Halic. Ant. R. 10, 32, monente Schæf. : Ὅσα δὲ βεβιασμένοι τινὲς ἢ κλοπῇ λαβόντες ᾠκοδομήσαντο, codex Vaticanus βιασάμενοι. Libanius vol. 2, p. 89 : Βεβιασμένοι πρὸς τὰ μετέωρα· vol. 4, p. 640 : Ἐμαυτὸν βεβίασμαι, qui alibi passivo utitur. Sic vol. 2, p. 20 : Αὐλὴν εἰς κῆπον βεβιασμένην, atrium per artem in hortum transformatum. Βεβιᾶσθαι interdum male scriptum pro βεβιάσθαι, ut apud Philonem vol. 2, p. 312, 22, 28; Libanium vol. 4, p. 156, 583. Ἐβιάσθην. Sophocles Electr. 575 : Ἀνθ' ὧν βιασθεὶς πολλὰ κἀντιβὰς μόλις ἔθυσεν αὐτήν. Thucyd. 7, 11 : Ἱππεῦσί τε πολλοῖς καὶ ἀκοντισταῖς βιασθέντες ἀνεχωρήσαμεν ἐς τὰ τείχη. Βιασθῆναι πρὸς ὕπνον Libanius vol. 2, p. 109. Βιασθήσομαι. Pausanias 6, 5, 9 : Ἀνθέξων τῷ σπηλαίῳ καὶ οὐ βιασθησόμενος ὑπὸ τοῦ ὄρους. Activum βιάζω ex Alcæo comico affert Antiatticista p. 86, 1 : Βιάσαι· ἀντὶ τοῦ βιάσασθαι. Ἀλκαῖος· « ἐβίασέ μου τὴν γυναῖκα ». Quo sensu idem poeta etiam βιβάζειν dixerat, de quo vide infra. Charito p. 99, 6 : Ἐλεγχθήσῃ δὲ μᾶλλον, ὅταν αὐτὴν μὴ βιάσῃς. Ubi Dorvillius Theophrasti locum affert, cujus dubia lectio est, Charact. 26, 1, p. 867 ed. Schneid. : Βιάζειν ἐν ταῖς ὁδοῖς τὰς διαίτας κρίνειν τοῖς ἐπιτρέψασι. Βιαζόντων vulgo lectum apud Dionys. Halic. Ant. Rom. 4, 83, sed in βιαζομένων mutatum ex codice Vaticano, memorat Schæf. Porphyrius ad Marcell. p. 364 ed. Mai. : Εἰς τὸ παρατρέψαι σε καὶ βιάσαι. Sæpius eo utuntur scriptores infimæ ætatis, ut Theodosius Acroas. 1, 198 : Βιάζουσιν κύνας· 2, 147 : Βιάζει τὴν φύσιν· 3, 14 : Βιάζει τὸν λόγον· et grammatici, ut Schol. Homeri Odyss. Α, 249; Ξ, 239. Apud Thucyd. 1, 28 Scholiasta : Βιαζομένων· ἀντὶ τοῦ βιαζόντων. Quod βιάζεσθαι dixit Ammonius p. 17 ed. Valck., βιάζειν est apud Thom. M. p. 48, qui activa forma rursus utitur p. 160. Βιάζοντι ex Tzetza ad Lycophr. 698 affert Boisson. Conf. quæ in Ἐκβιάζω et Καταβιάζω dicentur. G. Dind.]

Βιάζομαι tamen act. signif. frequentius est ap. prosæ Scriptt., quam pass., quod non illis tantum modis redditur, sed interdum etiam Violo. Item Eluctor. Item Exprimo, ut Cic. dixit Expressit hoc necessitas, aliisque nonnullis, qui cum exemplis declarabuntur. Thuc. 1, [77] : Βιάζεσθαι γὰρ οἷς ἂν ἐξῇ, δικάζεσθαι οὐδὲν προσδέονται, Quibus potestas est vim afferendi, vel, Vim faciendi, non est quod judicia morentur. Plato De rep. 1 : Βιάσασθαι τῷ λόγῳ [p. 341, B; Basilius M. vol. 1, p. 227, A : Εὑρίσκομεν οὖν λογιζόμενοι ὅτι οὐκ ἐν τῇ τοῦ τί ἐστιν ἀνερευνήσει ἡ τοῦ ἀγεννήτου ἡμῖν ἔννοια ὑποπίπτει, ἀλλὰ μᾶλλον, ἵνα βιασάμενος εἴπω τὸν λόγον, ἐν τῇ τοῦ ὅπως ἐστίν· ubi Garnerius : « Videtur Basilius hoc loco excusare se de minutis illis rebus, quæ ad scholas pertinent et ad grammaticam, monetque invitum se his in tricis morari ». G. Dind.] Apud Eund. Βιαζόμενος ἢ κλέπτων exp. Vi aut Clam agens. [Nicolaus Progymn. in Rhetor. vol. 1, p. 348, 13 : Θάλαττα δὲ τοῖς βιαζομένοις ὑπόκειται πνεύμασι. G. Dind.] Cum accus. autem jungitur interdum personæ, interdum rei, sed diversa signif. Nam βιάζομαί σε est Vim affero, Vi adigo, Cogo, etc. : qua in signif. oppositum ei πείθω passim legitur, sicut Lat. Vi et Precario opponuntur. Xen. Cyrop. 6, [1, 19] : Βιάζεσθαι μὲν μὴ τοιαύτην γυναῖκα, πείθειν δέ, εἰ δύναιτο, οὐκ ἔφη κωλύειν. Plut. [Mor. p. 773, D] : Ἐπειδὴ πείθειν ἀδύνατος ἦν, ἐπεχείρει βιάσασθαι κ. τ. λ. Dem. [Non Demosth., sed Isocr. Philipp. p. 85, C. G. Dind.] autem : Δύναμιν καὶ πλοῦτον, μόνα τῶν ὄντων καὶ πείθειν καὶ βιάζεσθαι πεφυκέναι. [Adde βιάζεσθαι ἑαυτόν. Galenus Περὶ ἐθῶν a Dietzio editus p. 119 : Εἰ δι' ἀπορίαν ἐδέσματος ἑτέρου, καθάπερ ἐν λιμῷ γίγνεται, βιασθέντες σφᾶς αὐτοὺς προσάρασθαι τὸ τοιοῦτον κρέας, ubi corrig. βιάσαιντο, quemadmodum βιασάμενος ἑαυτὸν dixit Galenus vol. 7, p. 519, quo loco utitur Hemsterh. Plato Phædon. p. 51, C : Βιάσεται αὑτόν, manum sibi inferet. Diogenes Laert. 6, 65 : Σὺ δὲ σεαυτὸν βιάζῃ γυναῖκα εἶναι. Typicum Irenes Augustæ p. 280 : Φέρωμεν γενναίως, βιασώμεθα μικρὸν ἑαυτάς, et similiter paullo post. Omisso pronomine reciproco Pherecrates apud Athen. 10, p. 415, C : Ἐγὼ κατεσθίω μόλις τῆς ἡμέρας πένθ' ἡμιμέδιμν', ἐὰν βιάζωμαι. G. Dind.] At βιάζομαι τοῦτο est Vi efficio, Pervinco, vel Vi efficere conor. Dem. [p. 501] : Μηδὲν οὖν φιλονείκει, Λεπτίνη, μηδὲ βιάζου τοιοῦτον μηδέν. Thuc. Βιαζόμενοι τὴν ἀπόβασιν, Vi in terram descendentes, Bud. [Arrianus Exp. Al. 1, 3, 4 : Ἐπειρᾶτο βιάζεσθαι τὴν ἀπόβασιν. G. Dind.] Tale est ap. eund. Thuc. [7, 70] : Βιάζεσθαι τὸν ἔκπλουν. Et βιησάμενοι λαῖτμα, Apoll. R. [1, 1299], Fluctum eluctati. Ita enim malo, quam ut in VV. LL., Fluctui vim inferentes. [Vid. Dorvill. ad Charit. p. 268; Theocrit. 22, 9 : Ἄστρα βιαζόμεναι, navigantes invitis astris. Lucian. V. H. 2, 43 : Διελθόντες δ' ὅμως τὴν ὕλην, ubi cod. August. βιασάμενοι. Bianor Anth. Pal. 9, 295 : Θυμῷ δεσμὰ βιαζόμενον, contra vincula luctantem. Hæc Schæferus. Scholiastam Apollonii Rh. 1, 761, attulit Hemsterh. : Τὰ δεινὰ τῶν πραγμάτων καὶ τὴν ἡλικίαν καὶ τὴν φύσιν οἶδε βιάζεσθαι, ætatem et naturam ita vehementer concitare et erigere ut majora viribus conentur ac perficiant.] Alioqui fateor et cum

accus. rei eod. sensu jungi sæpe quo et cum accus. personæ; considerandum est enim interdum eand. esse utriusque rationem; Thucyd. 1, [38] : Ἡμῖν δ' αἰσχρὸν ἦν βιάσασθαι τὴν τούτων μετριότητα· 8, [53] : Τοὺς νόμους βιασάμενος· ubi βιάζομαι exp. possumus Vim infero, vel Violo. [Βιάζεσθαι τὴν ἐνάργειαν, βιάζεσθαι θεοῦ βούλησιν, Wesseling. ad Diodor. vol. 1, p. 49. Βιάζεσθαι τὰ σφάγια, auspiciis vim inferre, Herodot. 9, 41. Attulit Schæf. Pausanias 2, 1, 5 : Οὕτω χαλεπὸν ἀνθρώπῳ τὰ θεῖα βιάσασθαι. G. Dind.] Habet autem βιάζομαι et aliam constr. ut βιάζομαι εἴσω, quod exp. Vi perrumpo intro. Sic autem et ap. Thuc. 7, [23], cum accus. pro Perrumpo, Βιασάμεναι τὰς τῶν Ἀθηναίων ναῦς, Quum perrupissent obstantes Atheniensium naves. Schol. autem exp. νικήσασαι. At βιάσασθαι τὴν φυλακὴν a Bud. exp. non Perrumpere, sed Summovere. Reperitur et cum πρὸς, ut Lucian. [De luct. 11] : Καὶ μύρῳ τῷ καλλίστῳ χρίσαντες τὸ σῶμα πρὸς δυσωδίαν ἤδη βιαζόμενον· q. l. Erasm. perperam interpr., Corpus ad graveolentiam prorumpens, vel magna vi contendens. Sic βιάζομαι δρόμῳ pro Contendo cursu e Thuc. [1, 63] affertur; quæ etiam constr. observanda est. At βιάζεσθαι πρὸς τὸν λόφον, in VV. LL. falso citatum, de quo vide paulo post. Item cum εἰς, ap. Luc. 16, 16 : Ἀπὸ τότε ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ εὐαγγελίζεται, καὶ πᾶς εἰς αὐτὴν βιάζεται, itidem pro Irrumpit. Neque enim ablat. Vi adjungere huic verbo necesse est. [Poeta ignotus apud Stobæum 103, p. 561 : Πρὸς γὰρ τὸ λαμπρὸν ὁ φθόνος βιάζεται. Diodorus Sic. 13, 68 : Πρὸς τὰ κύματα βιαζόμενοι τὸν αἰγιαλὸν πληρῶσαι ναυαγίων. Schær. Maximus Tyr. vol. 2, p. 3 : Βιάσασθαι πρὸς τὰ κρείττω. Βιάζεσθαι εἴς τι, Duker. ad Thucyd. 7, 69; Dionys. Hal. Ant. Rom. 2, 66, a Wakef. indicatus : Παρεκινδύνευσεν εἰς τὰ καιόμενα βιάσασθαι. Libanius vol. 3, p. 367 : Βιάσαιτ' ἂν εἰς αἰσχύνην· vol. 4, p. 281 : Εἰ βιασθείην εἰς τὸ μηδὲν σιωπᾶν. Βιάζεσθαι ἐπί τι. Longinus De subl. 41, 2 : Τὰ ᾠδάρια τοὺς ἀκροατὰς ἀπὸ τοῦ πράγματος ἀφέλκει καὶ ἐπ' αὐτὰ βιάζεται. Plutarch. V. Fabii c. 14 : Πᾶσι τοῖς ἄλλοις ἐπὶ τἀναντία βιαζομένοις. G. Dind.] Sed et cum διὰ, ap. Thuc. rursus 7, [83]: Οὗτοι δὲ διὰ τῶν φυλάκων βιασάμενοι, Quum vi pertransissent : at de βιάσασθαι τὴν φυλακὴν modo dictum fuit. Quibus ll. addo, non propter constr., sed propter signif. similitudinem, hunc ejusd. Thuc. 3, [20]: Καὶ ὑπερβῆναι τὰ τείχη, ἢν δύνωνται βιάσασθαι, pro Exitum per vim moliri. || Βιάζομαι, Cogo : ut autem βιάζομαι, a βία fit, et hanc et alteram habente signif., ita fit a Gall. nom. *Force*, quod est βία, v. *Forcer*, utramque et ipsum signif. habens : hanc quidem in communi usu, illam autem in certis quibusdam loquendi generibus : cum infin. Lucian. [Deor. d. 21]: Ὑμεῖς δ' ἢν ἀποκρεμασθέντες κατασπᾷν βιάζησθέ με, μάτην πονήσετε· alibi : Βιάζομαι φιλῆσαι. Plut. Pericle [c. 27] : Εἰ δὲ βιασθείη προελθεῖν. [Idem V. Fabii c. 5 : Βιασθῆναι μάχεσθαι. G. Dind.] Interdum omittitur infin., ut Lucian. [vol. 1, p. 458] : Τί γὰρ ἂν καὶ πάθοι τις, ὁπόταν οἱ θεοὶ βιάζοιντο; Sic et βιάζεσθαι pass. vel potius βιασθῆναι, pro Cogi, supra. || Conor, Nitor, Summa vi contendo. Itidem cum infin., ut Thuc. 7, [79] : Καὶ ἐβιάσαντο πρὸς τὸν λόφον ἐλθεῖν τὸν ἀποτετειχισμένον· at in VV. LL. perperam omisso infin. : Βιάζονται πρὸς τὸν λόφον, e Vallæ interpr. Vi pervadunt ad tumulum. [Arrian. De venat. c. 17 : Οἱ λαγωοὶ ... ἐς τὰ πεδία βιάζονται. Wakef.] Sic βιάζομαι ἄρχειν, Plut. Numa [c. 2]. Dem. : Καὶ τοὺς μηδὲν προσήκοντας βιάζεται Ἀθηναίους εἶναι παρὰ πάντας τοὺς νόμους, i. e., inquit Bud., Externos civitate donare contendit et nititur. [Plato Sophist. p. 246, B : Νοητὰ ἄττα καὶ ἀσώματα εἴδη βιαζόμενοι τὴν ἀληθινὴν οὐσίαν εἶναι, cui similem verbi ἀναγκάζειν usum contulit Heindorf. ad Cratyl. p. 158; Basilius M. vol. 1, p. 245, E : Ὅπερ οὗτοι βιάζονται, quod hi contendunt. Laurentius Lyd. De mens. p. 144 : Ἄλλος δὲ Αἰωνιάριον αὐτὸν ἑρμηνεῦσαι βιάζεται, ubi alius codex βούλεται : sed βιάζεται Eudociæ consensus confirmat p. 233. Gregorius Naz. vol. 1, p. 524, D ed. Benedictin. : Τὸ γὰρ « ὅτε » καὶ « πρὸ τοῦδε » καὶ « μετὰ ταῦτα » καὶ « ἀπ' ἀρχῆς » οὐκ ἄχρονα, κἂν ὅτι μάλιστα βιαζώμεθα. Vita Arati vol. 2, p. 445 ed. Buhl. : Βιάζονται οὐ μετρίως. Strabo 3, p. 143, a Wakef. citatus : Τὰ βοσκήματα βιαζόμενα ἐπανελθεῖν οὐκ ἴσχυσεν. Pausan. 4, 22 indicat Schæf. : Ἐκλείπειν τὴν Εἶραν βεβιασμένους· et Phalar. epist. p. 352 : Μὴ βιάζου με ... δίκας παρὰ σοῦ λαβεῖν. Longinus De sublim. 34, 3 : Γελοῖος εἶναι βιάζεται καὶ ἀστεῖος. Polemo Physiogn. p. 233 : Οὗτοι ἀνδρόγυνοι ὄντες ἄνδρες εἶναι βιάζονται. Apoll. Rh. 2, 592 : Ἐπεγνάμπτοντο δὲ κῶπαι ... βιαζομένων ἡρώων, remis incumbentibus. Diodorus Sic. 18, 67 : Βιαζομένου τοῦ Φωκίωνος, connitente Phocione : quos duo locos attulit Hemsterh. G. Dind.] || Stupro, Stuprum infero : pro quo et Lat. peculiari signif. dicunt Vim inferre : sicut et Galli suum illud *Forcer*. Plut. [Mor. p. 773, B] : Οἱ δὲ, καταλαβόντες ἐρήμους τὰς κόρας, βιάζονται. [Phrynich. p. 70 Lob. : Βεβίασται ἡ κόρη λεκτέον, ἀλλ' οὐχ, ὥς τινες τῶν ῥητόρων, ἔφθαρται. Similiter Mœris p. 103, ubi vid. Pierson. et p. 390, et interpretes Thom. M. p. 151. De vetula juvenem insectante Aristoph. Plut. 1093 : Θάρρει· μὴ φοβοῦ· οὐ γὰρ βιάσεται· ubi Schol. : Ὃ ποιοῦσιν οἱ ἄνδρες, τοῦτο ἐπὶ τῆς γραὸς φησι. Aristoteles H. A. 6, 21, de tauris : Οἱ δὲ νεώτεροι καὶ τὴν αὐτὴν βιάζονται πλεονάκις καὶ ἐπὶ πολλὰς ἀναβαίνουσι διὰ τὴν ἀκμήν. Hæc citavit Schæf. Aristoph. Lysistr. 225 : Ἐὰν δέ μ' ἄκουσαν βιάζηται βίᾳ. Clement. Homil. in Coteler. Patr. vol. 1, p. 657 : Μοιχεία βιάσασθαι τὴν μὴ θέλουσαν. G. Dind.] || Pro διὰ τοῦ βιαίου contendo, quod est Schema Rhetoricum, vide ap. Bud. 223. [Dionysius Halic. De Thucyd. jud., p. 921, 2 Reisk. : Τῶν σχηματισμῶν τῶν ἀνακολούθων καὶ βεβιασμένων. Βεβιασμένα σχήματα ibid. p. 896, 3; 899, 14. G. Dind.]

Βιάζομαι quamvis τῷ πείθειν opponatur, ut paulo ante docui, dixit tamen Lucian. [Hercul. 6,] nove quidem, sed eleganter tamen, πειθοῖ βιάσασθαι · Καὶ αὐτὸν ἡμεῖς τὸν Ἡρακλέα λόγῳ τὰ πάντα ἡγούμεθα ἐξεργάσασθαι, σοφὸν γενόμενον καὶ πειθοῖ τὰ πλεῖστα βιάσασθαι. Quod certe perinde esse crediderim ac si quis dicat Violenta quadam suadela pleraque effecisse. Bud. tamen ita vertit, Suada pleraque eluctari pervincereque solitum. Erasm. vero sic, Persuadendo pleraque sibi subegisse. At mihi mea interpr. Græcæ formulæ energiam pariter et elegantiam multo melius reddere videtur.

[Βῐαιοθανασία, ἡ. Vid. Βιαιοθανατέω.]

[Paul. Alexandr. Apotelesm. p. 50, 24 : Τὸν τῆς βιαιοθανασίας κίνδυνον ἐκφεύξονται. Cfr. Βιοθανασία. Hase.]

[Βῐαιοθανατέω, Violenta morte occumbo. Plutarch. De fluviis p. 1152, B : Ὁ τόπος τῶν βιαιοθανατησάντων. Apud Suidam in Ψυχικὸς ἄνθρωπος vitiose βιοθανατούντων. Similiter in codice Guelferb. Julii Firmici 7 apud Lessingium (*Beitræge* 3, p. 256,) aliquoties *biothanatos*, sed ap. Paulum Alexandr. ubique βιαιοθάνατος, βιαιοθανασία, ἡ, Mors violenta, l. 4. Schneid. Βιαθανατόω, verbum nihili, Nicet. Paphl. 35, (in Martyrum Triade ed. Combef. 1666.) Boisson. Βιοθανάτους Olympiodor. ad Platon. Phædon. p. 323 ed. Wyttenb.; βιαθανάτους cum iota subscripto apud Fischerum p. 485. Angl. Id βιαιοθανάτους scriptum affert Bekkerus in Anecd. p. 1354, quanquam paullo inferius rursus βιοθάνατος ex Olympiodoro in Phædonem apponens. Βιοθάνατος ex Isidoro 3, 462 affert Schæferus, ex Joanne Monacho in Anecdotis suis vol. 4, p. 248, Boissonadius, βιοθανατέω ex Joanne Chrysost. hom. 36, vol. 5, p. 235, Seagerus, ex Symeonis Sethi Ichnel. p. 66, F, Boissonadius, ex Scholiasta Homeri Il. N, 93, Wakefieldus, quibus alia nonnulla exempla, in quibus etiam βιοθανὴς, addidit Lobeckius ad Phrynich. p. 642, 643. Nec dubium est recentiores Græcos his esse formis usos, quas Glossariis suis et græco et latino Ducangius, latino Forcellini, Thesauro eccles. Suicerus inseruerunt et exemplis plurimis confirmarunt. Ejusdem generis sunt, quæ infra afferemus, Βιοθανὴς, Βιοκωλύτης, Βιοσφαγὼς, Βιοφορέομαι. Conf. Salmas. Exerc. Plin. p. 787. Βιαιότης ab librario in Βιότης depravatum notavimus in Βιαιότης. Βιοτέρῳ pro βιαιοτέρῳ codex Venetus Eunapii p. 39 ed. Boisson. G. Dindorf.]

[Βῐαιοθάνατος, ὁ, ἡ, Violenta morte occumbens. Vide Βιαιοθανατέω. Schol. Pindari Isthm. 4, 104 indicat Osannus.]

[Paul. Alexandr. Apotelesm. p. 37, 27 : Ὀλιγοχρονίους, ἢ βιαιοθανάτους. Cfr. ibid. p. 46, 28, p. 50, 21 et Salmas. ad Solin. p. 1118, C. Hase.]

[Βῐαιοκλὼψ, ῶπος, ὁ, Violenter furans. Lycophr. 547 : Βιαιοκλῶπας ἁρπαγάς τε συγγόνων. Scott.]

Βῐαιομάχας, ὁ, Violentus pugnator, Violentus præliator : ideoque Strenuus bellator. Vel etiam Qui vi ac robore corporis in pugna certat, non dolis. [In Antholog. Palat. 6, 129, Planudes βιαιομάχας : sed codex Palatinus βιαιομάχος. Indicavit Scott.]

[Βῐαιομαχέω.] Βιαιομαχεῖν est Vi roboreque corporis pugnare, non arte dolisque et strategematicis astutiis. Polyb. 5, [84] : Ἔτι δὲ κάλλίω τὰ θηρία, βιαιομαχοῦντα καὶ συμπίπτοντα κατὰ πρόσωπον αὐτοῖς· 1, [27] : Πρὸς δὲ τὴν θάλατταν καὶ τὸ περιέχον ὅταν περιβάλλωνται καὶ βιαιομαχῶσι, Vi cum tempestatibus certant. Hom. hoc dicit μάχεσθαι ἀρετῇ τε βίῃ τε· item βίῃ καὶ κάρτεϊ· et βίῃ, καὶ χερσὶ, καὶ ἔγχεϊ· alibi autem ἢ δόλῳ ἠὲ βίηφι· nam dolus aut virtus quis in hoste requirat ?

[Βιαιομάχος. Vid. Βιαιομάχας.]

Βίαιος, α, ον, et ὁ, ἡ, Violentus, Injurius; ut ἔργα βίαια, Od. [Β, 236.] Ap. Plat. De LL. τὰ βίαια, Quæ vi aguntur. [11, p. 934, C : Τῶν κλοπαίων τε καὶ βιαίων πάντων τὰς ζημίας. G. Dind.] Apud Thucyd. aliquoties [ut 3, 39] βίαιόν τι πάσχειν dicuntur, Quibus vis aliqua et injuria affertur, s. Qui aliqua afficiuntur injuria. [Βίαια παθήματα Plato Timæo p. 42, A; 66, C. G. Dind.] Plur. etiam dicitur βίαια πάσχειν, ut Plut. Pericle [c. 29] : Αἰγινῆται δὲ κακοῦσθαι δοκοῦντες, καὶ βίαια πάσχειν. Illi autem βίαιόν τι πάσχειν respondet, atque adeo præcedit βίαιόν τι ποιεῖν, unde Lucian. Βίαιον μηδὲν ποιεῖν, pro quo Xen. Ἑ. 2, [4, 14] βιαιότερόν τι dixit : Ὅσοι μὲν γὰρ ἐπεποιήκεσάν τι βιαιότερον, καὶ ἐφοβοῦντο· nisi βιαιότερον extenuantis esse quis velit. [Diodor. Sic. Excerpt. vol. 2, p. 548, 12 : Τὴν ἀπώλειαν αὐτῶν ὑπὸ λῃστῶν γεγονέναι βιαίων, ubi malim βιαίως. L. Dind. Philostrat. V. A. 6, 19 : Θαυμασιουργίας καὶ βιαίου τέχνης. G. Dind.] Hinc autem et Βιαίων δίκη, Actio de vi illata. Lucian. Herm. Καὶ ὀλίγου δίκην ἔφυγον βιαίων. [Plato De legg. 11, p. 914, E : Τῶν βιαίων ἔνοχος ἔστω. Philo vol. 2, p. 208, 6 : Οἱ περὶ βιαίων ... νόμοι. Schol. Platonis p. 405 Bekk. : Βιαίων δίκη βίας δίκης διαφέρει. Βιαίων μὲν γάρ ἐστιν, εἴ τις βίᾳ ἐπεισελθών τι ἔλαβεν ἀλλότριον ἢ ἐκ χωρίου ἢ ἐξ οἰκίας, βιαίων ἐκρίνετο· ἐν δὲ ταῖς σχολικαῖς ὑποθέσεσιν βίας ἔγκλημά ἐστι κατὰ τῶν κόρην ἁρπασάντων ἢ παῖδα ἐλεύθερον· σημειωτέον δὲ ὅτι βιαίων γράφουσι τὴν δίκην οἱ παλαιοὶ καὶ οὐδεὶς βίας. Alia de hac actione attulit Meier. De lite Attica p. 545 sqq. Βίας γραφὴν dixit Dio Cassius p. 132, 72 : Βίας ἐπ' αὐτοῖς γραφὴν τῷ Κατιλίνᾳ παρεσκεύασε, ubi paullo post sequitur p. 133, 5 : Οἱ Ῥωμαῖοι τὴν βίαν αὐτοῦ κατεψηφίσαντο. G. Dind.] Dicitur autem βίαιος de variis rebus; ut βίαιος πολιτεία, Plato De LL.; βιαία δίκη, Synes. Violentum supplicium; βιαία χεὶρ, apud Eund.; βίαια πνεύματα, Philo [vol. 1, p. 470, 36. Ibid. p. 680, 46 : Βιαίῳ καὶ συντόνῳ πνεύματι· et vol. 2, p. 489, 33 : Πυρὸς βιαίῳ ῥιπῇ· ibid. p. 491, 21. Aristoteles p. 395, 6 : Τῶν βιαίων πνευμάτων καταιγὶς μέν ἐστι πνεῦμα ἄνωθεν τύπτον ἐξαίφνης. Pausanias 10, 17, 11 : Ὁ νότος βαρὺς καὶ βίαιος ἐγκείμενος. Basilius M. vol. 1, p. 53, D : Πνευμάτων βιαίων κίνησιν· ubi alii libri βιαίαν, ut paullo post legitur νότου βιαίαν κίνησιν· et p. 67, E : Βιαίαν κίνησιν τῶν ἀνέμων. Porphyrius in Ptolem. Harmon. p. 251 ed. Wallis. : Τῶν βροντῶν αἱ βιαιόταται γίγνονται σκληρόταται. G. Dind.] In illis autem sicut et in seqq. exemplis observa et βίαιος et βιαία fem. [Polyænus 4, 6, 5 : Βιαίῳ κινδύνῳ τὰς ἐπιθέσεις ἐποιεῖτο. Nicephorus Greg. p. 57, C : Τὸ τῆς βιαίας τύχης παράλογον. Ἀνάγκη βιαία idem p. 76, A, C. Femininam formam non raro invexerunt librarii. Ita apud Joann. Chrysost. vol. 1, p. 502, B : Ταῖς βιαίοις τῶν ἀνέμων ἐμβολαῖς, aliquot codd. βιαίαις. G. Dind.] Apud Rhetores autem βίαιος ὅρος, et βίαιον, Schema quoddam Rhetorum, vide Hermog. apud Bud. 223. Sciendum est porro βίαιον de persona etiam dici; ut Thucyd. 1, [40] : Καὶ ὅτι οἵδε βίαιοι καὶ πλεονέκται εἰσί. Ibid. [94] : Ἤδη δὲ καὶ βιαίου ὄντος αὐτοῦ. Et 3, [36] : Ὢν καὶ ἐς τὰ ἄλλα βιαιότατος. Ubi redditur etiam Vehementissimus, Acerrimus : a Schol. autem exp. ἰσχυρός : quem tamen ἰσχυρότατος scripsisse credibilius est. [Hermogenes vol. 1, p. 44, 6 ed. Walz. : Ἀπαιτεῖ δὲ τὸ τοιοῦτο βίαιον ῥήτορα καὶ δεινότητα. G. Dind.] || Coactus; ut βίαιοι φωναὶ ap. Greg. exp. Coactæ voces. [Basilius M. vol. 1, p. 91, B : Βίαιον γὰρ μάθημα οὐ πέφυκε παραμένειν, vix enim durare solet quod invitus didiceris. Gregorius Naz. vol. 1, p. 539, C ed. Benedict. : Διαλῦσαι στραγγαλιὰς βιαίων δογμάτων. G. Dind.] Sed et β. φυγὴ pro Effusa fuga affertur e Thucyd. [Βίαια, Violenter. Æschyl. Suppl. 821 : Βίαια δίζηνται λαβεῖν. Ἐκ τοῦ βιαίου Dionys. Hal. Ant. Rom. 10, 36, a Schæf. citatus, ubi cod. Vatic. καρπουμένους ἐκ τοῦ βιαιοτάτου. Πρὸς τὸ βίαιον Æschyl. Agam. 130. In etymologia h. v. ludit Philo Judæus vol. 1, p. 288 : Τὸ γὰρ βίαιον ὀλιγοχρόνιον, ὡς καὶ αὐτό που δηλοῖ τοὔνομα παρὰ τὸ βαιὸν εἰρημένον· βαιὸν δὲ τὸ ὀλιγοχρόνιον ἐκάλουν οἱ παλαιοί. Comparativus apud Antyllum p. 136 in codice βιαιστέραν scriptus : unde Matthæi βιαιεστέραν. Βίαιος et βέβαιος confusa vide in Βέβαιος. Βίαιος et δίκαιος in Δίκαιος. G. Dindorf.]

[Βιαιότης, ἡ, Violentia. Lysias p. 735; Antipho p. 707; Andocides p. 115. Seager. Apud Andocidem (30, 15 Steph.) editiones veteres βιότητος. Plutarch. Moral. p. 565, D : Βιαιότης ἀμαθίας. G. Dindorf.]

Βῐαίως, Violenter, s. Vi, βίᾳ. [Æschyl. Agam. 183 : Βιαίως σέλμα σεμνὸν ἡμένων. (Eurip. Hecub. 814 : Βιαίως θανοῦσα.) Pollux 8, 65. Scott. Hom. Odyss. Β, 237 : Κατέδουσι βιαίως· Χ, 37 : Παρευνάζεσθε βιαίως. Βιαίως et βίᾳ ὡς confusa ex Valcken. ad Eurip. Phœn. p. 768 indicat Schæf. G. Dindorf.]

[Βιαντιάδης s. Βιαντίδης. Vid. Βίας.]

[Βῐάνωρ, ορος, ὁ, Bianor. Forma Ionica Βιήνωρ, dux Græcorum, apud Homer. Il. Λ, 92. || Bianor Bithynus, scriptor epigrammatum, qui Augusti et Tiberii temporibus videtur vixisse : vid. Jacobs. Antholog. vol. 13, p. 868. G. Dindorf.]

Βῐαρκὴς, ὁ, ἡ, Ad vitam sufficiens, Vitam et victum suppeditans. Nonn. [Jo. 108, 26] : Οὐ νέα τέκνα βιαρκέος ἐστὲ τοκῆος, Almi Dei Patris. [Ἐφετμὰς, 193, 15; μύθους, 207, 26. Archias in Antholog. Palat. 6, 179 : Βιαρκέος λινοστασίης. Angl. Nonnus 17, 370 : Βιαρκέος ἄνθεϊ γαίης. Wakef.]

[Βίαρον, Cyclaminus altera. Diosc. p. 447. Boiss.]

Βίαρχος, ὁ, Victui s. Commeatui præfectus. [Athan. 1, p. 794, a Suicero citatus : Φλαβίῳ Ἀντωνίνῳ βιάρχῳ.]

[Βίας, αντος, ὁ, Bias. Antiquissimus est Bias, dux Græcorum, apud Homer. Il. Δ, 296; Ν, 691; Υ, 460 : inter ceteros clarissimus Bias Prienensis, Teutami filius, inter septem sapientes relatus; de quo Diogenes Laert. 1, c. 5. || Fluvius Messeniæ, a Biante, Amythaonis filio, appellatus. Pausan. 4, 34, 4. Βίας et Βίων confusa : Casaub. ad Diogen. Laert. 4, 48. Patronymicum Βιαντίδης memoratur in Etym. Gud. p. 465, 42. Etym. Ms. Havn. s. v. Πηληιάδεω, Βίαντος Βιαντίδης· τὸ γὰρ Βιαντιάδης πλεονασμῷ τοῦ α. G. Dindorf.]

[Βιάσας, ὁ, Biasas, nomen Paphlagonicum, etiam in Cappadocia usitatum, apud Strabon. 12, p. 553. G. Dindorf.]

[Βιάσιμος, Gl. Violabilis.]

[Βίασμα ex Porphyrio De abstin. 2, 32, p. 160, ab Wakef. allatum, vox nihili est. Recte corrigi μίασμα ostendunt quæ præcedunt. G. Dind.]

Βῐασμὸς, ὁ, Violatio, Vis adhibita s. illata. Citatur e Diosc. 3, 108 : Οἱ λεγόμενοι βιασμοὶ, ubi Ruell. Affectus, quæ violentiæ dicuntur; Barbarus, Lymphationes. [Dioscor. in Nothis 3, 108 : Τοῖς λεγομένοις βιασμοῖς μέγα βοήθημα. Hemsterh. Βιασμὸς ex Eupolidis Autolyco affert Antiatticista p. 84, 21. De stupro dixerunt Strabo 6, p. 264, et Dionys. Halic. Ant. Rom. 1, 77, bis, ab Scotto indicati. Quibus adde Plutarch. Moral. p. 755, D : Ἁρπαγὴν καὶ βιασμόν. Cum Dioscoridis locis comparandus Theophanes Nonnus vol. 2, p. 46 : Τεινεσμός ἐστι φλεγμονὴ τοῦ ἀπευθυσμένου, ὅπερ λέγουσιν οἱ ἰδιῶται βιασμόν· ubi Bernardus Schol. Nicandri ad Alexiph,

30 affert : Τεινεσμός ἐστιν ὃν νῦν λέγομεν βιασμόν. G. Dind.]

[Βῐαστέον, Vim inferendum. Eurip. Rhesi 584 : Ἡμῖν δ' οὐ βιαστέον τύχην. Scap. Ox. Libanius vol. 4, p. 151, 27 : Βιαστέον δ' οὖν ὅμως ἃ πέπονθα πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν ἄνωθεν. G. Dind.]

Βῐαστὴς, ὁ, Violator, Qui vim infert. Naz. Βιαστὴς τῆς βασιλείας, Violentus regni raptor. VV. LL. [Gl. Βιαστής· Violentus. Clemens Alex. p. 476 ed. Sylb. ab Schæf. citatus : Βιαστῶν ἐστιν ἡ βασιλεία. Adde ibid. p. 553. Hæc et alia attulit Suicerus p. 685 seq. Basilius M. in Matthæi Anecd. vol. 2, p. 58 : Βιαστῶν συκοφαντίας. Conf. supra s. v. Βητής. G. Dind.]

Βῐαστικὸς, ή, όν, Qui vim afferre potest : βιαστικὸς νόμος, Lex, quæ cogit, e Plat. [De LL. 11, p. 921; Aristot. De part. anim. 2, 9; 3, 1. Scott. Sextus Empir. p. 357 : Βιαστικώτερον ἐπιτάττειν. Hemst. Clem. Alex. p. 228. Philo vol. 2, p. 211, 14 : Ἡδονῆς βιαστικωτάτης. Wakef. Adde ibid. p. 28, 31 : Φίλτρον βιαστικώτατον· et p. 305, 34. Plutarch. Moral. p. 614, C : Διὰ τοῦ πιθανοῦ μᾶλλον ἢ βιαστικοῦ. G. Dind.]

[Βῐαστικῶς, Violenter. Schol. Euripid. vol. 4, p. 93 ed. Matth. : Βιαστικῶς ἀποπεμπομένη. Schæf. Contorte, de duriore constructione, schol. Philostr. Heroic. p. 484 ed. Boisson. G. Dind.]

[Achmet. Onirocr. 47 : Πλοῦτον ἀλλότριον βιαστικῶς καὶ ἐφαμάρτως κερδήσει. Hase.]

[Βῐαστὸς, ή, όν, Violentus. Libanius vol. 4, p. 793, 12 : Μικρὸν ἐναντίωμα διαλύει τὰς ἄγαν εὐδαιμονίας, ὅταν ἐκ βιαστῶν πραγμάτων καὶ πλεονεξίας συστῇ. Theophilus Protosp. 3, 11, p. 843 : Ἡ μὲν γάρ ἐστιν ἀβίαστος (ἀναπνοὴ), ἡ δὲ βιαστή. Gl. Labbæi : Βιαστόν· Violatum. Apud Philonem vol. 1, p. 314, 5, βιαστῶν male scriptum pro βίας τῶν. G. D.]

[Βῐατὰς, Violentus. Pindar. Pyth. 1, 18 (et Anyte Antholog. Palat. 7, 492) : Βιατὰς Ἄρης. Pindar. Pyth. 4, 420 : Βιατὰς ἀνήρ. Ol. 9, 114 : Πατρόκλου βιατὰν νόον. Scott.]

[Βιατήριον in loco corrupto Gorgiæ Enc. Helenæ p. 96 Reisk. ab Schneidero indicato, ubi Bekkeri codices p. 58 partim βιαστήριον partim βατήριον præbent. G. Dindorf.]

Βιάτωρ, Hesychio κυάθιον μικρὸν, ἤγουν κοχλιάριον, Cyathus parvulus, s. Cochlear.

Βῐάω, ήσω, et Βιάομαι, Vim affero, Urgeo, vel Violenter urgeo, Opprimo. Il. K, [172] : Ἀλλὰ μάλα μεγάλη χρειὼ βεβίηκεν Ἀχαιούς· [145], itidemque Π, [22] : Μὴ νεμέσα, τοῖον γὰρ ἄχος βεβίηκεν Ἀχαιοὺς, ubi βεβίηκεν exp. Impulit; item Invasit : at ego malim Oppressit; nam opprimendo vim afferimus. Illi autem priori loco v. Urgere magis convenire arbitror. Admonet autem Eust. thema τοῦ βεβίηκε esse βιῶ, cujus deriv. sit βιάζω. Pass. autem utitur Hom. Od. A, [502] : Οἳ κεῖνον βιόωνται· Ψ, [9] : Βιόωντό τε παῖδα. At de illa constr. Il. Φ, [451] : Τότε νῶϊ βιήσατο μισθὸν ἅπαντα, lege Eust. Ex Hesiodo autem [Θ. 423] affertur βιάομαι, pro Vim infero, Vitio : Οὐδέ τί μιν Κρονίδης ἐβιήσατο, οὐδέ τ' ἀπηύρα, quod exp. Nihil ab ea per vim ademit. [Solon Fragm. 5, 41 : Πενίης δέ μιν ἔργα βιᾶται. G. Dind.] Bud. ex Herod. etiam citat βιάομαι. [Herodotus et medio et passivo βιᾶσθαι usus est : illo 4, 43 : Ἐβιήσατο παρθένον· 4, 139 : Σὺ δὲ μηδαμῶς βιῶ, et aliis quibusdam in locis, hoc 1, 19 : Τὸ λήιον ἀνέμῳ βιώμενον, et 7, 83 : Θανάτῳ βιηθεὶς, ubi plures libri βιασθείς. Hippocrates p. 600, 32, a Wakef. citatus : Ἢν ἡ γυνὴ ἐν γαστρὶ ἔχουσα νοσήσῃ καὶ ἀσθενήσῃ καὶ ἄχθος βιήσηται. Epigramma apud Pausan. 5, 23, 7 : Δεκάταν πολλᾶν ἐκ πολίων χερσὶ βιασάμενοι· et 5, 27, 12 : Σίπτην χερσὶ βιασάμενοι, ubi alii libri recte βιασσάμενοι, quod fortasse etiam alteri loco restituendum. Antiphilus in Antholog. Palat. 9, 546 : Πῦρ ἐκ μυλάκων βεβιημένον. Βιησάμενος significatione passiva. Euphorio apud Etymol. M. p. 480, 18 : Οὕνεκα δή μιν Ἶφι βιασαμένη Ἑλένη ὑπεγείνατο Θησεῖ, ubi tamen codex Barocc. apud Bekkerum in Anecd. p. 1446, βιησαμένῳ. Orpheus Argon. 1085 : Δισσῇσι βιησαμένη παλάμῃσι, ubi Hermannus βιαζομένη. Præter scriptores Ionicos forma βιᾶσθαι utuntur lyrici poetæ et de tragicis uno in loco Æschylus. Pindar. Nem. 8, 57 : Ἃ τὸ μὲν λαμπρὸν βιᾶται. Simonides fragm. 123 : Τὸ δοκεῖν καὶ τὰν ἀλάθειαν βιᾶται, quo utitur Plato De rep. 2, p. 365, C. Æschylus Agam. 385 : Βιᾶται δ' ἁ τάλαινα πειθώ. Locus Platonicus in Timæo p. 63, C, ex poetæ alicujus dicto adumbratus videtur : Αἴρων τὸν ζυγὸν καὶ τὸ πῦρ ἕλκων εἰς ἀνόμοιον ἀέρα βιαζόμενος, δῆλον ὡς τοὔλαττόν που τοῦ μείζονος ῥᾷον βιᾶται. G. D.] Βεβιημένον ὕδωρ, Nonn. [Jo. 43, 26] dixit de aqua, quæ vi hausta est et extracta, ut et βεβιημένον ἆσθμα dicitur Anhelitus vi ductus, Spiritus vi attractus, a βιάω, unde et βεβίηκε ap. Hom. Sed poetis duntaxat hæc usitata sunt; prosæ enim scriptt. βιάζεσθαι dicunt. [Nonn. l. c. 75, 18, ἄνεμος.] Βιόωνται, Ion. pro βιῶνται, Hesychio καταπονοῦσι, βιάζονται, Delassant, Cogunt. Βιώατο, Ion. pro βιῷντο, i. e. βιάζοιντο, a βιάομαι, Eust. [Βιώατο, Apoll. Rh. 4, 1236. Angl.]

Βῐβάζω, άσω, [Futurum contractum βιβῶ. Sophocles OEd. Col. 381 : Τιμῇ καθέξον ἢ πρὸς οὐρανὸν βιβῶν, ubi Schol. πρὸς οὐρανὸν οἴσων (οἶσον). Plato De legg. 10, p. 900, C, διαβιβῶ. De præsenti βιβάω vide in Προσβιβάζω. G. Dind.] Admitto, Admissario admoveo; ut Bud. exp. Admitto animalia ad coitum, Camer. Aristot. H. A. 6, [19] : Θυῶσαν δὲ οὐ δεῖ εὐθὺς βιβάζειν· εἰ δὲ μὴ, πάλιν ἀναθυᾷ· ἂν δὲ ὀργῶσαν βιβάσῃ, μία ὀχεία ἀρκεῖ. Plin. 8, 51 : Ne prima subatione neque ante flaccidas aures coitus fiat. Plut. [Lycurg. 15] : Οἳ κύνας μὲν καὶ ἵππους ὑπὸ τοῖς κρατίστοις τῶν ὀχείων βιβάζουσι. Et βιβάζομαι, Admissario admoveor, Ineor. Aristot. de Asina, [H. A. 6, 23] : Τίκτουσα δὲ βιβάζεται ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ, καὶ μάλιστα δέχεται τὸ πλῆσμα ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ βιβασθεῖσα. Plut. [Moral. p. 303, A] : Διὰ τί πρὸς τὸ τοῦ Ἀγήνορος τέμενος τὰς ὄϊς προσελαύνοντες οἱ Ἀργεῖοι βιβάζουσι; [De equo et aliis brutis sæpius in Geoponicis, bis apud LXX. Conf. ad Hesych. in Ἱππόθορος, quem Hemsterh. citat. De homine Alcæus comicus apud Antiatticist. p. 85, 6 : Βιβάζειν· τὸ ὀχεύειν. Ἀλκαῖος δ' ἐν Καλλιστοῖ ἐπ' ἀνθρώπου ἔφη. Ex eodem poeta ἐβίασέ μου τὴν γυναῖκα affertur ibid. p. 86, 2. De quibus verbis interdum inter se permutatis vide in Ἐκβιβάζω. Ap. Aratum Dios. 342, quem locum Gatakerus attulit, libri nonnulli βιαιόμεναι pro βιβαιόμεναι. Scholiasta : Τὸ βιβαιόμεναι ἀντὶ τοῦ βιαζόμεναι πρὸς συνουσίαν. Strabon. 15, p. 705 affert Wakef., ubi pro βιβάζονται libri aliquot βινάζονται, unus βιάζονται. G. Dind.] || Βιβάζω, Budæo est etiam Ineo : et Varino, πορεύομαι, περιπατῶ. || Βιβήξαντες Suidæ ἐμβιβάσαντες. [De hac glossa vide in Ἐμβιβάζω. G. Dind.]

[Βιβάθω fictum a grammaticis : vide Βιβάσθω.]

[Βιβαιόμενοι. Vid. Βιβάζω.]

[Βίβακτα, Bibacta, insula. Arrian. H. Ind. p. 336. Apud Plinium H. N. 6, 23, *Bibaga*. G. Dindorf.]

[Βίβας, Bibas. Arcadius p. 21, 9. G. Dindorf.]

Βιβάσθω, i. q. βιβάω, ut μακρὰ βιβάσθων, Il. N, [809]. Βιάθω, Proficiscor, πορεύομαι, VV. LL. Sed metuo, ne perperam pro βιβάσθω. [Βιβάσθων præterea in duobus aliis Iliadis versibus exstat, O, 676; Π, 534. Alii hujus verbi modi non reperiuntur. Βιάθω illud fortasse ex βιβάθω deflexum est, quo grammatici utuntur ἐτυμολογοῦντες, ut Etymol. M. p. 197, 23, et Schol. ad Il. N, 809. De accentu participii argutabantur grammatici. Τυραννίων, inquit Schol. Homeri, περισπᾷ οὐχ ὑγιῶς. ... Ἀρίσταρχος δέ φησιν, ἐὰν ὀξύνηται, ἔσται μακρὰ διαβάς. G. Dindorf.]

Βίβᾰσις, εως, ἡ, erat, ut ex J. Poll. [4, 102] Camer. refert, Laconicæ saltationis genus, quasi Admissionem dicas : et in hac victoribus præmia proposita, non modo pueris sed virginibus etiam. Subsiliendum tamen erat ac pedibus attingendæ nates, et numerabantur saltus. Et refertur de una hujus generis saltatione inscriptio, Χίλια πόκα βιβάντες τάσδε πιναχίδας ὠργοῦντο· ubi J. Poll. addit, Οὐκ οἶδα εἴτ' ἐπὶ πινάκων, εἴτε πίνακας φέροντες. [Ad hanc saltationem spectat Aristoph. Lys. 82 : Γυμνάδδομαί γα καὶ ποτὶ πυγὰν ἅλλομαι. G. Dind.] || Hesychio est etiam κοίτη, στιβάς. [Gl. Βίβασις, ἡ ὀχεία, Admissura.]

[Βιβάσκω, Incedo. Homer. in Apoll. 133 : Ὣς εἰπὼν ἐβίβασκεν ἐπὶ χθονὸς εὐρυοδείης Φοῖβος. Βιβάσκων pro Βιβάσθων codices nonnulli apud Homer. Il. O, 676; Π, 534. Schæf.]

Βιβάσσων, Hesychio βίᾳ βαίνων, Violento pede gradiens. [Βιβάσθων Heinsius.]

Βιβαστὴς, οῦ, ὁ, Admissarius, ὀχευτής. [Gl. Admissarius, Emissarius.]

[Βίβαστος, Bibastus, urbs Thraciæ. Gentile Βιβάστιος. Stephan. Byz.]

Βϊβάω, et Βίβημι, pro βαίνω, sunt itidem poet. : unde Il. Γ, [22] : Μακρὰ βιβῶντα· [Od. Λ, 538 : Μακρὰ βιβῶσα·] at H, [213], Ajax ἤϊε, μακρὰ βιβὰς, κραδάων δολιχόσκιον ἔγχος, Magnis passibus gradiens, διϊστῶν εἰς μῆκος πολὺ τὰ σκέλη· cui opp. ὀλίγον γόνυ γουνὸς ἀμείβων· quod et ἐπὶ σκέλος χωρεῖν dicitur. Eust. [Βιβὰς, βιβῶν var. lect. apud Heyn. vol. 5, p. 344; 6, p. 441; 7, p. 57, 117. Schæf.] Citatur et e Luciano [immo scriptore Philopatridis, cap. 28,] Βιβὰς μακρὰ τοῖς ποσί· sed hæc tamen, ut opinor, tanquam ex Hom. sumta usurpante, quæ alioqui prosa non admittat. [Pindar. Ol. 14, 24 : Κῶμον κοῦφα βιβῶντα. Ὑψιβιβὰς ex Gregor. Naz. vol. 2, p. 75 afferunt Angl.]

[Βίβημι. Vid. Βιβάω.]

[Βιβήξαντες. Vid. Ἐμβιβάζω.]

Βιβλαρίδιον, Libellulus, Apocal. [10, 2, 8, 9, 10, ubi alii libri βιβλιδάριον et βιβλίον. Apud Galenum vol. 16, p. 5 ed. Kühn. βιβλιαρίδιον scriptum. G. D.]

Βιβλάριον, τὸ, Libellulus. [Lucillius in Antholog. Palat. 11, 78 : Τῶν σητοκόπων βυβλαρίων τὰ κάτω. De quo Stephanus infra hæc scripsit : « Βυβλάριον, Chartula e papyro. In Epigr. βυβλαρίων σητοκόπων, ubi Lascaris ait intelligi Papyrum pertusam instar trabeæ, quæ tundit glebas segetis et frumentorum. Sic VV. LL., de quorum suspecta fide dicetur in Σητοκόπος. » Βιβλάριον ex Polluce 7, 210 affert Scottus.]

[Βιβλιαγράφος. Vid. Βιβλιογράφος.]

[Βιβλιαίγισθος Ἀνδρέας ὁ ἰατρὸς ἐκλήθη ὑπὸ Ἐρατοσθένους, ὅτι λάθρᾳ αὐτοῦ τὰ βιβλία ἔγραφεν, Grammaticus Bekkeri p. 226, 12; μετέγραψε Etymol. M. p. 198, 21. G. Dindorf.]

Βιβλιακὸς, ἡ, ὸν, Librorum volutator, In librorum lectione versatus. Plut. [Vit. Romuli c. 12] : Ἄνδρα Ῥωμαίων ἐν ἱστορίᾳ βιβλιακώτατον· ubi Ald. Ed. βυβλιακώτατον habet cum υ, Qui summam historiæ cognitionem e plurimis libris petitam habebat. Ita enim vertendum puto, non simpl., ut alii reddunt, In historia versatissimum. [Βιβλιακοὶ χαρακεῖται Timo Phlias. apud Athen. 1, p. 22, D. Βιβλιακῆς ἐμπειρίας βιβλία γ' scripserat Telephus Pergamenus, de quo Suidas in Τήλεφος. Hemsterh. Julianus Ægypt. in Antholog. Palat. 7, 594 : Βιβλιακῶν μυριάσιν σελίδων. Schæf. Porphyrius De abstin. p. 316 : Ἄχρι συντάξεων προάγουσι βιβλιακῶν. Eustathius Opusc. p. 37, 44 : Βιβλιακοῖς ἐδαφίοις ἐγκατέστρωσεν. Ibid. p. 219, 47 : Βιβλιακῆς ὑποθήκης. G. Dindorf.]

[Βιβλιαρίδιον. Vid. Βιβλαρίδιον.]

[Βιβλιάριον, τὸ, Libellus. Ex Antisthene apud Diogen. L. 6, 3 affert Passovius.]

[Βιβλιάς. Vid. Βυβλιάς.]

[Βιβλιαφόρος. Vid. Βιβλιοφόρος.]

[Βιβλιδάριον, τὸ, Libellulus. Aristoph. ap. J. Poll. 7, 210; Phot. Bibl. p. 52, 26. Indicavit Scap. Ox. Βιβλιδάριον Apollodori Bibliothecam vocat Photius p. 142. G. Dindorf.]

Βιβλίδιον, τὸ, Libellus. Dem. [p. 1283] : Ἐν γραμματιδίῳ δυοῖν χαλκοῖν ἐωνημένῳ καὶ βιβλιδίῳ μικρῷ πάνυ τὴν ὁμολογίαν καταλέλοιπε τοῦ ποιήσειν τὰ δίκαια. [Polybius 24, 2, 5 : Βιβλίδιον οὐ μέγα. Βιβλίδιον producta syllaba secunda Strato in Antholog. Palat. 12, 208. Angl. Βιβλίδιον et βιβλίον confusa, Boissonad. ad Eunap. p. 251. Apud Procop. Histor. p. 91, C, Codex Leidensis βιβλίῳ pro βιβλιδίῳ, recte fortasse quum statim sequatur βιβλίον. Sed βιβλιδίῳ rursus p. 99, D, 459, C. Interdum βυβλίδιον scriptum : vide Βιβλίον. G. Dindorf.]

Βιβλίδριον, Eust. [p. 632, 60. Sed Βιβλίδιον memorat Eustathius p. 1960, 1. G. Dindorf.]

[Βίβλιθος, ὁ, Biblithus, n. pr. Nonnus Dion. 32, 222 : Εἰλιπόδην Βίβλιθον. G. Dind.]

Βίβλινος οἶνος, Vinum Biblinum : nascens nimirum in Biblinis Thraciæ montibus : a quibus et Βιβλίνη ἄμπελος dicta, Biblina vitis : quæ nimirum vel ibi provenit, vel ob fœcunditatem inde tralata est, ut prolixius tradit Etym. et Athen. [p. 31, A]. Hesiod. E. 2, [587] : Ἀλλὰ τότ' ἤδη, sub æstus nimirum caniculæ, Εἴη πετραίη τε σκιὴ καὶ βίβλινος οἶνος· [ubi Gœttlingius : « Ut ab ὄρεσι Βιβλίνοις deducam, non adducor. Ineptum enim esset in hoc poemate simplicissimo agricolæ suadere, velit vinum ex Thracia petitum bibere, quum ipse suos habeat racemos (v. 570). Accedit, quod a Plinio H. N. 14, 4 seq. βίβλινον vinum non recensetur in vinis bonis a regione appellatis. Potius βίβλος et φλοιὸς sunt affinia; φλύω autem et βλύω, unde hæc germina, omne fluidum denotant, quod vim quandam in se habet reconditam. Hinc Bacchus dicitur Φλοῖος, Φλυεύς. Βίβλινος οἶνος igitur est vinum omnium valentissimum, quod ex uvis passis procreant, vid. v. 611 seq. » Βίβλινος οἶνος unde diceretur jam inter veteres dubitatum fuit : vide Stephan. Byz. in Βιβλίνη, cum annotationib. Holstenii et Berkelii. G. Dind.] Achæus ap. Athen. 1 : Ἐδεξιοῦτο βιβλίνου μέθης ἐκπώματι. Suidæ βίβλινος οἶνος est ὁ αὐστηρὸς, ἀπὸ βιβλίνης καλουμένης Θρᾳκίας ἀμπέλου, affertque in exemplum hunc senarium : Ὕδωρ δὲ πίνει, τόν τε βίβλινον στυγεῖ. Scribitur et Βίμβλινος cum μ. [Euripides Ion. 1195 : Βιβλίνου πώματος· ubi Musgrav. Theocritum 14, 15 affert : Ἀνῷξα δὲ βίβλινον αὐτοῖς. In codicibus sæpe Βύβλινος scriptum vitiose. Βίβλινος οἶνος agnoscit Steph. Byz. in Βιβλίνη. Βίμβλινος Etymol. M. Conf. infra Βίμβλινος, Βύβλινος, Βύβλος. G. Dindorf.]

[Βιβλιογραφέω, Libros scribo. Eustathius Opusc. p. 281, 10 : Μὴ καὶ πλατὺ μάλα βιβλιογραφήσειν ἀνάγκην εὑρήσω. Tafel. Idem p. 91, 44 : Πρὸ ὑμῶν οἴδασιν οἱ βιβλιογραφήσαντες· p. 180, 74 : Ἀναγκάζοιτο ἂν βιβλιογραφεῖν. G. Dindorf.]

Βιβλιογραφία, ἡ, Librorum scriptio, ab ea signif., a qua dicitur Scriba, Diosc. 1, [c. 114] : Ἄλλος δὲ συριγγίας πολύσαρκος, πυκνογόνατος, εἰς βιβλιογραφίαν ἐπιτήδειος. [Diogenem L. 7, 36 : Οἰκέτην ἕνα τῶν εἰς βιβλιογραφίαν πεμπομένων· et Liban. vol. 2, p. 17, C; 22, D; 51, D ed. Morell. indicat Stœberus ad Thomam M. p. 152. Eustathius Opusc. p. 103, 37 : Βιβλιογραφίας ἂν ἔργον εἴη μακρᾶς. G. Dindorf.]

Βιβλιογράφος, ὁ, Librorum scriptor, Librarius. [« Βιβλιαγράφος, inquit Phrynichus p. 85, λέγουσιν ἐν πέντε συλλαβαῖς καὶ διὰ τοῦ α, οὐχὶ τετρασυλλάβως διὰ τοῦ ο, satis ille perspicue improbans tetrasyllabum βιβλογράφος. Sed idem rursus in Bekkeri Anecd. p. 29 sic docet : Βιβλιοπώλης καὶ βιβλοπώλης καὶ βιβλογράφος. Haud sane levis dissensio, quam non componit, sed magis accendit Thomæ judicium, hæc scribentis p. 152 : Βιβλιογράφος, οὐ βιβλιαγράφος. Horum omnium quid verissimum esset, a Poll. audiremus, nisi librarii nos ludibrio habuissent. Sic enim scribitur 7, 211 : Cratinum βιβλιογράφος, Antiphanem vero βιβλιογράφος (iisdem literis) dixisse. Primum mihi dari necesse est priorem Phrynichi locum incorrupte scriptum esse : nam id cogit oppositum οὐχὶ τετρασυλλάβως διὰ τοῦ ο, quæ de litera ο admonitio ineptissima foret, nisi hanc vim haberet, ut ambo vocabula prorsus diverse scribi et syllabarum et vocalium ratione intelligeremus. Quum igitur βιβλογράφος necessario ο servet, sequitur, ut oppositum eam literam mutet, hoc est, ut Phrynichus βιβλιαγράφος scripserit. Ergo etiam Cratinus et veteres Attici sic scripserunt, recentiores vero formam propriam et primigeniam in usum revocarunt, βιβλιογράφος, eaque causa fuit cur Thomas, qui hos potissimum in dicendo auctores sequebatur, βιβλιογράφος, non βιβλιαγράφος, dici juberet; de cujus sententia nos certos facit Zonaræ consensus p. 388. Neque aliter quam Thomas præscribit, hoc nomen apud recentiores reperitur, Lucianum, Libanium, Galenum, Diogenem L. ». Lobeck. ad Phrynich. p. 655.]

[Βιβλιοδέτης, ὁ, Bibliopegus. Joannes Comnenus in descript. montis Atho p. 457 ed. Montfaucon. G. Dindorf.]

Βιβλιοθήκη, ἡ, Bibliotheca, Libraria, Gell. [11, 17, 1, et alibi. Ex Cratini junioris Ὑποβολιμαίῳ affert Pollux 7, 211; Polybius 12, 27, 4 : Πόλιν ἔχουσαν ὑπομνημάτων πλῆθος, ἢ βιβλιοθήκην που γειτνιῶσαν. Strabo ubi de bibliothecis Pergamenis et Smyrnæa agit 13, p. 624; 14, p. 644; Diodorum Sic. 1, 49,

et Athenæum 5, p. 203, E, et 214, E, citat Scottus. Βιβλιοθήκη ἱστορικὴ inscriptum Diodori Siculi opus; βιβλιοθήκη Apollodori et Photii. Βιβλιοθήκη ἔμψυχος Longinus dicitur ab Eunapio p. 7, ubi vide Boissonadium p. 155. Formam βιβλοθήκη Georgio Syncello aliquoties ex codicibus restitui, similem minus usitato βιβλοπώλης, de quo vide infra. G. Dindorf.]

Βιβλιοκάπηλος, ὁ, Librorum propola. Lucian. [Adv. indoct. c. 4 et 24. Alia vide apud Suicerum p. 686.]

[Βιβλιολάθας, ὁ, Librorum ab se scriptorum obliviscens. Cognomen Didymi grammatici, qui libros plurimos scripserat, apud Athenæum 4, p. 139, C. Indicavit Scottus.]

Βιβλίον, τὸ, Libellus. Sæpe autem pro βίβλος, Liber : vid. Theophr. [H. P. 4, 8, 4]; Lucian. [De H. C. 30] : Τὴν μέντοι ἐπιγραφὴν ὀλίγου δεῖν μακροτέραν τοῦ βιβλίου ἐπέγραψεν. [Athenæus 3, p. 72, A, ex Callimacho : Τὸ μέγα βιβλίον ἴσον τῷ μεγάλῳ κακῷ. G. D.] Et λεπτόγραφα βιβλία, ap. Eund. [Vit. auct. 23.] Quidam Comicus ap. Athen. [Theognetus 3, p. 104, C]: Ἀντέστροφέν σου τὸν βίον τὰ βιβλία. Item βιβλίον i. q. γραμματεῖον. Exp. et Tabellæ. Bud. e Plut. affert pro Libello supplice. [Hipparchus ad Arat. p. 181, D ed. Petav. : Ἐν πᾶσι τοῖς βιβλίοις γράφεται, In omnibus codicibus scribitur. Quod p. 224, D, dicit : Ἐν πᾶσι τοῖς ἀντιγράφοις. Βιβλίον et βίβλος de opere ex pluribus libris composito, Fabric. Bibl. Gr. vol. 1, p. 184 ed. Harl. || I. q. ἐπιστολή. Suidas : Βιβλίον· ἡ ἐπιστολή. Vid. Vales. ad Ammian. Marcell. 16, 5, 3. Schæf. Appianus vol. 1, p. 149, 23 : Βιβλία ἐσφραγισμένα, quæ paullo post γράμματα dicit. Libri scripti locis innumerabilibus inter βιβλίον et βυβλίον, pariterque βίβλος et βύβλος, fluctuant, sed tamen ut βιβλίον et βίβλος longe frequentius reperiantur, quod Herodoti exemplis ostendit Schweigh. in lexico Herodoteo. Quanquam βυβλίον etiam in optimis libris non raro scriptum. Ita Aristophanis codex Ravennas in Avibus octies (970, 974, 976, 980, 986, 989, 1037, 1288,) βυβλίον præbet, consentientibus aliis libris pluribus : contra in Ranis libri tribus in locis βιβλίον. Apud Isocratem codex Urbinas βυβλίον p. 86, D. Sed βιβλίῳ p. 285, D. Sylb. ad Dion. Hal. vol. 6, p. 969, 1116 R. cit. Schæfer. Discrimen grammatici alii aliud statuunt. Mœris p. 95 : Βιβλία διὰ τοῦ ι, ὡς Πλάτων, Ἀττικῶς· βυβλία, ὡς Δημοσθένης, κοινῶς· ubi Piersonus ex alio grammatico affert : Βιβλίον διὰ τοῦ ι Ἀττικῶς, διὰ δὲ τοῦ υ Ἰακῶς. Aliter Etymol. M. p. 216, 40 : Βυβλίον καὶ βιβλίον διαφέρει. Βυβλίον λέγεται τὸ ἄγραφον, οἷον (Psalm. 138, 5) Ἐπὶ τὸ βυβλίον σου πάντα γράφεται· δηλονότι ἄγραφον· βιβλίον δὲ τὸ γεγραμμένον. Eustath. p. 633, 16, βίβλον ἢ βιβλίον οὐδετέρως ἀπὸ τοῦ φυτοῦ τῆς βύβλου κατὰ ἐναλλαγὴν γράμματος dici tradit, quocum alius ejusdem locus comparetur infra in Βύβλος afferendus. Hesychius denique βιβλία per βυβλία et βυβλία per βιβλία interpretatur. Plantam rectius βύβλον quam βίβλον dici dubitari nequit : sed libri nomen, si quid exemplorum frequentiæ tribuendum est, omni tempore βίβλος et βιβλίον potius quam βύβλος et βυβλίον scriptum fuisse videtur. De ellipsi v. βιβλίον vid. in Βίβλος. G. Dindorf.]

[Βιβλιοπωλεῖον, τὸ, Libraria. Athenæus 1, p. 1, C. Angl.]

Βιβλιοπώλης, ου, ὁ, Bibliopola, Librorum venditor. [Ex Aristomene comico Pollux 7, 211, ex Theopompo Zonaras. Poterant etiam ex Nicophonte : v. Athen. 3, p. 126, F. Dionys. Hal. De Isocr. jud. 18, addit Scott. Formam βιβλοπώλης annotavit Phrynichus in Bekkeri Anecd. p. 29, 29.]

Βιβλιοτάφος, ὁ, Qui libros sepelit, i. e. In tenebris tanquam sepultos relinquit, lucem sc. illis invidens. Quales hodieque multos esse, optimus esse possum testis; at me mea typographica ars, quæ potius est βιβλιόδωρος, criminis hujus suspicione liberat.

[Βιβλιοφόριον, τὸ, Librorum sive epistolarum receptaculum. Grammaticus Bekk. p. 314, 5. Schneid.]

Βιβλιοφόρος, Librum ferens, Tabellas ferens, Tabellarius. E Polyb. βιβλοφόρος citatur. [Polybius 4, 22, 2, βιβλιαφόρους, ubi Schweigh. : « In Reg. A. prius videtur fuisse βιβλιοφόρους. Utrumque in usu fuisse videtur. Βιβλιαφόροι frequenter legitur apud Diodor. Utramque scripturam Suidas agnoscit. Nam βιβλιοφόρον dant editiones omnes in fragmento s. v. Ἐξαυτῆς. In alio autem fragmento, quod ad v. βιβλιοφόρος recitatur, per ο quidem vulgo scriptum legitur hoc nomen; sed quum ex litterarum serie tum ex altero fragmento, quod ibidem exhibetur, intelligitur βιβλιαφόρος fuisse ibi scribendum. » Diodori locos Wesselingius indicat ad 2, 26, ubi libri deteriores βιβλιοφόρους præbent, meliores βιβλιαφόρους, quæ forma in ceteris locis legitur. Constantin. Manass. p. 87 citat Boisson. Quod ex Polybio affert Stephanus βιβλοφόρος errore nititur.]

[Βιβλιοφυλακέω, Libros custodio. Eustath. Opusc. p. 158, 23. G. Dindorf.]

Βιβλιοφυλάκιον, τὸ, Locus, ubi servantur libri; ea forma, qua dicitur γαζοφυλάκιον. [Esdræ 1, 6, 20 : Ἐν τοῖς βασιλικοῖς βιβλιοφυλακίοις τοῦ Κύρου· et 22 : Ἐν τοῖς βιβλιοφυλακίοις τοῖς κειμένοις ἐν Βαβυλῶνι. G. Dind. Eustathius Opusc. p. 328, 40 : Βίβλος ἡ ζῶσα καὶ ἔμψυχος· τὸ πολυτίμητον βιβλιοφυλάκιον. Tafel.]

[Βιβλιοφύλαξ, ὁ, Custos librorum. Tzetzes Chil. 7, 964, a Boisson. indicatus. Vid. Βιβλοφύλαξ.]

[Βιβλίς, ἡ.] Βιβλίδες Etymologo [p. 197, 30] τὰ βιβλία, Libri s. Libelli. Item σχοινία τὰ ἐκ βίβλου πεπλεγμένα, Funes e byblo s. papyro nexi. Sed tunc scr. foret potius βυβλίδες. [|| Fons Mileti. Pausanias 7, 5, 5 : Ἐν δὲ τῇ Μιλησίᾳ πηγή τέ ἐστι Βιβλὶς καὶ ὅσα ἐς τῆς Βιβλίδος τὸν ἔρωτα ᾄδουσιν. G. Dindorf.]

[Βιβλογράφος. V. Βιβλιογράφος.]

[Βιβλοθήκη. V. Βιβλιοθήκη.]

[Βιβλοπώλης. V. Βιβλιοπώλης.]

Βίβλος, ἡ, Liber. [Æschylus Suppl. 987 : Οὐδ' ἐν πτυχαῖς βίβλων κατεσφραγισμένα. G. Dind.] Demosth. [p. 313] : Τὰς βίβλους ἀνεγίνωσκες. Lucian. [Herodot. cap. 1] : Ἄχρι τοῦ καὶ μούσας κληθῆναι τὰς βίβλους αὐτοῦ. [Βίβλῳ θέσπιδι, Nonn. Jo. 293, 14. Βίβλων ἄνθεσι ποίμαινε, 260, 21. Ἀμοιβάδα βίβλον ἑλίσσων, 99, 24. Γραφικῆς βίβλοιο, 136, 2. Angl. Βίβλοι τραγικαὶ Niceph. Greg. p. 86, D, Scripta tragicorum. Quomodo βίβλος ab recentioribus sæpissime dicitur. Sic βίβλοι Ἀριστοτελικαὶ, Πλατωνικαὶ, θεολογικαὶ, ap. Ducam hist. Byz. p. 176, B. Βίβλος et βιβλίον omissum in grammaticorum citationibus, ellipsi frequenti : vide ad Gregor. p. 71, 106, 853. Βίβλος de opere in plures libros distributo : vide Βιβλίον. || Βίβλος i. q. βύβλος, papyrus : vide Βύβλος. Βιβλίον et βίον confusa vide in Βίος. G. Dindorf.]

[Βίβλος, ὁ, nomen virile. Aristides vol. 1, p. 325 : Ἐπεισέρχεται Βίβλος (codex Florent. βύβλος) ἐκ τρίτων, θεραπευτὴς τῶν παλαιῶν καί τινα τρόπον πρόθυμος περὶ λόγους. Est Latinum *Bibulus*, Βίβουλος scriptum apud Dionem Cassium, quemadmodum apud eundem Λέντουλος et Κάτουλος legitur : nisi hi librariorum sunt errores, qui formas Græcas Λέντλος et Κάτλος sæpe sic interpolarunt. *Bibulus*, gentis Calpurniæ cognomen, Βύβλος scriptum in inscript. apud Bœckh. vol. 2, p. 31. Apud Themistium p. 262, 8, Βίβος Harduinus in Βίβουλος mutabat. Poterat probabilius Βίβλος, ut apud Plutarchum scriptum est. G. Dindorf.]

[Βιβλοφύλαξ, i. q. Βιβλιοφύλαξ. Anastas. Sin. Hodeg. p. 200, 1 : Ἐξήγαγεν ἡμῖν ὁ κύριος Ἰσίδωρος, ὁ βιβλοφύλαξ τοῦ πατριαρχείου, βίβλον ἔχουσαν ἀνόθευτον τὴν τοιαύτην χρῆσιν. Hase.]

Βιβοῦντα, Hesych. διαλαμβάνοντα. [Ubi corrigitur Βιβῶντα· διαβαίνοντα.]

[Βιβρώσκω. V. Βρώσκω.]

[Βιβύρτης inter nomina, quale est ἀγύρτης, affert Theognost. can. 237. Fort. βαβύρτης. Conf. s. Βαβύρτας. G. Dind.]

[Βιδάσπης apud Ptolemæum i. q. Ὑδάσπης, quod vide. G. Dindorf.]

[Βιδεῖν Laconice pro ἰδεῖν. Etymolog. Gud. p. 104, 13. G. Dindorf.]

[Βίδεοι. V. Βιδιαῖοι.]

[Βίδην. V. Βυδοί.]

[Βιδήριος, ὁ, Biderius, dux Gallorum, ap. Polyæn. 4, 6, 17, ubi alii libri κιδήριος et βιδόριος. G. Dind.]

[Βιδιαῖοι, Magistratus quidam Lacedæmone, quinque numero, apud quos cura certaminum epheborum erat. Pausan. 3, 11. Dahler. « Duplex nominis scri-

ptura in titulis Laconicis exstat, βίδεος et βίδυος, nusquam βιδιαῖος nec βειδιαῖος.—In scriptura βίδυος latet etymon. Grammaticos si audimus, βείδιος est vel ἔνδοξος, ut Suidas exponit, vel ἄρχων, quæ Eustathii (p. 1453, 11) explicatio est : sed his auctoritatibus cave te induci patiaris. Bidei teste Pausania ludos epheborum curant : ephebis inter ludos maxime præfecti sunt; ludorum et epheborum sunt testes et judices : sunt ἴδυοι, et quoniam verbum εἴδω digamma habet, dicuntur Fίδυοι, βίδυοι. Quinque bideos fuisse Pausanias tradit : sed in duabus inscriptionibus diserte sex sunt ». Bœckh. Corp. Inscr. vol. 1, p. 609. Chœrobosc. in cod. Barocc. 50, fol. 181 : Βείδιοι· τοῦτο διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφεται. Βείδιοι λέγονται οἱ ἄρχοντες παρὰ τοῖς Λακεδαιμονίοις. Cramer.]

[Βίδος (codex Vratisl. Βεῖδος, superscripto ι), φρούριον ἐν Σικελίᾳ, οὐδετέρως· εὕρηται δὲ καὶ διὰ διφθόγγου καὶ διὰ τοῦ ι· ἔστι καὶ ἕτερον ἐν τῇ Ταυρομενιτῶν χώρᾳ Βίδιος φρούριον· τὸ ἐθνικὸν Βιδῖνος, Stephan. Byz. Quum Βεῖδος dictum sit, probabile est Βίδος producto iota Βῖδος scribendum esse. G. Dindorf.]

[Βιέλοπες. V. Βειέλοπες.]

[Βίεννος, Biennus, urbs Cretæ. Gentile Βιέννιος. Steph. Byz. G. Dindorf.]

[Βιζάκιον, τὸ, Lapillus. Vide exempla apud Ducangium.]

Βιζῆαι, Hesychio κοῖται, στιβάδες.

[Βιζύη, ἡ, Bizya, urbs Thraciæ. Steph. Byz. Gentile Βιζυηνὸς frequens in numis. Βιζυανῶν scriptum in numis apud Eckhel. vol. 2, p. 25; Mionnet. vol. 1, p. 374, et in Supplem. vol. 2, p. 232. Βιζηνῶν numus apud Eckhelium. G. Dindorf.]

[Βιζώνη, ἡ, Bizona, urbs Thraciæ. De gentili Stephanus Byz. : Ἠδύνατο Βιζωναῖος ἢ Βιζωνίτης, ἔστι δὲ Βιζώνιος, ὡς Πελλήνιος. G. Dindorf.]

Βιήμαχος, ὁ, ἡ, Vi et robore, non arte, pugnans. Epigr. [Agathias in Antholog. Palat. 4, 3, 48 : Βιήμαχον ὄμμα τανύσσῃ. Paulus Silent. ibid. 5, 293 : Θεσμὸν Ἔρως οὐκ οἶδε βιημάχος. Angl. Recte positus accentus in loco Pauli Silent. βιημάχος, quum non ab μάχη, sed ab μάχεσθαι derivetur. Vide canonem Eustathii p. 1021, 50. G. Dindorf.]

[Βιήνωρ. V. Βιάνωρ.]

Βίηφι, Poet. paragoge pro βίῃ s. βίᾳ. Od. A, [403] : Ὅστις ἀέκοντα βίηφι Κτήματ' ἀποῤῥαίσῃ. H : Βίηφι δὲ καρτεροὶ ἦσαν. [Z, 6 : Βίηφι δὲ φέρτεροι ἦσαν. Schol. ad Il. M, 153 : Τὸ δὲ βίηφι χωρὶς τοῦ ι ἐστίν. G. Dind.]

[Βίθ. V. Βάθος.]

[Βιθύαι, ἔθνος Θρᾴκης, ἀπὸ Βίθυος τοῦ Ἄρεος καὶ Σήτης τῆς Ῥήσου ἀδελφῆς, Steph. Byz. || Βιθύας, ου, Bithyas, dux Numidorum, apud Appian. Punic. c. 111, 114, 120. || Βιθύας ποταμὸς apud eundem De bello Mithrid. c. 1. || Βιθίας male apud Suidam. *Bithiæ* inscriptæ sunt epistolæ Latinæ Libanii duæ p. 782. G. Dindorf.]

[Βιθυνία, ἡ, Bithynia, Asiæ minoris provincia. Stephanus Byz. : Βιθυνία, πρὸς τῷ Πόντῳ χώρα, ἀπὸ Βιθυνοῦ τοῦ Διὸς καὶ Θρᾴκης τῆς Τιτανίδος, ἣ ἐκ μὲν Διὸς ἔσχε Βίθυν (Bithynum vocant Stephanus ipse s. v. Δόλογκον, ubi genitivus legitur Βιθυνοῦ, et Eustathius ad Dionys. 793, ex Arriano : sed Βίθυν Appianus De bello Mithrid. c. 1), ἐκ δὲ Κρόνου Δόλογκον. Τὸ ἐθνικὸν Βιθυνὸς καὶ Βιθυνὴ καὶ Βιθυνὶς καὶ Βιθυνίας (corrige Βιθυνιάς). Gentile Βιθυνὸς ubique obvium. Βιθυνὶς Apollonius Rh., 2, 4 : Βιθυνὶς Μελίη. Ibid. 177 : Ἀντιπέρην γαίῃ Βιθυνίδι πείσματ' ἀνῆψαν, ubi libri plures male Βιθυνηίδι, quod recte legitur apud Cyrum in carmine in Maximinum in Antholog. Palat. 9, 808 : Πάνθ' ὁρόω γαίης Βιθυνηίδος ἀγλαὰ ἔργα, quemadmodum Βιθυνῶν anapæstus est apud Gregor. ibid. 8, 93 : Φεῦ κόνιν ἐκ Βιθυνῶν δεξάμεθ' αὖ σε πέδου, contra antiquiorum poetarum usum, ut recte monet Jacobs. ad Antholog. Palat. vol. 3, p. 634, qui ibid. p. 429 *Bithyni* correpta syllaba prima ex Juvenali memorat 7, 15. Orac. Sibyll. 12, 253 : Καὶ φύγεται μετέπειτα καὶ εἰς Βιθυνῶν πέδον ἥξει· sed antiqua mensura 13, 137 : Μυσοῖς Βιθυνοῖς θ'... Βειθυνίδος scriptum in lapide ap. Bœckh. Inscr. vol. 2, p. 33. G. Dindorf.]

[Βιθυνιακὸς, ἡ, ὸν, Bithyniacus. Arriani Βιθυνιακὰ, quæ legit Photius cod. 93; Demosthenis Βιθυνιακὰ

A sæpius citata ab Stephano Byz. Forma Βιθυνικὸς apud Appian. B. C. 4, 84; 5, 49 et 70. Conf. s. Βιθυνόπολις. G. Dindorf.]

[Βιθυνιαπολίτης. V. Βιθυνόπολις.]

[Βιθύνιος. Orac. Sibyll. p. 568 : Βιθύνιοι κλαύσουσιν ἑὴν χθόνα· ubi Jacobsius ad Antholog. Palat. vol. 3, p. 634, Βιθυνοὶ recte corrigit. G. Dindorf.]

[Βιθυνίς. V. Βιθυνία.]

[Βιθυνόθεν, Ex Bithynia. Ephraem. Cæsar. 9123 : Γραφήν τις ἐκπέπομφέν οἱ Βιθυνόθεν. G. Dindorf.]

[Βιθυνόπολις, πόλις ἀπὸ Βίθυος· τὸ ἐθνικὸν ὤφειλε Βιθυοπολίτης· εὗρον δὲ Βιθυνιαπολίτην παρὰ Ἀρριανῷ ἐν πέμπτῳ Βιθυνιακῶν (codex Perus. βιθυνικῶν)· δεῖ δὲ τοῦ Βιθυνόπολις εἶναι Βιθυνοπολίτης, Steph. Byz. G. Dind.]

[Βιθυνός. V. Βιθυνία.]

[Βίθυς. Vid. Βιθυνία, Βιθυνόπολις. || Bithys, Lysimachi regis parasitus. Athen. 6, p. 246, D; 14, p. 614, F. || Δημητρίου στρατηγὸς apud Plutarch. V. Arati c. 34. Confer nomen Βίτυς : de quo infra. G. Dindorf.]

B Βικίον et Βικίδιον, τὸ, demin. Urnula, Urceolus, Doliolum : vel Laguncula : aut etiam generalius Vasculum. Diosc. 1, 96 : Βάλε εἰς βικίον ὑελοῦν, ἔχον μέλι· καὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ λίνου περιδήσας τῷ στόματι τοῦ βικίου, πωμάσας ἀπόθου. [Epiphanius vol. 2, p. 182, B : Ἀλάβαστρον μύρου βικίον μέν ἐστιν ὑέλινον. Geopon. 10, 69, 1 : Ἐν ὑελίνῳ βικίῳ. In Ὀρνεοσοφίῳ p. 204 ed. Rigalt. βίκιον ὑέλινον. Interdum βυκίον scriptum, ut apud Alexandrum Trall. 7, p. 327; 10, p. 573, et in exemplis apud Ducangium. Βηκίοις ὑελοῖς apud Paulum Ægin. 7, p. 292, 8. G. Dind.] Apud Suidam vero alterum demin. βικίδιον legitur. [|| Vicia, Faba. Vid. Βίκος. G. Dindorf.]

Βίκος, ὁ, Hesychio est στάμνος ὦτα ἔχων, Vas aut Urna habens ansas. Aut etiam Doliolum. Hieron. enim, quod LXX Interprr. ap. Ier. 19 vocant βίκον ὀστράκινον, reddit Doliolum testeum. Eubulus sane ap. Athen. 1, [p. 29, D,] σταμνάρια et βίκους pro eodem accipit. Nam ut ibi dicit : Σταμνάριά τ' οἴνου τοῦ φοινικίνου· ita etiam Φοινικίνου βῖκός τις ὑπανεῴγνυτο.
C Sic Xenophon [Exp. Cyri 1, 9, 25,] ap. Suid. : Ἔπεμπε βίκους ἐπιδεεῖς [ἡμιδεεῖς] οἴνου. Rursum ap. Athen. 3, [p. 116, F] ex Archestr. : Καὶ Σικελοῦ θύννου τέμαχος Τμηθὲν, ὅτ' ἐν βίκοισι ταριχεύεσθαι ἔμελλεν. Eust. [p. 1163, 23] quoque βίκους esse dicit οἰνοδόχα ἀγγεῖα, ap. Xen. et alios, sed in illo Archestr. l. dici ἐπὶ μειζόνων ὀστρακίνων σκευῶν· viderique hunc ταριχευτικὸν βίκον eundem esse cum ἀμφορεῖ, quum mox de scombro dicat idem Archestr. : Πρὶν ἐς ἁλμυρὸν ὕδωρ Ἐλθεῖν ἀμφορέως· vulgo eum βιτίναν dici. [Duo antiquissima exempla sunt Herodoti 1, 194 : Βίκους φοινικηίου οἴνου πλέους, et Hipponactis, de quibus Antiatticista p. 85, 23 : Βίκος· Ἱππῶναξ δευτέρῳ, Ἡρόδοτος πρώτῳ. Scriptura in codicibus triplex inveniri solet, prima et usitatissima βίκος, altera βικὸς, tertia rarior βῖκος, ut in fragmento Eubuli ab Stephano allato : quibus accedit βεικοὺς, quod Hesychius per πίθους interpretatur, βῆκος, quod Hemsterhusius ex Paulo Ægineta 7, p. 296, (adde 297), 299 affert, et βύκος et βύκιον ab Ducangio memorata, posterius ex Erotiano
Βούλῑμος, ὁ, et Βουλῑμία, ἡ, q. d. Bovina fames, i. e. Ingens s. Vehemens fames, Gell. 16, 3. In eod. l. Erasistratus vim quandam famis non tolerabilem, quam Græci βούλιμον καὶ βούπειναν appellant, in diebus C frigidissimis multo facilius accidere ait, quam quum serenum atque placidum est. Βούλιμος, inquit Gorr., est Ingens fames a vehementi refrigeratione oris ventriculi contracta. Famem quidem ingentem esse ipsa nominis ratio ostendit : eum autem inducit indigentia quædam in ore ventriculi percepta, quam vehemens ejus refrigeratio excitavit. Paulo post, Symptoma est male affecti oris ventriculi, quo primum quidem ægri expleri cibis nequeunt, paulo vero postea destituuntur prorsus appetentia, animo linquuntur, viribus deficiunt, exolvuntur, decolores sunt, torquentur stomacho, refrigerantur corde et extremis partibus, pulsusque habent admodum obscuros. Causa hujus fere sola est frigus externum, a quo tantopere refrigeratur os ventriculi, ut ea, quæ diximus, symptomata consequantur. E quibus apparet βούλιμον proprie non esse Id, quod nomen ipsum sonat, Ingentem sc. famem, quæ quamvis principio fuerit, paulo tamen postea nulla prorsus est, et in totum, languente nimium ventriculo, et pene extincto ejus calore, aboletur. In eo namque D differt ὁ βούλιμος ἀπὸ τῆς κυνώδους ὀρέξεως, quod in canina appetentia cibus perpetuo appetitur, nec unquam ventriculus expleri potest. Quanquam et aliis quibusdam inter se distinguantur, maxime quod Gal. auctore Comm. Aphor. 2, 1 βούλιμος magis specialis particularisque sit, canina autem appetentia generalior sit s. universalior. Quod non est ita accipiendum, quasi de genere proprie dicto a Logicis, et specie illi subjecta dictum sit, ut, quum animal homine universalius dicitur, sed quod βουλίμου causæ possint caninam etiam appetentiam movere, quum e contrario causæ appetentiæ caninæ non sint etiam causæ βουλίμου. Siquidem βουλίμου una tantum causa proditur, frigus nempe externum famem ingentem afferens : canina vero appetentia, non ab eo modo frigore, sed ab acido etiam humore impacto ori ventriculi gignitur. Itaque illum Aphor. Hippocratis si quis de βούλιμος tantum intelligat, videbitur Hippocr. id tantum dicere, quod meri potio intemperiem frigidam, a qua βούλιμος nascitur, persanet, quum non eam modo, sed humoris etiam acidi in os ventriculi affluxum curet, a quibus duobus canina inducitur appetentia. Præterea vero inter se differunt, quod in appetitu canino propter insatiabilem ingluviem vomitiones perpetuæ infestent, βούλιμος autem sine vomitu sit. Gorr. [Βούλιμος a Polluce 6, 31 e Xenophonte citatum non legitur apud hunc scriptorem. Τίς αἰτία βουλίμου, quærit Plutarch. Sympos. 6, 8, p. 693 sqq. Βουλίμου ἐξέλασις Festi nomen, ibid. Aetium 9, 10 citant Angl. De accentu singulare est grammatici præceptum in Osanni append. ad Philem. p. 297 : Βουλιμός· ὁ μέγας λιμὸς, ὡς ἀσπασμὸς, οὐ βούλιμος. G. Dind.] || Est etiam βουλιμία, Morbus equorum, Hippiatria.

[Βουλιμώδης. V. Βουλιμιώδης.]

[Βουλιμώττω. V. Βουλιμιάω.]

[Βουλινεύς. V. Βουλινοί.]

[Βουλίνη. V. Βουλινοί.]

[Βουλινοί, ἔθνος περὶ Ἰλλυρίαν. Ἀρτεμίδωρος δὲ οὐκ ἔθνος, ἀλλὰ Βουλίνην πόλιν φησὶν, ἧς τὸ ἐθνικὸν Βουλίνος, Steph. Byz. Codex Vratisl. Βουλῖνοι et Βουλῖνος. Berkelius : « Diversimode hujus gentis nomen veteribus profertur, uti ipse testatur Eustath. ad Dionys. 387 his verbis : Βουλιμέων· ... ἐκεῖ δέ φησι καὶ οἱ Βουλιμεῖς, οὕς τινες διὰ τοῦ ν γράφουσι Βουλινεῖς ἢ Βουλινούς. Straboni Βουλλίονες dicuntur lib. 7, p. 326. » Apud Strabonem Βυλλίονες. G. Dindorf.]

[Βούλιος, Consultus, Prudens. Æschyl. Choeph. 672 : Εἰ δ' ἄλλο πρᾶξαι δεῖ τι βουλιώτερον. Hoc vocabulum Suppl. 599 inferebat Heathius, ubi libri σπεῦσαί τι τῶν δούλιος φέρει φρήν. Schneid. || Βούλιος, gentile a Βοῦλις, quod vide.]

[Βοῦλις, ἡ, Bulis, urbs Phocidis, ἀπὸ Βούλωνος οἰκιστοῦ· οἱ πολῖται Βούλιοι, Steph. Byz. Βοῦλις, Βούλιδος, Βοῦλιν, Βούλιοι, Βούλων apud Pausan. 10, 37, 2, 3. || Urbs Illyrica. V. Βύλλις.]

[Βουλίς· γυνὴ οὕτω καλουμένη, Hesych.]

[Βοῦλις, ὁ, Bulis, Spartiata. Herodot. 7, 134; Lucian. Dem. Enc. 32, vol. 3, p. 513. In Βοῦρις corruptum apud Plutarch. Moral. p. 235, F. || Cretica forma Βῶλις, quod vide. G. Dindorf.]

Βουλίτης est ἄρτος quidam, de quo vide Athen. 3, [p. 113, C, ubi cod. Venet. et epitome βωλίτης. Vid. s. v. Βωλητῖνος.]

[Βουλοκοπίδης, ὁ, Qui senatum concutit. Grammat. Bekkeri p. 221, 3 : Βουλοκοπίδαι· οἱ τὴν βουλὴν κόπτοντες, ὥσπερ εἰσὶ καὶ δημοκόποι οἱ τὸν δῆμον κόπτοντες. Angl.]

Βούλομαι, in 2 pers. βούλει cum ει : ἥσομαι, ημαι, tanquam a Βουλέομαι, Volo; ut βούλομαι σίτου ἅπτεσθαι [Xenoph. Mem. 2, 1, 2], item βούλομαι πιεῖν, item βούλομαι δηλῶσαι ὑμῖν, Xen. Sic Plato De rep. Βούλομαι θεάσασθαι. Et cum præt. Lucian. [Somn. 6] : Βούλομαι κεκτῆσθαι. Sic et part. cum infin., ut Βουλομένων δυνατῶν γενέσθαι, Xen. [Cum infinitivo futuri, contra præceptum Thomæ M. s. v. Βούλομαι, Herodot. 4, 111, βουλόμενοι (aliquot codd. βουλευόμενοι) ἐγγενήσεσθαι. Sed apud Andocidem p. 15, 21, quo utitur Lobeckius ad Phryn. p. 747, ἐβουληθήτην με ἀπολεῖν, nunc ex codd. correctum ἐβουλέσθην με ἀπολλύναι· neque apud Dionys. Hal. A. R. 5, 69 vulgata scriptura : Εἰ βούλεται κοινωνοὺς τῶν κινδύνων ἕξειν, Vaticani codicis lectioni ἔχειν præferenda. Alia nonnulla Schæferus attulit ad Poet. gnom. p. 16, ex Polybii fragmentis 28, 10, vol. 4, p. 407 : Τοῦ Περσέως βουλομένου ἥξειν· et 31, 23; ibid. p. 537, βουληθέντες κωλύσειν. Procopius Histor. p. 311 extr. : Ἰσχυρίζοντο βούλεσθαι αὐτὴν τὸν παῖδα ἐξ ἀνθρώπων ἀφανιεῖν ὅτι τάχιστα. Schol. Aristoph. Acharn. 850, βούλεται δηλώσειν· Schol. Sophocl. Ajac. 327, βούλεσθαι δράσειν. Idem Dionysii Hal. locum indicat A. R. 5, 9, ubi ex cod. Vat. ἀναβαλέσθαι βουλομένου repositum pro vulgato ἀναβαλεῖσθαι· et Homer. Il. O, 596, ubi codex unus ἐβούλετο κῦδος ὀρέξειν pro ὀρέξαι. G. Dind.] Interdum sine infin. cum εἰ, vel articulo postpositivo. Syn. De insomn. : Καὶ παρατίθεται τράπεζαν, εἰ μὲν βούλοιτο, Σικελικὴν, εἰ δὲ βούλοιτο, Μηδικήν. Cum articulo autem, ut Lat. Quivis, cujus-

vis, etc. Lucian. [Timon. 56] : Ὁ δὲ τρίβων οὗτος ἧς βούλει πορφυρίδος ἀμείνων. Sic Plut. [10, 99] : Ἧς βούλει κορώνης τοῦ σωφρονεῖν ἀπολείπεται. [Vid. Schæf. ad Dionys. De comp. verb. p. 438.] Sic dicitur : Ἐφ' ὅτῳ βούλοιτο μισθῷ. Et cum ὡς, ut, Ὡς βούλονται, Ut volunt, Pro suo arbitrio. Aristot. OEcon. 2 : Εἶτα ἐξαγωγὴν ἔδωκαν τῷ βουλομένῳ, τάξαντες τιμὴν, Deinde exportationem permiserunt, primo cuique volenti, pretio constituto, Bud. [Ὁ βουλόμενος frequens in legum formulis, ut Ἀθηναίων ὁ βουλόμενος.] In his autem et hujusmodi ll. potest etiam sub. infin. [Aristoph. Ran. 1279 : Ἐγὼ μὲν οὖν εἰς τὸ βαλανεῖον βούλομαι, ubi Schol. ἀπελθεῖν supplent. Joannes Malal. p. 114, 7 ed. Bonn. : Βουλόμενος εἰς τὴν Ἰθάκην πόλιν. G. D.] Ceterum jungitur βούλομαι et cum conjunctivo, sicut Lat. Volo. Lucian., βούλει σκοπῶμεν; Idem, βούλει ἀπομόσωμαι; [Aristoph. Eq. 36 : Βούλει τὸ πρᾶγμα τοῖς θεαταῖσιν φράσω; Eurip. Phœniss. 734 : Βούλει τράπωμαι δῆθ' ὁδοὺς ἄλλας τινάς; Et sic ap. omnis generis scriptores sæpissime, sed plerumque in sententiis interrogativis et, quod Heindorfius monuit ad Platonis Phædon. p. 79, A, non postposito, sed præposito βούλεσθαι. Nam in loco Platonico quod legebatur, θῶμεν οὖν βούλει, meliorum librorum auctoritate emendatum est inserto εἰ, Θῶμεν οὖν, εἰ βούλει. Sed Libanius tamen vol. 4, p. 660, 10 : Εἴπω τι βούλεσθε τῶν ἀπορρήτων; Extra interrogationem Plato ibid. p. 95, E : Εἴτε τι βούλει προσθῇς ἢ ἀφέλῃς· et De republ. 2, p. 372, E : Εἰ δ' αὖ βούλεσθε καὶ φλεγμαίνουσαν πόλιν θεωρήσωμεν, οὐδὲν ἀποκωλύει· quæ duo exempla Matthiæ attulit Gr. Gr. § 516, 3. Recentiores scriptores pro conjunctivo interdum indicativo futuri utuntur. Ita Libanius vol. 4, p. 660, 23 : Εἰπέ μοι βούλει, πάτερ, ἰατρὸν ἄξω σοι προσδραμών, quem Lobeckius ad Phrynich. p. 734 attulit, addito quod apud Geminum Opusc. De prasin. p. 430 legitur, βούλει ἐξετάσομαι. Aristides vol. 1, p. 431, 3 : Ἢ πρὸς τί βούλεσθε ἐκείνων ταῦτ' ἐξετάσομεν; Sed hujusmodi locis, qui o in ω mutato amoveri possunt, non multum tribuendum esse patet, nec dubitandum quin hæc emendatio pluribus antiquiorum scriptorum locis sit adhibenda, velut Platonicis, Phædon. p. 99, D : Βούλει σοι, ἔφη, ἐπίδειξιν ποιήσομαι, ubi Stephanus ποιήσωμαι, et, in quibus libri dissident, Parmenid. p. 137, B; Cratyl. p. 397, A; De republ. 5, p. 453, A. Comparanda cum his quæ s. v. Θέλω afferentur. G. DIND.] Et per periphr. ἐμοὶ βουλομένῳ ἐστὶ τοῦτο vel ταῦτα, q. d. Mihi volenti est, pro Volo. Et Οὐκ ἔστιν ἐμοὶ βουλομένῳ. Thuc. 2, [3] : Τῷ γὰρ πλήθει τῶν Πλαταιέων οὐ βουλομένῳ ἦν τῶν Ἀθηναίων ἀφίστασθαι. Idem : Βουλομένοις ὑμῖν ἀκούειν ἐστίν. Idem : Ἂν βουλομένοις ᾖ τούτοις. Greg. : Ὕβριζε, ἀπείλει, ποίει ὅ,τι ἂν ᾖ βουλομένῳ σοι, Quidlibet, Quodcunque libuerit. [Hanc constructionem ad tædium usque ingerit Thucydidis imitator Procopius. G. DIND.] Aliquantum ab his diversum est illud Eurip. [Iphig. Aul. 33] : Τὰ θεῶν οὕτω βουλόμεν' ἔσται. Ex Eod. [ibid. 1270] affertur τὸ βουλόμενον ἐκείνου pro Voluntas ejus vel Sententia. [Ubi Musgrav. Plutarchi locum affert ex V. Artox. c. 28 : Ἀσία γάρ τις ἡ πορεία καὶ κατάντης ἐπὶ τὸ βουλόμενον· et Luciani Amorum 37 : Ἀκρίτῳ φορᾷ πρὸς τὸ βουλόμενον ἄγων. Dionys. Halicarn. A. R. 4, 84 addit Schæfer. : Διασημαίνουσαι τὸ βουλόμενόν τε καὶ ἐπικελευόμενον· et Joseph. vol. 1, p. 871 : Τοῦ ἀνθρωπείου τὸ βουλόμενον τῆς ὁρμῆς ἀφαιροῦνται. Τὸ βούλεσθαι. Euripid. Iph. Aul. 330 : Ὅτι τὸ βούλεσθαί μ' ἔκνιζε· σὸς δὲ δοῦλος οὐκ ἔφυν. Plutarch. V. Caton. minor. c. 44 : Ἐκείνους μὲν οἴονται φύσει μᾶλλον ἢ τῷ βούλεσθαι διαφέρειν. G. DIND.] At e Plat. De LL. Βουλόμενος ἔμελλες λέγειν pro Dicturus eras. Pro Nolle autem dicunt βούλεσθαι præfixa particula οὐ vel μή : Dem. Μὴ βούλεσθε δοκεῖν, Nolite videri. [Herodot. 7, 10, 4 : Σὺ ὦν μὴ βούλευ ... ἀπικέσθαι.] Et οὐ βουλόμενος interdum Invitus exp. [Theophr. C. P. 3, 2, 6 : Οὕτω γὰρ καὶ ἡ βλάστησις καλλίστη, καθάπερ τοῖς ζῴοις, ὅταν εἰς βουλομένην πέσῃ τὸ σπέρμα τὴν ὑστέραν. G. DINDORF.]

Βούλομαι, eo modo, quo dicitur Nescio quid hoc sibi velit : Lucian. [Prom. 2] : Καὶ εἴ γέ σοι τοῦτο βούλεται εἶναι ὁ Προμηθεὺς, πάνυ εὐστόχως ἀποτετόξευται, Quod si hujuscemodi esse vis Prometheum, Quod si

ita intelligis Prometheum. Ita Bud. : qui et addit e Greg. : Ἐβούλετο δὲ ὁ λόγος αὐτῷ καὶ βασιλέως αὐτοῦ ἔμπροσθεν ἄγειν τὸν νῦν εὐφημούμενον, His verbis signif. Athanasium regi etiam præponendum. Talia sunt in VV. LL. sed absque infin. : Τί αὐτῷ βούλεται ἡ λύρα; et : Τί βούλονται αὐτῷ αἱ κύλικες; At in h. l. Greg. : Τί σοι, φησὶν, ὦ οὗτος, βούλεται τὸ κατὰ τοσούτου κράτους τολμᾶν; Bud. interpr. Quid tibi vis? et minantis verba esse tradit. [Dionys. Hal. Art. v. 5, p. 309 : Ὁ δὲ Διομήδης τί ποτ' αὐτῷ βούλεται. SCHÆF. Dio Cass. p. 618, 70 : Τί ποτ' οὖν αὐτῷ βούλεται τὸ τὰ ὅπλα πᾶσιν ἐπιφέρειν;]

Βούλομαι cum accus. rei, redditur et verbo Cupio, aliisque item modis. Greg. Βούλομαί σοι πᾶν ἀγαθὸν, Omnia tua causa cupio, Bud. Fortasse autem non incommode verterimus, Opto, s. Exopto. E Thucyd. [6, 80], Βούλεσθαι τὰ Συρακουσίων pro Studiosum esse Syracusanorum. Et in simili Ejusd. l. Βουλόμενοι ταῦτα, Qui hujus sunt factionis. Ceterum ut βούλομαι dico commode verti posse in Greg. l. c., sic et in Il. A, [112] quidam vertunt, ubi tamen βούλομαι non cum accus., sed cum infin. jungitur : Ἐπεὶ πολὺ βούλομαι αὐτὴν Οἴκοι ἔχειν. [Homer. Il. H, 21; Π, 121 : Τρώεσσι δὲ βούλετο νίκην· Ψ, 682 : Μέγα δ' αὐτῷ βούλετο νίκην. Βούλεσθαι κακῶς τινι. Dionys. Hal. A. R. 3, 21 ab Schæf. citatus : Τοὺς κακῶς αὐτῇ βουλομένους κολάζοντος.] || Pro Malo, Præopto : quum alibi, tum Il. A, [117] : Βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι ἢ ἀπολέσθαι. Sic e Plut. [Moral. p. 262, B] affertur Εἶπεν ὡς ἐβούλετο ἂν γῆν φέρειν ἢ τρυφῆς συμμετέχειν Ἀριστοδήμῳ, pro Mallet. Sic Chrys. in Ep. ad Eph. 165 et alibi non semel. [Herodot. 3, 124 : Βούλεσθαι γὰρ παρθενεύεσθαι πλέω χρόνον ἢ τοῦ πατρὸς ἐστερῆσθαι. Vid. Valcken. ad 3, 40. Alexander apud Gellium 20, 5 : Ἐγὼ δὲ βουλοίμην ἂν ταῖς περὶ τὰ ἄριστα ἐμπειρίαις ἢ ταῖς δυνάμεσι διαφέρειν.]

Βούλομαι, Censeo, ut Lat. Volo. Themist. Phys. 4 : Βούλονται γὰρ εἶναι διάστημα ἐν ᾧ μηδέν ἐστι σῶμα. Huc pertinet illud paulo ante citatum : Καὶ εἴ γέ σοι τοῦτο βούλεται εἶναι ὁ Προμηθεὺς, exponendo Si ita intelligis.

Βούλομαι, sicut et θέλω, pro Possum, ut Aristot. Pol. 2 : Καὶ βούλεταί γ' ἤδη τοῦτ' εἶναι πόλις, ὅταν αὐτάρκη συμβαίνῃ τὴν κοινωνίαν εἶναι. Sed ibid., ubi de Plat. Politia loquitur : Ἡ δὲ σύνταξις ὅλη βούλεται μὲν εἶναι μήτε δημοκρατία, μήτε ὀλιγαρχία, μέση δὲ τούτων, ἣν καλοῦσι πολιτείαν, Bud. ait βούλεται esse itidem pro Potest, vel pro Tendit eo. [Plato Min. p. 315, A : Ὁ νόμος ἄρα βούλεται τοῦ ὄντος εἶναι ἐξεύρεσις, ubi vid. Bœckh. (ad Simonis Dial.) præfat. p. XIV; Dionys. Hal. A. R. 2, 12 : Τὸ συνέδριον ἑλληνιστὶ ἑρμηνευόμενον γερουσίαν βούλεται δηλοῦν, ubi codex Vat. δύναται δ. SCHÆF. Aristot. p. 724, 17 : Βούλεται δὲ τοιοῦτον τὴν φύσιν εἶναι τὸ σπέρμα· p. 738, 23 : Βούλεται γίγνεσθαι τὰ καταμήνια κατὰ τὴν εἰρημένην περίοδον, et sæpe alibi. G. D.] Idem βούλεται interpr. Debet in Aristot. Pol. 5 : Βούλεται δ' ὁ βασιλεὺς εἶναι φύλαξ, ὅπως οἱ κεκτημένοι τὰς οὐσίας μηδὲν ἄδικον πάσχωσιν. [Macarius in Villois. Anecd. vol. 2, p. 20 : Ἐξ ὧν μεθ' ἡμέραν ὁρῶμεν ... αἱ τῶν ὀνειράτων ὄψεις ὡς τὰ πολλὰ βούλονται φύεσθαι. WAKEF.]

[De discrimine, quod inter verba βούλομαι et θέλω vel ἐθέλω intercedat, Ammonius p. 31 : Βούλεσθαι μὲν ἐπὶ μόνου λεκτέον τοῦ λογικοῦ· τὸ δὲ Θέλειν καὶ ἐπὶ ἀλόγου ζῴου· et p. 70 : Θέλειν καὶ Βούλεσθαι ἐὰν λέγῃ τις, δηλώσει ὅτι ἀκουσίως τε καὶ εὐλόγως ὀρέγεταί τινος. Subtilius Buttmann. in Lexil. vol. 1, p. 26 seqq., de cujus sententia v. quæ sub Ἐθέλω dicentur. Euripides Iph. Aul. 338 : Τῷ δοκεῖν μὲν οὐχὶ χρῄζων, τῷ δὲ βούλεσθαι θέλων. Plato Gorg. p. 508, C : Εἰμὶ δὲ ἐπὶ τῷ βουλομένῳ, ὥσπερ οἱ ἄτιμοι τοῦ ἐθέλοντος, ἄν τε τύπτειν βούληται... ἄν τε... ubi Heindorfius : « ὁ ἐθέλων idem prorsus est quod ὁ βουλόμενος· De Legg. 4, p. 707, E : Πότερον ἐξ ἁπάσης Κρήτης ὁ ἐθέλων. » Demosthenes p. 9 : Προσήκει προθύμως ἐθέλειν ἀκούειν τῶν βουλομένων συμβουλεύειν· p. 24, 3 : Ἄν οἵ τε θεοὶ θέλωσι καὶ ὑμεῖς βούλησθε. Plutarchus Moral. p. 472, E : Πλείονες οἱ λούεσθαι θέλοντες τῶν ἀλείφεσθαι βουλομένων. Θέλειν καὶ βούλεσθαι apud Lesbonact. p. 173, 6 Steph. : Τοῖς μὲν γὰρ μὴ θέλουσιν ἀγαθοῖς εἶναι μάταιον καὶ λέγειν καὶ

ποιεῖν, σπεύδοντα ὅπως ἔσονται ἀγαθοί· τοῖς δὲ ἐθέλουσί γε καὶ βουλομένοις, τοὐναντίον· ubi quattuor codices καὶ ante βουλομένοις et in priori sententia μὴ omittunt. Plato De rep. 4, p. 437, B : Διψῆν καὶ πεινῆν καὶ ὅλως τὰς ἐπιθυμίας, καὶ αὖ τὸ ἐθέλειν καὶ τὸ βούλεσθαι. G. D.]

Βέβουλα, præt. med. τοῦ βούλομαι, ex inus. th. βούλω vel βουλέω : e quo est et pass. βεβούλημαι. [De formis verbi βούλεσθαι hæc sunt tenenda. Correpta prima syllaba βόλεσθαι dixit Homerus tribus in locis, quos interpolarunt librarii. Il. Α, 319 vulgo : Τρωσὶν δὴ ἐθέλει δοῦναι κράτος· sed optimi libri βούλεται, unde βόλεται repositum est, quod legit Scholiasta : Ἡ διπλῆ, inquit, ὅτι βόλεται ἀντὶ τοῦ βούλεται. Od. Α, 234 : Νῦν δ' ἑτέρως ἐβόλοντο θεοὶ κακὰ μητιόωντες, ubi libri inter ἐβάλοντο et ἐβόλοντο variant. Hoc legit Hesychius, Ἐβόλοντο· ἐβούλοντο, ἐβουλεύσαντο. Recte enim hæc glossa ad versum illum referri videtur. Denique Od. Π, 387 : Εἰ δ' ὑμῖν ὅδε μῦθος ἀφανδάνει, ἀλλὰ βόλεσθε ex libris Mss. correctum est pro vulgato βούλεσθε. || Æolica forma Βόλλεσθαι est. Theocrit. 28, 15, ἐβολλόμαν· unde Toupius Dio Pythagoreo apud Stobæum Floril. 65, 16, βολλομένοις restituit pro eo quod in libris est βαλλομένοις. || Attica secundæ personæ terminatio βούλει, pariter atque in ὄψει et οἴει, in vulgarem quoque dialectum recepta est : de quo dixit Schol. Aristoph. Pluti 40. || Imperfecti et aoristi duplex usitata Atticis et Ionibus forma est, ἐβουλόμην ἐβουλήθην et ἠβουλόμην ἠβουλήθην (vid. Mœris p. 175; Gramm. ab Valcken. editus ad Ammon. p. 195; Thomas Mag. p. 258) : inter quæ difficilis optio est ubi libri utrumque præbent, quod non raro fit, ut in similibus verbis ἠδυνάμην et ἤμελλον. || Activum βούλω fingunt grammatici, ut Arcadius p. 158, 6 (ubi βούλω ex cod. Havn. repone), Etymolog. M. p. 208, 23. Ejus nulla in scriptis veterum exempla sunt, nisi quod librariorum vel typothetarum culpa illatum est, velut apud Paulum Ægin. p. 36, 12, ubi βούλοι pro βούλοιτο editum. || Perfecti medii βέβουλα exemplum præbet Homerica vox προβέβουλα, quam suo loco vide. Hoc grammaticos movit ut βούλω βουλήσω βεβούληκα fingerent unde βέβουλα derivaretur : vide Etym. M. p. 193, 39. Dignus animadversione hujus præteriti usus est in versu Ionis tragici apud Philon. Jud. vol. 2, p. 466, 36 : Θάνατον δ' ὄγε δουλοσύνας προβέβουλε. || In libris Mss. βούλεσθαι sæpissime cum βουλεύεσθαι permutari, s. h. v. est annotatum. Βουλομένοις et δεομένοις apud Lucian. Alex. cap. 5. Βουληθείσης et κωλυθείσης apud Diodor. 12, 18. G. Dindorf.]

[Βουλόμαχος, ὁ, ἡ, Belli cupidus. Aristoph. Pac. 1262 : Ἀνδρὸς βουλομάχου καὶ κλαυσιμάχου τινὸς υἱός. Scott.]

[Βουλύσιος, ὁ, ἡ. Aratus 825, 1119, βουλύσιος ὥρη, i. q. βουλυτός. Schneid. ῡ.]

[Βούλυσις, ἡ, i. q. Βουλυτὸς, Cic. ad Att. 15, 27 : Adventabat autem βουλύσει cœnantibus nobis. Schneid.]

Βουλῦτὸς, ὁ, Tempus pomeridianum s. vespertinum, quo boves solvuntur, et a laborum onere liberantur, ut tradit Eust. [p. 1086, 30; 1615, 38; 1676, 8], seu, ut Hesych. ἡ δειλινὴ ὀψία. Il. Π, [779] : Ἦμος δ' ἠέλιος μετενείσσετο βουλυτόνδε. Arrian. : Γίνεται μάχη κρατερὰ ἔστε ἐπὶ βουλυτὸν ἀγχώμαλος. Lucian. [Catapl. 1] : Ἀμφὶ βουλυτόν ἐστι. [Βουλυτὸν λέγει τὴν ἑσπέραν, καθ' ἣν οἱ βόες λύονται, Theo ad Arat. 52. Gataker. Aristoph. Av. 1500 : Βουλυτὸς, ἢ περαιτέρω. Mœris p. 97 : Βουλυτὸς, ἡ ὥρα τῆς τῶν βοῶν λύσεως· ubi Pierson. alia exempla attulit. Philostrat. p. 753 : Τὰ ζευγάρια ἐκ βουλυτοῦ ἥκει· p. 849 : Θειοδάμαντι δὲ περὶ βουλυτὸν ἐπιφοιτήσας. Hæc Schæf. In codicibus sæpe vitiose scribitur βουλητός : vide interpretes Hesychii vol. 1, p. 751. G. Dindorf.]

[Βούλων, ωνος, ὁ, Bulo, nomen pr. Vide Βοῦλις, ἡ. || Alii in inscr. ap. Bœckh. vol. 1, p. 406 ; 2, p. 277. Diog. L. 5, 70. G. Dindorf.]

Βουμανὲς, Hesychio Herbæ species : forsan cujus amore boves veluti insaniunt; nisi forte sit, quæ bobus insaniam inferat, ut τὸ ἱππομανὲς equis. [Hesychius : Βουμανὲς καὶ Βούπαστον εἴδη βοτανῶν. Βούπαστον Salmasius in Βούμαστον mutabat. Sed codex βορύπαστον. G. Dindorf.]

Βούμασθος, ἡ, Uva quædam a crassitudine ita vocata, q. d. Grandimammis. Aut simpliciter, Uva in mammæ bovis similitudinem, ut scribit Servius in Virg. G. 2, [102,] Et tumidis bumasthe racemis. Ita enim quædam exempl. quum aspirationem reliqua non habeant. Scribitur etiam Βούμαστος per τ, Βούμαστος, Bumastus, ut Cato, Colum. [3, 2, 1], et Plin. [H. N. 14, 3] vocant : et Virg. [l. c.] in Georg. : Tumidis bumaste racemis. Genus est uvæ crassioris instar mammæ cujuspiam, quam Cam. Uvam bumammam interpr. [Ex Macrobio Saturn. 2, 16 : Bumamma aut, ut Græci dicunt, βούμασθος. G. Dindorf.]

Βουμέλιος, ὁ, et Βουμελία, ἡ, Bubula fraxinus, ut Gaza interpr. Fraxini quædam species est a Macedonibus sic appellata. Theophr. H. P. 3, 11, [4] : Μείζων δὲ καὶ μακροτέρα ἡ βουμελία [libri aliquot βουμέλιος : sed ad præcedens βουμελίαν nihil diversitatis annotatum]; 4, 9 [4, 8, 8] : Πλείστη δὲ μελία καὶ βουμέλιος ἐν τῷ Νείλῳ πέφυκεν. Plin. 4, 9, de fraxino, Bumeliam vocant in Macedonia amplissimam lentissimamque.

[Βουμέλιτα, locus Achaiæ, memoratur ap. Hierocl. p. 645, dubitante Wesselingio. G. Dindorf.]

Βουμέτρης, ὁ, ap. Ætolos ὁ ἐπὶ θυσιῶν τεταγμένος, Hesych. Qui nimirum boves mactandos velut admetitur.

Βουμολγὸς, ὁ, Bumulgus, Qui vaccas mulget. [Erycius in Antholog. Palat. 6, 255 : Οὐμβρακιώτας βουμολγός. Schneid.]

Βούμυκοι, οἱ, q. d. Bomugi. Voces quædam mugitum taurorum imitantes, unde et illæ pro tauris deo sacris habentur, quæ ad paludes fluviis vicinas audiuntur. Aristot. Probl. 25, [2, p. 937, 38]. Βουμυκαί· φωναὶ μυκηθμῶν, Hesych. [Hoc recte corrigi videtur Βούμυκοι. Conf. Βωμύκας. G. Dindorf.]

[Βουναία, ἡ. V. Βοῦνος.]

[Βούναρτις, ἡ, Bunartis, urbs Libyæ. Gentile Βουναρτίτης. Steph. Byz. G. Dindorf.]

[Βουναρτίτης. V. Βούναρτις.]

[Βούνασος scriptura vitiosa. Vide Βόνασος.]

Βούνεβρος, ὁ, Magnus hinnulus, Grandis et adultus hinnulus, in Fab. Æsop. [39] : Βουνέβρῳ περιτυχόντες. [Vid. Bentl. de Æsopo p. 78 ed. Lips. Schæf.]

[Βούνειμα, τὰ, Bunima, urbs Epirotica, ab Ulixe condita, nomen a boum pascuis habens. Neutro genere dici annotavit Steph. Byz., sed Eustath. p. 1675, 35, Βουνίμαν vocat. G. Dindorf.]

[Βούνευρον, τὸ, Flagellum e nervis bubulis, ut exponit Suicerus in Thes. post Meursium et Ducangium in Glossar. Vox passim obvia, præsertim in Vitis et Martyriis Sanctorum, occurrit apud Cedrenum p. 498, Achmetem in Onirocrit. c. 17, 90, 221, et Constantinum Manassem p. 70; Menologium mense Septembri : Βουνεύροις τύπτεται, et mox, Βουνεύροις τυπτόμενος. Lectionale apud Meursium in Gloss. : Jussit beatum quidem Sergium mitti in custodiam, beatum vero Bacchum extendi, et crudis bubulis nervis a quatuor vicissim sibi succedentibus cædi. Angl.]

[Βουνιάς. V. Βούνιον.]

[Βουνίζω, Accumulo, Aggrego, Porrigo s. Accipio cumulate et largiter. Vox hæc, aliis scriptt. Gr. ignota, est sine dubio a LXX novata et formata a βουνὸς, signif. Struo εἰς βουνὸν, s. In cumulum, ut quando magna copia cibi in cumulum structa alicui apponitur. Ruth. 2, 14, ubi Hieron. Congessit; 16, τὰ βεβουνισμένα· Vulg. Manipulos, aut majores fasciculos, qui pluribus manipulis constant. Vide Bonfrer. ad Ruth. l. l. p. 425. Schleusner. Hesychius ab Hemsterh. citatus, Σωρεύει· βουνίζει. Epiphanius vol. 2, p. 177, D : Βουνισθέντες οἱ τριάκοντα μόδιοι. G. Dind. Lexicon Ms. Havn. Στοιβάσουσι· σωρεύσουσι, βουνήσουσι. Corr. βουνίσουσι. Osann.]

Βούνιον, τὸ, et Βουνιὰς, ἡ, quorum utrumque napi genus est. [Gl. Βουνιάς· Napus. Βουνιάδες· Napici.] Ita enim Plin. 20, 4 : Naporum duas differentias et in medicina Græci servant. Angulosis foliorum caulibus florens, Bunion vocant. Alterum genus Buniada appellant, et raphano et rapo simile : seminis præclari contra venena. Meminit utriusque horum et Dioscor. : bunii, 4, 124; buniadis, 2, 136. Sed,

si ei credimus, bunion e naporum genere non est; quamobrem et a buniade ipsum, veluti longe diversum, separavit: buniadem autem, veluti affinem, inter γογγυλῶν et ῥαφανίδων genera interjecit: quemadmodum Athen. quoque 9, [p. 369,] dicit τὴν ῥάφυν s. ῥάπυν, et τὴν νῦν προσαγορευομένην βουνιάδα, similes inter se esse: afferens et Nicandri quendam e Georg. l., in quo βουνιὰς inter γογγυλίδα et ῥαφανίδα ponitur media: addensque, Theophr. βουνιάδα quidem non nominare, sed quandam γογγυλίδα vocare ἄῤῥενα, et fortassis hanc esse τὴν βουνιάδα. Gorr. Buniadem esse dicit napi alteram speciem, olim omnibus, nunc paucis notam: cujus radicem dici in altum valde crescere, et in rotundum extuberare: unde nomen Græcos ei indidisse, qui βουνοὺς appellent Colles et loca verrucosa. Idem Gorr. e Diosc. refert βούνιον a quibusdam vocatum fuisse etiam τὸν περιστερεῶνα. [Galen. vol. 6, p. 432: Τῶν γογγυλίδων, ἃς καὶ βουνιάδας ὀνομάζουσιν. Weigel. Diodorus Sic. 3, 24 ab Schæf. citatus: Καυλὸν ἔχουσα παραπλήσιον ταῖς γινομέναις βουνιάσιν· ubi Wesseling. Salmasii disputationem memorat Hyl. Iatr. c. 31. Βούνειον et ψευδοβούνειον scriptum apud Paulum Ægin. 7, p. 233, 30, 31; sed ... ιον p. 258, 49 et apud Zopyrum in Matthæi Med. p. 346. G. Dindorf.]

[Βοῦνις, ἡ.] A Βουνὸς est Βουνὶς γῆ ap. Æsch. teste Hesych. quod interpr. Terra collibus frequens, ut sit i. q. βουνώδης γῆ. [Recto accentu βοῦνις, quem præcipit Arcadius p. 32, 17, apud Etymolog. M. p. 208, 3: Βοῦνις καὶ βουνῖτις (βουνῖτις) ἡ γῆ· εἴρηται δὲ παρὰ τοὺς βουνοὺς cet. Æschyli loci sunt in Suppl. 117, 128, Ἀπίαν βοῦνιν· et 776, ubi librorum scriptura: Ἰὼ γᾶ βουνῖτι, ἔνδικον σέβας, est emendanda reposito βοῦνι: ut βουνῖτις apud Etymolog. M., si ex hoc loco sumptum est, auctore careat. Miram scripturæ diversitatem præbet Theognostus in Bekkeri Anecd. p. 1354: Βοῖπις· γῆ βουνώδης, ex quo Suidæ glossa emendanda, Βοῖπις· ἡ βουνώδης γυνή. G. Dindorf.]

[Βουνίτης, ὁ.] A bunio dictus Βουνίτης οἶνος apud Diosc. 5, 56, quem ibidem vocat οἶνον διὰ βουνίου, utpote διὰ βουνίου σκευαζόμενον. Hoc vinum intellexisse videtur Plin. quum 14, 16 scripsit, E napis quoque vinum fit, XI denariorum pondere in sextarios binos musti addito. Nam Bunion esse napum vult, s. napi speciem, uti supra docui; atque adeo pro eo, quod Diosc. 4, 125 dicit ψευδοβούνιον habere φύλλα βουνίῳ ὅμοια, ipse 24, 16 sic interpr. Pseudobunion napi folia habet.

[Βουνίτης, ὁ.] Βωνίτης, ὁ, Bubulcus, Rusticus, Hesych. Etym. quoque [p. 218, 21,] βωνίτην significare ait βουκόλον, afferens Callimach. [fr. 157]: Οἵους βωνίτῃσιν ἐνὶ κρύπτουσι [ἐνικρύπτουσι] γυναῖκες. Βουνίτῃσι, apud Suid. in Ms. etiam Cod. legitur expositum τοῖς βουκόλοις, τοῖς βοηλάταις [βοηλαύναις Kusteri editio vitiose], Bubulcis, Boum agitatoribus. [Zonas in Antholog. Palat. 6, 106, Πᾶν βουνῖτα (βουνεῖτα codex). Schneid.]

[Βουνῖτις. V. Βοῦνις.]

[Βοῦννος, Bunnus, urbs Illyriæ. Steph. Byz. qui gentile Βούννιος ex Artemidori Γεωγραφουμένοις affert.]

Βουνοβατέω, Per colles gradior s. incedo. [Alcæus in Antholog. Palat. 6, 218: Ὕλης εὐδένδρου πρῶνας ἐβουνοβάτει. Indicat Scott.]

Βουνοειδὴς, ὁ, ἡ, Colli similis, Tumuli speciem gerens, Clivosus, ut βουνοειδὴς τόπος. [Diodor. Sic. 5, 40: Βουνοειδέσιν ἀναστήμασι τόπων διείληπται. Scott. Stephanus Plutarchi locum in mente habuit V. Thesei c. 36: Ἀετοῦ τινα τόπον βουνοειδῆ κόπτοντος. G. Dind.]

[Βουνόθρεπτος, ὁ, ἡ, In montibus educatus. Theodos. Acroas. 4, 13: Τὸ βουνόθρεπτον ἄγριον γένος αἰγῶν. Boisson.]

[Βουνόμεια, ἡ, sive Βούνομος, ἡ, antiquum Pellæ, urbis Macedonicæ, nomen: vide Steph. Byz. s. v. Πέλλα. G. Dindorf.]

Βοόνομος, ὁ, ἡ, A bobus depastus: ut Aristoph. Schol. exp. B. [1383]: Σπερχειὲ ποταμὲ, βούνομοί τ' ἐπιστροφαί· addens, ex Æsch. Phil. desumtum hoc esse. [Pravo accentu apud Hesychium: Βουνόμον· ὑπὸ βοῶν νεμόμενον. G. Dind.] Sed Βουνόμος cum accentu in penult. est βοῶν θρεπτικὸς, Bobus pascendis accommodus; ut Soph. Schol. declarat El. [180]: Ὁ τὰν Κρίσαν βουνόμον ἔχων ἀκτάν. [Hesychius: Βουκόλος· βοονόμος. G. D.] At ἀγέλαις βουνόμοις, quod VV. LL. ex cod. Soph. [Œd. T. 26] afferunt, significabit tantum, si bene locus citatur, Boum gregibus, vel Boum more pascentibus gregibus. Apud Hesych. legitur et Βουνόμαι exp. ἐλώδεις. [De veritate scripturæ dubitabant Hesychii editores. || Βούνομος, ἡ, Bunomus, urbis nomen. Vid. Βουνόμεια.]

Βουνοπατέω, Colles calco, i. e. Per colles gradior s. incedo: unde in Epigr. infin. βουνοπατεῖν· pro quo aliqui βουνοβατεῖν legunt. [Ἐβουνοπάτει editionis Aldinæ vitium est in versu Alcæi Messenii, quem v. s. v. Βουνοβατέω.]

Βουνὸς, ὁ, Collis, Tumulus, Clivus. Epigr. 2 [Nicarchi in Antholog. Palat. 11, 406] in deformes: Ἢν δ' ἐπὶ βουνὸν Ὑψηλὸν στῶμεν, χαὐτὸν ἐσοψόμεθα. Exp. etiam Cumulus, Acervus. Hesychio vero βουνοὶ sunt βωμοὶ, Aræ s. Altaria: quo teste βουνὸς Cypriis dicitur στιβάς. [Βουνὸς pro λόφος, a Phrynicho p. 156 (355 Lob.) dicitur ἐν τῇ Συρακουσίᾳ ποιήσει frequentatum, et Philemoni, novæ comœdiæ poetæ, in usu fuisse. Rejicitur etiam ab Ælio Dionysio apud Eustath. ad Il. Λ, 710, p. 880, 29, ut barbarum et peregrinum, quod idem facit Eustath. ad Od. Τ, p. 1854, 21, hac simul caussa adjecta, quia sit Libycum s. Africanum, qua in re secutus est Herodoti 4, 199 auctoritatem, qui Cyrenæorum vocabulum esse tradit. Hinc quam facilis transitus fuerit in Ægyptum, atque adeo Alexandriam, sponte patet cuique. (V. Casaub. ad Athen. 3, p. 100, F, et Valck. ad Herod. 4, 158.) Sæpe reperitur in Alex. versione, ut Gen. 31, 46; Exod. 17, 9; Num. 23, 9; Deut. 33, 15; Jos. 5, 3, etc., et verbum βουνίζειν Ruth. 2, 14, 16, quum λόφος nunquam adhibitum sit. Sed apud Eustath. ad Il. Λ, 710 alii dicunt: Ὅτι βουνὸν Φιλήμων ἐν Νόθῳ ὡς σύνηθες τίθησιν, ἄλλοθι δὲ ὡς ξενικὸν ἐπισκώπτει. Scilicet Philemon plus semel usus erat isto vocabulo, quod deinde ex ejus comœdiis in usum communem abiit. Quare nec alii scriptores eo abstinuerunt, ut Pausanias 2, 12, p. 138, ubi commutatur cum nomine λόφος· Strabo 6, p. 274, A, B; Polyb. 3, 83; 5, 22; Nicarchus in Brunckii Analect. t. 2, p. 355; Schol. Eurip. Orest. 402. Sic Alcæus Messenius habet βουνοβατεῖν, Polybius βουνώδης, Diodorus Sic. βουνοειδής. Quin grammatici nomine βουνὸς, tanquam omnibus noto et communi, interpretantur alia, ut Etymol. M. p. 528, 5 nomen κολωνός. Et plerosque Græciæ montes hodie βουνὰ vocari, ait Villoison. proleg. ad Hom. Il. p. 1. Sturz. De dial. Alex. p. 154. Plato Phædon. p. 110, D, τοὺς λίθους, ubi Eusebius locum illum citans τοὺς βουνοὺς præbet. G. Dindorf.]

[Βοῦνος, ὁ, Bunus, Mercurii et Alcidamiæ filius, conditor templi Ἥρας Βουναίας. Pausan. 2, 3, 10; 2, 4, 7. G. Dindorf.]

Βουνώδης, ὁ, ἡ, Collibus s. Tumulis frequens, Clivosus: vel etiam i. q. βουνοειδής. [Polybius 2, 15, 8: Τοὺς βουνώδεις καὶ γαιώδεις τόπους· 5, 22, 1: Ἀνωμάλους καὶ βουνώδεις τόπους· 9, 21, 7: Τὰς περικεκλασμένας καὶ βουνώδεις. Angl. Plutarch. V. Crassi c. 25, θῖνα βουνώδη. Βουνώδης γῆ in locis grammaticorum s. v. Βοῦνις indicatis. G. Dindorf.]

[Βουβα. V. Βοῦα.]

[Βουονόμαι, οἱ, gens ad Phasin. Orph. Arg. 1043, ubi Βουνόμαι contra versum libri tres. G. Dindorf.]

Βούπαις, αιδος, ὁ, ἡ, Bovis filius, Bove natus, i. q. βουγενὴς supra. [Erycius in Anthol. Pal. 7, 36:] Αἰεί τοι βούπαισι περιστάζοιτο μελίσσαις Τύμβος Ὑμηττείῳ λειβόμενος μέλιτι, quoniam e tauris apes, ex equis vespæ nascuntur. [|| Βούπαις, Puer bubulcus. Suidas, Βούπαις· βουκόλος. G. Dind.] || Βούπαις, q. d. Grandis puer, particula βου habente vim intendendi; Qui jam grandi est pueritia. Reddi potest, Puer jam adultus, adultæ pueritiæ. [Festus s. v. Bulimum: Grandes pueros bupædas appellant.] Exp. etiam Adolescentulus, necnon Adolescens. Aristoph. Gramm. ap. Eust. [p. 962, 8,] πάλλακα et ἀντίπαιδα, item μελλέφηβον pro eod. poni tradit. Schol. Aristoph. in Σφ. [1206]: Ὅτε τὸν δρομέα Φάϋλλον ὢν βούπαις ἔτι Εἷλον διώκων λοιδορίας ψῆφοιν δυοῖν, scribit βούπαις significare,

A νέος, ἐφῆλιξ, μέγας παῖς, οὔπω τέλειος ἀνήρ. [Ex Eupolide affert Pollux 2, 9. Agathias p. 51, B : Υἱούς τε εἶχεν τέτταρας βούπαιδας ἤδη καὶ θαρραλέους.] Legimus vero et ap. Theophyl. Epist. : Ἄλλοι τῆς ἀκμῆς ἐπιβαίνουσι, καὶ τὸ βούπαιδες εἶναι κεκλήρωνται. [Ammon. p. 35 : Βρέφος ... παιδίον ... παιδάριον ... παιδίσκος ... παῖς· τὴν δ' ἐχομένην ταύτης ἡλικίαν οἱ μὲν πάλληκα, οἱ δὲ βούπαιδα, οἱ δ' ἀντίπαιδα, οἱ δὲ μελλοέφηβον καλοῦσιν· ὁ δὲ μετὰ ταῦτα ἔφηβος. Quibus non repugnant quæ apud eundem de discrimine vocum παῖς, ἀντίπαις et βούπαις traduntur p. 109. Mœris p. 97 : Βούπαις, Ἀττικῶς· ἔξαχμος, Ἑλληνικῶς· ubi Pierson. Apoll. Rh. locum affert 1, 760 : Βούπαις οὔπω πολλός, ad quem Schol. : Βούπαις ἐστὶν ὁ μέγας μὲν παῖς, μήπω δὲ γεγονὼς τέλειος ἀνήρ· et Hesychium, qui vv. Λαίσπαις et Πάλληξ per βούπαις interpretatur. Antipater Sidon. in Anthol. Pal. 9, 238 ab Schæf. citatus, Βούπαις ὡπόλλων. || Piscis nomen. Hesychius : Βούπαις· ... ἰχθύς. G. Dindorf.]

[Βουπάλειος, ὁ, ἡ, Bupaleus. Callimachus apud Julian. Epist. 30, (fr. 90) : Οὐ μάχην ἀείδοντας τὴν B Βουπάλειον. Philippus in Antholog. Pal. 7, 405 : Βουπάλειον ἐς στύγος. Indicavit Schæf. V. Βούπαλος.]

Βούπαλις, ἡ, Multam luctam habens. Ἀεθλοσύνης βουπάλεως [in Anthol. Planud. 67, vol. 2, p. 644], Certaminis multæ luctæ, Certaminis, in quo maximopere luctandum est.

Βουπαλλίς, ἡ. Βουπαλλίδες, Hesychio περισκελίδες, Tibialia. [Eadem significatio simili vocabulo Βουβάλιον tribuitur, quod vide.]

Βουπαλίων, ὁ, Bupalio, Nom. propr. [Hoc ex Leonidæ versu sumptum videtur, de quo v. s. v. Βουπάμμων.]

Βούπαλος, ὁ, signif. videtur Magnum luctatorem. Hesych. tamen βούπαλον generalius exp. μέγα : at Suid. βούπαλον interpr. ὄνον, in h. l. Aristoph. [A. 360] : Εἰ νὴ Δί' ἤδη τὰς γνάθους τούτων τις ἢ δὶς ἢ τρὶς Ἔκοψεν, ὥσπερ Βουπάλου, φωνὴν ἂν οὐκ ἂν εἶχον. Cui l. subjungit et hunc Hipponactis, Λάβετέ μου θοἰμάτιον, κόψω βουπάλου τὸν ὀφθαλμόν. Possis et Bovis modo stupidum interpr., ut βουβάραν. [Hesychius : Βούπαλον· C μέγα· καὶ ὄνομα. Illo significatu qui scriptor usus sit nescitur. Suidas autem, qui ὄνον in loco Aristophanis est interpretatus, sensum verborum, non significationem spectavit. Bupalus enim et illo in versu et in plurimis aliorum scriptorum locis antiqui sculptoris et architecti Chii nomen est, quocum Hipponactem gravem inimicitiam exercuisse non solum veterum scriptorum testimoniis cognitum habemus, sed etiam Hipponactis carminum reliquiæ ostendunt : vide Welckeri collectionem p. 9 seqq. De operibus hujus artificis præter alios dixit Pausanias 4, 30, 4; 9, 35, 2. || Incertæ ætatis, sed multo recentior sculptor Bupalus est in monumento Musei Pioclem. vol. 1, tab. 10. G. Dindorf.]

Βουπάμμων, ονος, ὁ, ἡ, Boum possessor, Dives pecoris. [Leonidas in Anthol. Pal. 7, 740 : Ὁ τὸ πρὶν βουπάμμων, ὁ πρὶν πλούσιος αἰπολίοις· ubi recte emendatum βουπάμων. In alio ejusdem poetæ versu 6, 263 : Σῶσος ὁ βουπαλίων, Valckenarius ad Ammon. p. 190 βουπάμων restituit. Indicavit Schæf.] D

[Βούπαστον conjectura incerta Musuri. V. Βουμανές.]

Βούπεινα, ἡ, Magna fames, Fames instar bovis magnitudine, h. e. Immodica et intolerabilis fames : quæ et Βούλιμος, s. Βουλιμία. Gell. 16, 3 : In eodem libro Erasistratus vim quandam famis non tolerabilem, quam Græci βούλιμον καὶ βούπειναν appellant, in diebus frigidissimis multo facilius accidere ait quam quum serenum atque placidum est. Idem Gell. dicit Esuritio, quo potius uterer in reddenda Græce voce Πεῖνα, quam altero vocabulo Fames, si æque Latinum esset. Esuritionem, inquit, faciunt inanes patentesque intestinorum fibræ, et cava intus ventris, et stomachi vacua hiantia. Ibid. ex Erasistrato, de Scythis : Ὅταν διά τινα καιρὸν ἀναγκάζωνται ἀσιτεῖν, ζώναις πλατείαις τὴν κοιλίαν διασφίγγειν, ὡς τῆς πείνης αὐτοὺς ἧττον ἐνοχλούσης· quæ verba sic interpr., Quum sit usus ut famem longius tolerent, fasciis ventrem strictissime circumligare : ea ventris compressione esuritionem posse depelli creditum est. [Lycophr. 581 : A Βούπειναν ὀθνείων κινῶν· 1395 : Βούπειναν ἀλθαίνεσκον, et locum dubium Callimachi H. in Cer. 24 citat Scott. Eustath. Opusc. p. 128, 70. Memorant Hesychius, Schol. Aristoph. Plut. 874. G. Dindorf.]

Βουπελάτης, ὁ, q. d. Qui accedit prope boves, Bubulcus : Βουκόλος, παρὰ τὸ πλησιάζειν ταῖς βουσὶ, καὶ κολλᾶσθαι αὐταῖς· ut exp. Schol. Nicandri Al. [39] : Βουπελάται τε καὶ αἰγονομῆες. Apoll. Rh. [4, 1342] : Δείματι δ' ἄγραυλοί τε βόες μέγα πεφρίκασι, Βουπελάται τε βοῶν· ubi βοῶν ταυτολογικὸν est. [Oppian. Cyneg. 1, 533 : Θυμὸς δ' ἠπεδανοῦ μέγ' ἐχήρατο βουπελάταο. Wakef. Andromachus apud Galen. vol. 13, p. 876 : Δειλοῖς ἄλγεα βουπελάταις. Βουτελάτης scriptum in Orac. Sibyll. 8, p. 788 : Βουτελάταις τε καὶ ἀγρονόμοις καὶ ποιμέσιν ἀρνῶν. G. Dindorf.]

[Βουπλανόκτιστος, ὁ, ἡ. Lycophro 29 : Ἀπ' ἄκρων βουπλανοκτίστων λόφων· ubi Schol. τῶν ἐκ βοὸς πεπλανημένης ὑπὸ χρησμοῦ ἐκτισμένων, τῆς Τροίας δηλονότι. Tzetza : Τὴν Τροίαν λέγει, διὰ τὴν πλανηθεῖσαν, ᾗ εἵπετο ὁ Ἶλος, βοῦν. Indicavit Scott.]

B Βουπλάστης, ὁ, Qui boves fingit. [Dioscorides in Anthol. Pal. 9, 734 : Ἀλλά σ' ὁ βουπλάστας ἐξαπάτησε Μύρων. Scott.]

Βούπλευρον, τὸ, Bupleurum, quod Plin. 22, 22, inter sponte nascentia olera a Græcis numerari scribit : cujus ibi descriptionem habes. Nicander Θ. [586] : Σπέρματα βουπλεύρου τε, καὶ Ἰδαίης κυπαρίττου. [Ubi Schol. aliorum scriptorum testimonia affert : Δημήτριος ὁ χλωρὸς τὴν βούπλευρον δένδρον εἶναί φησιν, οὐκ ἔστι δὲ, ἀλλὰ λάχανον, οὗ μνημονεύει Νίκανδρος ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ὑακίνθῳ καὶ Ἐπαίνετος ἐν τῷ περὶ λαχάνων. Ἀντίγονος δέ φησι καὶ Λύκωνα μεμνῆσθαι τοῦ λαχάνου· unde patet non Βούπλευρον, τὸ, sed Βούπλευρος, ἡ, ab Stephano poni debuisse. Ambiguus Plinii locus est, «Bupleuron ... habent», et Hesychii glossa : Βούπλευρον· λαχάνων εἶδος. G. Dindorf.]

[Βουπληθής, ὁ, ἡ, Bobus abundans. Euphorio ap. Eustath. ad Dionys. 558 : Βουπληθέος ἐξ Ἐρυθείας. Schneid.]

Βούπληκτρον, τὸ, i. q. βουπλήξ, citatur ex Epigr. C [Immo Βούπληκτρος, ἡ, ex Agathia in Anthol. Palat. 6, 41, βούπληκτρον ἄκαιναν. Indicavit Scott.]

Βουπλήξ, ῆγος, ὁ, ἡ, Boves feriens aut pungens, i. e. Ipse stimulus, quo boves punguntur : Βούκεντρον, ἢ πέλεκυς βοῶν ἀναιρετικὸς, ἢ μάστιξ γινομένη ἀπὸ τμήματος βύρσης· ut Eust. exp. Il. Z, [135] : Ὑπ' ἀνδροφόνοιο Λυκούργου Θεινόμεναι βουπλῆγι. [Timo Phlias. apud Athen. 10, p. 445, E : Ἠὲ βαρὺν βουπλῆγα, τομώτερον ἢ Λυκόοργος (Λυκοόργου Valcken. ad Theocrit. Adoniaz. p. 340), ὅς ῥα Διωνύσου ἀρρυθμοπότας ἐπέκοπτεν.... Leonidas Alex. in Anthol. Palat. 9, 352 : Οἱ δ' ἑκατὸν βουπλῆγες ... αὐχένα ταύρων ἥμαξαν. Oppian. Cyneg. 1, 154 : Φάσγανα βουπλῆγάς τε· Halieut. 5, 152 : Ἅρπαι βουπλῆγές τε βαρύστομοι. Schæfer. et Kall. Frequentatum a Quinto Sm., ut 1, 158, ἀμφίτυπον βουπλῆγα· 337, βουπλῆγι βαθυστόμῳ· 10, 218, βουπλῆγι στιβαρῷ. Feminino genere scriptor Philopatridis c. 4, p. 590 : Τῇ βουπλῆγι κατεκεντάννυτο. Etymol. M. p. 371, 41 : Λαβὼν τὴν βουπλῆγα τέμνει τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. Hesychius : Βουπλήξ· μάστιγξ, πέ- D λεκυς, βούσκοπος· ubi Sopingius βούκοπος (immo βουκόπος) corrigit, id ut idem sit quod βουτύπος. Suidas βούκεντρον posuit. De accentu βουπλήξ Arcadius p. 19, 6. G. Dind.] At Βούπληγες accentu in antep., A bobus percussi, VV. LL. [Hoc ex Favorino : Βούπληγες· οἱ πληγέντες ὑπὸ τῶν βοῶν· βουπλῆγες δὲ, οἱ πλήσσοντες τοὺς βόας. G. Dindorf.]

[Βουποίητος, ὁ, ἡ, i. q. Βουγενής, Bove genitus. Strato in Anthol. Pal. 12, 249, βουποίητε μέλισσα. Schneid.]

Βουποίμην, ενος, ὁ, Boum pastor. [Ex Antiphilo Byzant. in Anthol. Palat. 7, 622. Scott.]

Βουπόλος, ὁ, Qui circa boves versatur, Bubulcus. [Ex Hesychio.]

[Βουπομπός, ὁ, ἡ. Pindarus apud Eust. Opusc. p. 58, 43 (fr. 205 Bœckh.) : Πενταετηρὶς ἑορτὰ βουπομπός, festum boum pompis insigne. G. Dindorf.]

[Βούπορθμος, ὁ, Buporthmus, mons Argolidis. Pausan. 2, 34, 8. G. Dindorf.]

Βουπόρος, ὁ, ἡ, Ad boves transfigendos aptus. Herodot. [2, 135] : Ὀβελοὺς βουπόρους [βοπόρους Suidas

s. h. v.] σιδηρέους, E ferro verua ad boves torrendos. Eur. [Andr. 1135]: Βουπόροι σφαγεῖς. ['Αμφὶ βουπόροισιν ὀβελοῖσι, Cycl. 301. Xenoph. Exp. Cyri 7, 8, 14: 'Επάταξε βουπόρῳ ὀβελίσκῳ τὸν μηρόν. Vid. Pollux 6, 88 (ubi ὀβελοὺς βουπόρους deleto commate conjungenda); 9, 77; 10, 95. Βουπόροις ὀβελίσκοις apud Philon. in Mathem. vett. p. 92, et omisso ὀβελίσκοις, p. 99. Conf. Βουτόρος. G. Dindorf.]

[Βουπρασίδης. V. Βουπράσιον.]

[Βουπρασιεύς. V. Βουπράσιον.]

[Βουπράσιον, τὸ, Buprasium, πόλις καὶ ποταμὸς καὶ χώρα τῆς 'Ηλιδος, Steph. Byz. Hanc regionem memorat Homerus Il. B, 615; Λ, 755, 759; Ψ, 631, accurate describit Strabo 8, p. 340 seqq. De adjectivis gentilibus Steph. Byz.: Τὸ ἐθνικὸν Βουπρασιεὺς καὶ Βουπράσιος (utroque utitur Strabo l. c.) ἀπὸ Βουπρασίου τοῦ ἄρξαντος αὐτῶν, καὶ Βουπρασία τὸ θηλυκόν· καὶ Βουπρασίων ὡς Καδμείων (codex Vratisl. βουπρασίωνες ὡς καδμείωνες· recte, quum Homericum Καδμείωνας in mente habeat). His addendum Βουπρασὶς ex Strabone p. 345: Τοὺς πρὸς τῇ Δύμῃ κατὰ τὴν Βουπρασίδα καὶ τὴν κοίλην 'Ηλιν. Incertæ fidei est Βουπρασίδης in Schol. Hom. Od. Γ, 267: Λικύμνιον τὸν Βουπρασίδην, ubi Eustath. Βουπρασιέα. G. Dindorf.]

[Βουπράσιος. V. Βουπράσιον.]

[Βουπρασίς. V. Βουπράσιον.]

[Βουπρασίων. V. Βουπράσιον.]

[Βουπρήστης, ὁ. V. Βούπρηστις.]

Βούπρηστις, εως [Βουπρήστιδος Nicander Alex. 335. G. Dind.], ἡ, Buprestis, animal, ut scribit Plin. 30, 4, simillimum scarabeo longipedi: quod fallit inter herbas bovem maxime, unde et nom. invenit, devoratumque, tacto felle ita inflammat, ut rumpat. [Hippocrates p. 573, 14, βούπρηστιν ὅλην· p. 620, 30 (ubi βουπρήστιος), 50.] Etym. autem h. v. tradit Nicander Al. [346]: 'Η καί που δαμάλεις, ἐριγάστορας ἄλλοτε μόσχους, Πίμπραται, ὁππότε θῆρα νομαζόμενοι δατέονται· Τούνεκα τὴν βούπρηστιν ἐπικλείουσι νομῆες. De symptomatis, quæ ejus haustum consequuntur et item remediis, idem Nicander tradit, Diosc. [2, 66], et ceteri Medici tum Gr., tum Lat. [Epiphanius vol. 1, p. 283, D ab Routhio indicatus: Γνώμην ἐοικυῖαν τῷ γένει τοῦ βουπρήστου κανθάρου. Hoc a nominativo βουπρήστης est, qui apud Dioscoridem l. c. in lemmate invenitur, περὶ βουπρήστου. Zonaras p. 398: Βουπρῆσται· ὄνομα ὄφεων. In Galeni Gloss. p. 450 codex Mosquensis βουπρήστης præbet: reliqui libri vel βούπρηστις, quod verum, vel βουπρίστης. G. Dind.] || Est et Oleris sylvestris species, ut Gal. Hippocr. Gloss. tradit, cujus et Theophr. meminit H. P. 3, 8. Quod non intelligens Plin. 22, 22, scribit: Buprestin magna inconstantia Græci in laudibus ciborum etiam habuere, iidemque remedia tanquam contra venenum prodiderunt. Et ipsum nom. indicio est boum certe venenum esse, quos dissilire degustata fatentur. [De hoc olere v. Theophr. H. P. 7, 7, 3, et medicorum locos quos Matthæi indicat in collectione sua p. 371. Dioclem (nam sic ex codd. corrige vulgatum Διοσκουρίδης) ἔν τε τῷ πρώτῳ τῶν 'Υγιεινῶν καὶ ἐν τῷ περὶ λαχάνων memorat Galenus l. c. Vitioso accentu apud Hesychium, Βουπρῆστις· λαχάνου εἶδος. G. Dindorf.]

[Βουπρηών. V. Βουπρίονες.]

Βουπρίονες, Hesychio κρημνοὶ μεγάλοι καὶ λόφοι, Præcipitia magna et colles. Sed scr. forsan βουπρηῶνες. [Apud Hesychium nunc Βουπρήονες scriptum ex Guyeti correctione, quæ verissima est, sed emendato accentu opus habet Βουπρηόνες. G. Dindorf.]

[Βουπρόσωπος, ὁ, ἡ, Qui facie bovina est. Laur. Lyd. De mensibus p. 192: Τὴν Τύχην οἱ 'Ελληνες γράφουσι βουπρόσωπον. Ad explicandum βούπρωρος hoc adjectivo utitur Hesychius. Βοοπρόσωπος affert Wakef. ex Porphyrio p. 250. G. Dindorf.]

Βούπρωρος [Rectius Βούπρῳρος. G. Dind.], ὁ, ἡ, Qui bovem in prora habet: βουπρόσωπος, Hes.; βούπρωρος θυσία, ut docet Eust. [p. 1676,38], ap. antiquos τριττύα quoque dicebatur, quod e tribus constaret, duabus ovibus et bove, secundum Epicharm., aut bove, capra et ove: aut apro, ariete et tauro: βούπρωρος autem dicta, quod taurus eis, ut in navi prora, præiret. Hesych. tradit Sacrificium esse centum ovium et bovis

A unius, qui tanquam prora illarum esset. Quo pertinere videtur ἑκατόμβη βούπρωρος, Plut. Symp. 4. [p. 668, C: Τιμῆς ὅστιν οὐκ ἂν ἑκατόμβη βούπρωρος ἄλφοι κατακοπεῖσα, quæ ex poeta aliquo sumpta esse patet. Apud Soph. Trach. 12: 'Ανδρείῳ τύπῳ βούκρανος, Strabo 10, p. 458, diversam scripturam præbet ἀνδρείῳ κύτει βούπρωρος, et paullo post βούπρωρος repetit. Philostr. p. 868: Βούπρωρα μὲν γὰρ αὐτῷ πρόσωπα. G. Dindorf.]

[Βούπρως· ἀσθένεια, Hesychius. Salmasius Βούπρωστις. G. Dindorf.]

Βούπτινον, Herba dicta trifolium, teste Hesych.

[Βοῦρα, ἡ, Bura, urbs Achaica, ἀπὸ Βούρας θυγατρὸς 'Ιωνος τοῦ Ξούθου καὶ 'Ελίκης, Steph. Byz. Memoratur ab Herodoto 1, 145, Strab. 8, p. 385, ubi interpretes aliorum scriptorum locos indicant. In codd. et editionibus (v. c. apud Aristot. p. 396, 21 ed. Bekk.) interdum Βούρα scriptum, quod Callimachi versu convellitur H. in Del. 102: Βοῦρά τε Δεξαμενοῖο βοόστασις Οἰνιάδαο. Βουρὰ in versu poetæ ap. Philon. Jud. vol. 2, p. 514, 28. Duplici vitio Hesych. codex Βούρρα· πόλις B τῆς 'Αχαΐας. De adjectivis inde derivatis Steph. Byz.: Τὸ ἐθνικὸν Βουραῖος... τὸ θηλυκὸν Βουραία· καὶ πόλις οὕτως. Καὶ Βουραϊκὸς κτητικόν. Λέγεται καὶ Βούρειος διὰ διφθόγγου. Τὸ δὲ διὰ τοῦ ι (Βούριος) ὡς Νύσσα Νύσσιος (Νύσα Νύσιος), Βοίβη Βοίβιος. Βουραῖος est apud Lycophr. 591, quem Steph. ipse affert, Βουραίοισιν ἡγεμὼν στρατοῦ, et apud Pausan. 7, 25, 8; in numis apud Eckhel. vol. 2, p. 237. Βουραϊκὸς apud Pausan. 7, 25, 10: Καταβάντι δὲ ἐκ Βούρας ὡς ἐπὶ θάλασσαν ποταμός τε Βουραϊκὸς ὀνομαζόμενος καὶ 'Ηρακλῆς οὐ μέγας ἐστὶν ἐν σπηλαίῳ· ἐπίκλησις μὲν καὶ τούτου Βουραϊκός·... et 26, 1: Κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν Βουραϊκήν. Βούριος ex Polyb. 2, 41, 13 annotavit Berkelius. *Buris* nomen urbis apud Ovidium et Senecam. G. Dindorf.]

[Βουραία, ἡ, Buræa, πόλις 'Ιταλίας ἀπὸ Βουραίου κτισθεῖσα· τὸ ἐθνικὸν Βουραῖος, Steph. Byz. G. Dindorf.]

[Βουραϊκός V. Βοῦρα.]

[Βουραῖος. V. Βοῦρα et Βουραία.]

[Βούρασσος lectio vitiosa. V. Βόρασσος.]

[Βούρεια. V. Βούριννα.]

C [Βούρειος. V. Βοῦρα.]

[Βουρίδιον. V. Βωρεύς.]

[Βουρικυπάρισσος· ἡ ἄμπελος. Περγαῖοι, Hesych. G. D.]

[Βούριννα, ἡ.] Βούῤῥινα, Burrhina: Fons in insula Co, fluens e petra quadam longe spectantibus narem bovis præferente. Meminit Theocr. et Eust. in Dion. Per. [511], ubi simplici ρ scribitur. [Apud Theocritum 7, 5 pars codicum: Χάλκωνος, Βούριννάν ὃς ἐκ ποδὸς ἄνυε κράναν· alii Βούρριναν vel Βούριναν, quam scripturam sequitur Eustath. ad Dionysii l. c.: Πηγή τις παρὰ Θεοκρίτῳ Βούρινα 'Ιταλικὴ βοὸς ῥινὶ παρονομαζομένη, et ad Homer. p. 309, 2. Diversam lectionem Βούρειαν memorat Scholiasta Theocriti, ex quo etiam illud cognoscimus, etymologiam ab Eustathio traditam Nicanori Coo placuisse. Βούριννα etiam in Andromachi versu apud Galen. De antidot. vol. 13, p. 877, quem Valcken. affert: 'Η 'Ρόδος ἢ Βούριννα καὶ ἀγχιάλη 'Επίδαυρος. Tertia denique forma Βύρρις et Βύριννα est. Schol. Theocriti: Νικάνωρ δὲ ὁ Κῷος ὑπομνηματίζων Βύρριν τὴν κρήνην καλεῖ, et inferius, Κρήνη ἡ Βύρινα D (scrib. Βύριννα) τῆς Κῶ. Καὶ Φιλητᾶς, Νάσσατο δ' ἐν προχοῇσι μελαμπέτροιο Βυρίννης· nam sic Bachius p. 55 recte corrigit quod codices præbent βυρίνης vel βουρρίνης. G. Dindorf.]

[Βούριος. V. Βοῦρα.]

[Βοῦρις lectio vitiosa. V. Βοῦλις.]

[Βούριχος, ὁ, Burichus, Demetrii Poliorcetæ adulator. Athen. 6, p. 253, A; Diodor. Sic. 20, 52. G. Dindorf.]

Βούρυγχος, Hesychio ἰχθὺς κητώδης: forsan a bubulo aut magno rostro. Infra Βρίγκος quoque est cetaceus piscis.

Βούρυτος, Hesychio ποταμὸς μέγα ῥεῦμα ἔχων, nimirum παρὰ τὸ βοῦ ῥέειν, Quoniam vehementi et magno cursu fluat.

[Βουρχουμὰθ, χρυσοχόμη ap. Afros. App. Diosc. p. 466 (4, 55), Arab. برغومة *Burghumah*, permutatis radicalibus ع et ح Herba quævis vertice rotundo et multis foliis. Bochart Canaan 2, 15. Dahler.]

Βοῦς, οὸς, ὁ, ἡ, et Βῶς, Dor., Bos, Vacca. Il. Ψ, [30]: Πολλοὶ μὲν βόες ἀργοὶ ὀρέχθεον ἀμφὶ σιδήρῳ Σφαζόμενοι. Od. K, [410]: Βοῦς ἀγελαίας· O, [235]: Ἤλασε βοῦς ἐριμύκους. [Ἡ βοῦς, sensu collectivo dictum, ut ἡ ἵππος, equitatus, affert Thomas M. s. v. Βοῦς, addito exemplo: Τὴν βοῦν ἐληίσατο. G. Dindorf.] ‖ Synecdochice partem pro toto in fem. capi pro Pelle bovina, Eust. [p. 894, 53] tradit, i. e. δέρμα, βύρσα, τὰ ὠμοβόεια, βοέη, ut ἐλέφας pro Osse elephantino, h. e. Ebore: indeque ap. Hom. βοῦς τυκτὰς et βοῦς αὔας dici Clypeos e bubulo corio: Ἀσπίδας ἐκ βοείας βύρσης τετεχνιτευμένας. Il. M., [105]: Οἱ δ' ἐπεὶ ἀλλήλους ἄραρον τυκτῇσι βόεσσι· H, [239]: Οἶδ' ἐπὶ δεξιὰ, οἶδ' ἐπ' ἀριστερὰ νωμῆσαι βῶν Ἀζαλέην. Unde et Hesychio est μάστιξ, Flagellum, sub. e bubulo corio factum: quo sensu et Boves a Plauto usurpatum tradunt nonnulli. [Sequentia «Hesychio... ὅπλον» ex indice.] Hesychio βῶς est etiam βύρσα, ἀσπὶς, πέλτη: ut βῶν quoque dixerat esse non solum βοῦν, sed etiam ὅπλον. ‖ Metaph. dicitur de homine stupido et ἀναισθήτῳ, ut Eust. [p. 962, 18] docet, dicens inde esse βοίδης apud Menandrum pro πρᾶος, εὐήθης, simile comico vocabulo ἀμνοκός: unde et βοῦς ἐν αὐλείῳ κάθηται, Proverb. ἐπὶ ἀχρηστίας. [Apud Eustath. p. 962, 18, Suidam, ubi κάθη, et Diogenian. 3, 70, qui βοῦς ἐν αὐλείῳ γέρων. Βοῦς ἐν αὐλίῳ, ex Cratini Deliadibus Hesychius. Βοῦς cognomen Cleonis citharœdi apud Athen. 8, p. 349, C in fragm. Machonis comici. Suidas: Βοῦς Κύπριος· ἐπὶ τοῦ χυδαίου καὶ ἀναισθήτου· φασὶ γὰρ τοὺς Κυπρίους βόας κοπροφαγεῖν. Similiter Hesychius, Diogenian. 3, 49, et appendix Vatic. 1, 11. De Bœotiis hoc tradit Schol. Aristoph. Pluti 706 ab Schæf. citatus: Σκατοφάγον· ἀναίσθητον. Εἴρηται δὲ ἀπὸ τῶν παρὰ Βοιωτοῖς βοῶν, οἳ διὰ πολλὴν ἀναισθησίαν σκατὰ ἤσθιον. In eundem sensum dictum fuit βοῦς ἕβδομος. Suidas: Βοῦς ἕβδομος· ἐπὶ τῶν ἀναισθήτων. Οἱ γὰρ πένητες ἔμψυχον μὴ ἔχοντες θῦσαι ἔπλαττον ἐξ ἀλεύρου. G. Dindorf.] ‖ Est et piscis nomen, quem Bovem Plinius etiam appellat, referens eum inter pisces planos s. cartilagineos, i. e. inter σελάχη, quemadmodum Aristot. quoque H. A. 5, [4, 2]; 6, [11, 1]. Hesychio teste βῶς est Piscis quidam, ut βοῦς quoque. [De hoc pisce locos veterum collegit Schneiderus in Hist. Pisc. p. 142 seqq. Interdum βοῦς θαλάσσιος dicitur. Galenus Glossar. p. 448: Βοὸς θαλασσίου· σελαχώδης ἐστὶν ὁ ἰχθὺς οὗτος. Ælianus N. A. 1, 19. Inter pisces Niliacos βοῦς memoratur ab Strabone 17, p. 823. G. Dindorf.] Item πέμματος species, Eust. [p. 1165, 5], unde ἕβδομος βοῦς, qui post sex σελήνας, i. e. Placentulas latas rotundasque, septimus conficiebatur, cornua habens in modum novæ lunæ. [Hæc ex Suida qui βοῦς ἕβδομος ex Euripidis Erechtheo et Iride Achæi affert; ex Atthide Clitodemi Hesychius. Conf. Lobeck. Aglaoph. p. 1065, et Etym. M. p. 204, 9. Βοῦς πέμπτος apud Eustath. p. 1165, 8. G. Dind.] Aliter vero exp. βοῦς ἕβδομος habes apud Suidam [in glossa supra allata] et Camer. ‖ Olim erat etiam numisma Atticum, bovis nota percussum, Didrachmum alio nomine dictum: unde ἑκατόμβοια arma apud Homerum, et βοῦς ἐπὶ γλώττῃ βέβηκεν, Proverb. in eos, qui pecunia corrupti, aut metu mulctæ, dicenda reticent: de quibus Bud. De asse, et J. Pollux 9, [60, 61, qui dubitatum ab nonnullis esse narrat Deliorum an Atticorum esset illud νόμισμα. Ab Theseo hos numos primum cusos esse tradit Plutarch. V. Thesei c. 25. Conf. Eckhel. D. N. vol. 2, p. 207. Nec tamen satis certa est proverbii explicatio. Hesychius: Βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ· παροιμία ἐπὶ τῶν μὴ δυναμένων παρρησιάζεσθαι· ἤτοι διὰ τὴν ἰσχὺν τοῦ ζώου, ἢ διὰ τὸ τῶν Ἀθηναίων (νόμισμα ex Suida addit Musurus) ἔχειν βοῦν ἐγκεχαραγμένον, ὅνπερ ἐκτίνειν τοὺς πέρα τοῦ δέοντος παρρησιαζομένους ἦν ἔθος. Prior explicatio probabilior. Antiquissima quæ supersunt exempla proverbii indicant interpretes, Theognidis 815: Βοῦς μοι ἐπὶ γλώσσης κρατερῷ ποδὶ λὰξ ἐπιβαίνων ἴσχει κωτίλλειν καίπερ ἐπιστάμενον· Æschyli Agam. 35: Τὰ δ' ἄλλα σιγῶ· βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ μέγας βέβηκεν, ubi Blomfield. Sophoclis ex OEdipo Col. versum 1051 comparat: Ὧν καὶ χρυσέα κλεὶς ἐπὶ γλώσσᾳ βέβακεν. Βοῦς ἐμβαίνει μέγας eodem sensu dixerat Strattis: vid. Hesych. s. h. v. G. Dind.] ‖ Et χυτρόπους apud eundem J. Pollucem 9. [Immo 10, 100, ubi nunc ex libris Mss. emendatum βαῦνον ἂν εἴποις τὸν χυτρόποδα.] ‖ Item in vestibus Suturarum commissuras, s. τὰς ἐν τοῖς χιτῶσι τῶν ῥαφῶν συμβολὰς, βοῦς vocatas fuisse, idem auctor testatur. [7, 65. Sed hic quoque Stephanum vitiosa decepit scriptura. Libri ὄχθαι βοῦς δέ.... Recte emendatum ὀχθοίβους δέ.... ‖ Βοῦς, herbæ nomen, Mel. (?) 1, 42 a Wakef. indic.]

[Γάγαι, αἱ, Gagæ, urbs Lyciæ, Παλαιὸν τεῖχος dicta ab Alexandro lib. 1 Lyciacorum. Gentile Γαγαῖος. Hæc Steph. Byz. Ineptam nominis etymologiam affert Etym. M. p. 219, 3. Nominativum ΓΑΓΑ ponit Hierocl. Synecd. p. 683, in ΓΑΓΑΙ, ut videtur, mutandum. Γάγας πόλιν in Πάγας corruptum ap. Euseb. De martyr. Palæst. c. 4 notat Wessel. Alia forma Γάγας Dioscor. 5, 146 : Γεννᾶται (Gagates lapis) ἐν Λυκίᾳ κατά τινα ποταμοῦ εἴσρυσιν εἰς θάλασσαν ἐκχεομένου· ἔστι δὲ πλησίον τῆς λεγομένης Πλαγιοπόλεως (Παλαιοπόλεως Salmas.), καλεῖται δὲ ὁ τόπος οὗτος καὶ ὁ ποταμὸς Γάγας. Cui Γάγης ex Plinio 36, 19, 34 restituendum, qui genitivo *Gagis* utitur, et Dioscoride ipso in opusc. De lapidibus in Iriart. Catal. p. 437, a : Λίθος γαγάτης ὁ ἐν Λυκίᾳ εὑρισκόμενος παρὰ τὸν Γάγην ποταμόν. Fluvium Γαγάτην dicit Galen. vol. 13, p. 257 : Λίθος... ὃν ὁ Διοσκορίδης καὶ ἄλλοι τινὲς ἐν Λυκίᾳ φασὶν εὑρίσκεσθαι κατὰ τὸν ποταμὸν ὄνομα Γαγάτην, ὅθενπερ καὶ αὐτῷ τῷ λίθῳ τὴν προσηγορίαν εἶναί φαμεν· οὐ μὴν ἐγὼ εἶδον ἐκεῖνον τὸν ποταμόν, καίτοι παραπλεύσας ὅλην Λυκίαν μικρῷ πλοίῳ τῆς ἱστορίας ἕνεκα τῶν ἐν αὐτῇ. Sed huic quoque, nisi negligentius est locutus, Γάγην restituendum ex Aetio, 2, fol. 28, a, 46 : Κατὰ ποταμὸν ὀνομαζόμενον Γάγην, ὅθεν καὶ γαγάτην ὀνομάζουσιν αὐτὸν (τὸν λίθον). G. Dindorf.]

Γαγάτης λίθος, Gagates lapis : nomen habet loci et amnis Gagis Lyciæ, teste Plin. 36, 19, ubi fusius eum describit. De eod. multa Diosc. 5, 146 et Orph. De lap. [468, 486], Alex. Aphr. Probl. l. 2, Quæst. 64, [et medici, quos indicat Bernard. ad Theoph. Nonn. vol. 1, p. 152.] Unde autem Γάγαι dictus sit Lyciæ iste locus, vide ap. Etym. [Epiphan. Adv. Hær. 51, vol. 1, p. 422 : Λίθου τοῦ γαγάτου. Angl. Ἡ Γαγάτης λίθος in Geopon. 15, 1, 32. ᵞ--. G. Dind.]

[Γαγγαίνω.] Γαγγαίνειν, Hesychio τὸ μετὰ γέλωτος προσπαίζειν, Risu ludere et jocari cum aliquo.

[Γαγγαλίας. V. Γαγγίας.]

[Γαγγαλιάω.] Γαγγαλιᾷν, Hesychio γαγγαλίζεσθαι, ἥδεσθαι, Titillari, Lætitia s. Voluptate affici. Ubi etiam verb. γαγγαλίζεσθαι positum pro γαργαλίζεσθαι. Infra Καγχαλᾷν. [V. Γαργαλίζω.]

[Γαγγαλιειδὴς lectio vitiosa. V. Γαγγλιοειδής.]

Γαγγαλίζω, i. q. γαργαλίζω, Titillo, Voluptate afficio, s. Facio γελᾷν aut καγχαλᾷν. Legitur in Lex. meo vet. et ap. Etym. [p. 219, 25], a quibus exp. εἰς γέλωτα ἄγω, derivantibus nimirum a γελάω. [Antiatticista p. 87, 28 : Γαγγαλίζειν· οὐ γαργαλίζειν. Gl. Γαγγαλίζω, Titillo, Vello. Conf. Γαργαλίζω.]

[Γαγγαλιοειδής. V. Γαγγλιοειδής.]

[Γαγγάλιον. V. Γαγγλίον.]

[Γαγγαλὶς, ίδος.] Γαγγαλίδες, Hesychio γελασηνοὶ, pro quo infra γελασῖνοι.

[Γαγγαλισμὸς, ὁ, Gl. Titillatio, Vellatio. V. Γαργαλισμός.]

Γάγγαλος, ὁ, Hesychio est ὁ εὐμετάθετος καὶ εὐρίπιστος τῇ γνώμῃ καὶ εὐμετάϐολος, Mutabilis, Inconstans. [Gl. Γάγγαλον ἔχων· Titillosus. V. Γάργαλος.]

[Γαγγαμεὺς vel Γαγγαμευτής. V. Γαγγάμη.]

Γαγγάμη, ἡ, Hesychio σαγήνη s. δίκτυον ἁλιευτικὸν, Sagena s. rete piscatorium : sed addit, esse etiam σκεῦος γεωργικὸν ὅμοιον τῇ κρεάγρᾳ, Furcam fortassis aut Tridentem intelligens. [Strabo 7, p. 307 : Ὀρυκτοί τε εἰσιν ἰχθύες οἱ ἀποληφθέντες ἐν τῷ κρυστάλλῳ τῇ προσαγορευομένῃ γαγγάμῃ. G. Dind. In quibusdam Græciæ regionibus γαγγάμη etiamnum vocatur Rete, ligno ferrato appensum, quo ostrea a piscatoribus capi solent, pariterque in Sicilia : cujus formam describit Maurolycus in Sestini *Viaggi*, Berol. 1806. Schneid.] Idem et Γάγγαμον dicitur. Nam idem Hesych. γάγγαμον dici tradit δίκτυον : item τὸ περὶ τὸν ὀμφαλὸν ὑποχόνδριον. Pro quo ap. Etym. [M. p. 219, 18, et paullo post γαγγάμων γαγγάμονος] et Lex. meum vet. scriptum Γαγγαμών. Est enim γαγγαμὼν eis δίκτυον, s. τὸ λαμϐάνον δίκτυον, afferentibus ex Æschyl. [Ag. 369] : Γαγγαμόνα τῆς παναλώτου. [Decepit Stephanum vitiosa lectio Pollucis, cui nunc ex libris restitutum, quod apud Æschylum legitur, γάγγαμον ἄτης παναλώτου. Γαγγαμών· δίκτυον, legitur ap. grammat. in Montef. Bibl. Coisl. p. 232 : sed auctorem huic formæ allatum non video, quam ex γάγγαμον depravatam esse puto. Polluci quidem utroque in loco γαγγαμὼν eximendum, quum codd. γάγγαμον præbeant. G. Dind.] Utrumque vocab. ap. J. Poll. quoque [2, 169] legitur, et γάγγαμον nimirum et γαγγαμὼν, idque uno et eodem in loco : nam 10, [132] quædam ἁλιέως σκεύη enumerans, ut σπυρίδιον, ἔρκη, πόρκους, λίνον, πάναγρον, δίκτυον, ἀμφίϐληστρον, iisque subjungens γάγγαμον, scribit ab eo Æschylum τὸ δύσλυτον ἢ δυσέλικτον κακὸν appellasse γαγγαμόνα τῆς παναλώτου. [Oppian. Hal. 3, 81 : Γάγγαμά τ' ἠδ' ὑποχαὶ περιηγέος ἠδὲ σαγῆναι.] || Sed meminit et metaph. signif., quam τὸ γάγγαμον s. ὁ γαγγαμὼν habet, 2, [169] : Τὸ δὲ κατὰ μέσην γαστέρα κοῖλον, ὀμφαλὸς καὶ μεσομφάλιον· καὶ ὁ περὶ αὐτὸν τόπος, γαγγαμών· ἐπεὶ νεύρων ἐστὶ πλέγμα, καθάπερ τὸ δικτυῶδες, ὃ καλεῖται νῦν γαγγαμὼν, ἢ, ὡς οἱ πολλοὶ, σαγήνη, innuens Omentum dici γαγγαμόνα, quoniam nervorum plexu refert piscatorii γαγγαμόνος s. σαγήνης figuram, unde et vulgo Reticulum appellatur. Porro a piscatoria illa γαγγάμῃ, s. piscatorio illo γαγγάμῳ, dicitur Γαγγαμουλκὸς, ὁ, Qui nimirum ipsum in aquam injectum extrahit, pisces sc. venans. Et Γαγγαμεὺς, έως, ὁ, Idem. Ἔστι κυρίως, inquit Etym., γαγγάμη, σαγήνη ἢ δίκτυον· ὅθεν καὶ Γαγγαμουλκοὶ, οἱ σαγηνευταί· [γαγγαμουλκὸς restituendum Arcadio p. 87, 28, ubi γαμουλκός. G. Dind.] καὶ Γαγγαμεὺς [apud Etym. legitur γαγγαμεύς τις, unde Sylburgius probabiliter γαγγαμευτής], ὁ τῇ γαγγάμῃ ἐργαζόμενος. Hesychio itidem γαγγαμουλκοὶ sunt σαγηνευταί : et Γαγγαμεὺς (perperam enim ap. eum scriptum γαγγαλεὺς, ut et alphabeticus ordo et expositio docet), ἁλιεὺς ὁ τῇ γαγγάμῃ ἐργαζόμενος.

Γωγγάμη, ἡ, Hesychio teste pro γαγγάμη dicitur, Id nimirum, ἐν ᾧ οἱ ἁλιεῖς συνάγουσι τὰ ὄστρεα, Verriculum, quo piscatores conchas capiunt.

[Γαγγαμουλκός. V. Γαγγάμη.]

[Γαγγαμὼν scriptura vitiosa. V. Γαγγάμη.]

[Γαγγανῶ, τὸ ταράσσω, Turbo, Arcad. p. 161, 24.]

[Γαγγανεύω ex composito Ἀναγαγγανεύω cognitum est, quod v.]

Γαγγάνη, ἡ, Scrofula, Tuber. VV. LL.

[Γάγγη, ἡ, Gange, urbs Indiæ. Strabo 15, p. 719; Ptolem. Geogr. 7, 1. G. Dindorf.]

[Γάγγης, ου, ὁ, Ganges, fluvius Indiæ, ap. Strabon. locis pluribus libri 15, aliosque geographos. Idem esse putatur qui Φεισών, fluvius Paradisi, de quo dicetur suo loco. || Γάγγης, Gangis fluvii filius, rex Æthiopum, ap. Philostr. V. A. 3, 20, p. 110 sq. G. D.]

[Γαγγητικὸς, ἡ, ὸν, Gangeticus. Arrian. Peripl. a Barkero cit. p. 36 : Ὁ Γάγγης, δι' οὗ φέρεται τό τε μαλάβαθρον καὶ ἡ Γαγγιτικὴ νάρδος καὶ πινικὸν καὶ σινδόνες αἱ διαφορώταται αἱ Γαγγιτικαὶ λεγόμεναι· sic etiam Damocrates ap. Galen. vol. 13, p. 864. Quod rectius Γαγγητικὸς scribetur, ut ap. Marcian. Heracl. p. 8, et 27, pariterque Γαγγῆτις, non Γαγγῖτις, ut apud scriptores Latinos *Gangeticus* et *Gangetis*. Γαγγετικὸς Agathem. 2, 11, p. 50 ed. Huds. G. Dind.]

[Γαγγῆτις.] Γαγγίτις νάρδος, ἡ, Nardus Gangitis, dicta a Gange fluvio, ap. quem nascitur, Dioscor. 1, 6 : [Τῆς δὲ Ἰνδικῆς ἡ μέν τις λέγεται γαγγῖτις, ἀπό τινος ποταμοῦ παραρρέοντος τοῦ ὄρους, Γάγγου καλουμένου, παρ' ᾧ φύεται. Damocrates ap. Galen. vol. 13, p. 863. Conf. s. v. Γαγγιτικός.] || Ἔγγαγγις πέτρη, eadem quæ Γαγγίτις λίθος, s. Γαγγίτης, Gangitis gemma, quæ sc. in Gange fluvio Lyciæ reperitur, viridi colore. Nicander Ther. [37] : Ἄλλοτε δ' ἀζαλέην καίων [δαίων] ἐγγάγγιδα πέτρην. De hac vero gemma plura ibi Schol. [Prima Scholiastæ verba sunt, Ἐγγαγγίδα (nam hoc accentu libri) δὲ πέτρην τὴν γαγγῆτιν λίθον· unde Straboni 16, p. 747 : Καὶ τὴν γαγγίτιν (al. γαγγῖτιν) λίθον, ἣν φεύγει τὰ ἑρπετὰ, γαγγῆτιν restituendum. Γαγάτης ab Eutecnio dicitur in metaphrasi versus Nicandri, eodem errore, quo ap. Plin. H. N. 10, 4, 3, ubi *Gangitem* restituit Salmas. Exerc. Plin. p. 177, librorum vestigia secutus, in quibus *Gagiten* vel *Gagytem* legitur. Apud Nicandr. autem ἐγγαγγίδα Schneider. in Γαγγίτιδα mutavit, quod Γαγγήτιδα scribendum erat. G. Dindorf.]

Γαγγίας, sive Γαγγαλίας, ὁ, nonnullis est γελασηνὸς, alii τὴν τῶν ἐρίων συστροφὴν, Lanas convolutas, eo nomine vocari tradunt, alii ὑποστάθμην, Sedimentum et fæces, teste Hesych. [Ἐρίων ex νεύρων corruptum esse vidit Is. Vossius. Conf. Galeni locum s. v. Γαγγλίον afferendum. Γελασηνὸν ap. Hesych. posuit Musurus. Codex γελασινόν. Cum postrema autem interpretatione similis, sed corrupta Hesychii glossa comparanda, Γάργασις, γαργαλέη ὑποστάθμη (codex ὑποσταθμοῦ). Quod saltem γαργάλη scribendum. G. Dindorf.]

[Γαγγλιοειδὴς, ὁ, ἡ.] Γαγγαλιειδέων Hesych. exp. γαγγαλίοις ἐοικότων. [Codex γαγγαλιοιδέων. Corrigendum γαγγαλιοειδέων, aut γαγγαλιωδέων. Conf. Γαγγλιώδης. G. Dindorf.]

[Γαγγλίον, τό.] Γαγγάλιον, τὸ, Hesychio νεύρου συστροφή. Sed notandum est pro illo γαγγάλιον ap. medicos scribi Γαγγλίον, ut ap. Auctorem Defin. Med., qui Galenus esse creditur, Γαγγλίον ἐστὶ νεύρου παρὰ φύσιν συστροφὴ σωματοπεποιημένη· quo modo et P. Ægin. 6, 39 definit hoc γαγγλίον, et Actuar. II. διαγνώσεως παθῶν 2, 88, ubi iidem addunt γίνεσθαι ἐκ πληγῆς ἢ κόπου, ut plurimum κατὰ καρποὺς καὶ σφυρὰ, s. κατὰ τοὺς πόδας καὶ τὰς χεῖρας, quoniam ibi nervi plures sunt et magis προφανεῖς : comitari autem ipsum ὄγκον ὁμόχρουν, ἀντίτυπον, ἀναλγῆ. Eod. prope modo J. Poll. 4, [197] γαγγλίον esse ait ἀπόστημα ἄπονον ὑπὸ λευκῷ καὶ νευρώδει χιτῶνι· ἐνεῖναι δ' αὐτῷ ὑγρὸν ἀθερῶδες ἢ τριχία ἢ ἑλμινθία [ἑλμίνθια]· γίνεσθαι δὲ περὶ ἄρθρα καὶ κεφαλήν. Gorr. esse dicit Nervi nodosam et renitentem contractionem, nullo præter naturam colore, doloris expertem : posseque in multis corporis partibus accidere, sed in manibus et talis frequenter, rarius in cubito et capite oriri : plerumque e plaga aut lassitudine, raro sponte provenire, nec in alto, sed sub cute radices agere, neque in orbem vel ad anteriora posterioraque transferri, sicut melicerides et atheromata, sed, si vim facias, ad latera tantum, h. e. ad dextram vel sinistram, pro nervi situ moveri et flecti. Meminit ejus Cels. quoque 7, 6, dicens in capite multa variaque tubercula oriri, ganglia, meliceridas, atheromata. [Heras ap. Galen. vol. 13, p. 787 : Φύματα διαχεῖ καὶ τὰ γαγγλία τάς τε συναγωγὰς ἀποκορυφοῖ καὶ ῥήσσει. Hemst. Aetius 15, 9. Celsus 7, 6 : « Tubercula quæ ganglia vocant. » Weigel.]

Γαγγλιώδης, ὁ, ἡ, Ganglio similis, Qui e gangliorum genere est. Hippocr. de Artic. [p. 806, A] : Ἐπεὶ καὶ τῶν γαγγλιωδέων ἔνια, ὅσα ἂν πλαδαρὰ ἔῃ καὶ μυξώδεα, σάρκα ἔχει.

[Γάγγος, ap. Arcad. p. 46, 22 ex melioribus libris : unus, sed deterior, σάγγος. G. Dindorf.]

[Γάγγρα, ἡ, Gangra, urbs Paphlagoniæ, a Nicostrato quodam caprario condita, de quo Steph. Byz., ex Alexandri libro de Paphlagonia, præter alia, Ἰδὼν οὖν ἐπιτήδειον τόπον πόλιν ἔκτισε καὶ Γάγγραν ὠνόμασεν, ὅτι τοῦτο ἦν ὄνομα τῇ αἰγί. Idem Steph. neutro quoque genere dictum esse Γάγγρα, τὰ, annotavit ex Eratosthene et ex Athenæo, cujus verba sunt 3, p. 82, C : Τούτων δ' οὐ πολὺ ἀπολείπεται τὰ ἐν Γάγγροις, πόλει Παφλαγονικῇ. Gentile Γαγγρηνὸς, quod Metropolitæ cujusdam *Gangreni* subscriptione Concil. Chalced. act. vi confirmavit Berkelius. || Ἔστι καὶ Ἀραβίας τῆς εὐδαίμονος Γάγγρα· τὸ ἐθνικὸν δεῖ Γαγγραῖοι, ὡς Σαβαῖοι, Steph. Byz. G. Dindorf.]

Γάγγραινα, ἡ, Gangræna : Partis alicujus mortificatio et exstinctio, proveniens a magnitudine inflammationis, quæ neque digeri, neque in pus mutari potuit, sibique conjunctas partes in affectionis consortium pertrahens, et ne ab ossibus quidem abstinens, quæ vitioso humore perfusa imbutaque, quo caro circumposita madet, putrescunt emoriunturque. Non est autem γάγγραινα perfecta νέκρωσις, sed adhuc fit, sic tamen ut, nisi opportune succurratur, non modo pars ipsa, quæ laborat, sed et aliæ vicinæ partes, ipseque totus homo denique intereat. Quum vero sensum affectæ partes penitus amiserunt, jam non γάγγραινα, sed σφάκελος appellatur. Est enim per gangrænam via ad sphacelum, qui perfecta νέκρωσις est. Verum, ut ait Galen. Com. 4, εἰς τὸ π. Ἄρθρων [vol. 12, p. 437], abutimur interdum vicinorum affectuum nominibus ad eos signif., ad quos proxime accedunt, quanquam nondum e toto ipsorum speciem et naturam habeant. Sic namque et Hippocr. ingentem inflammationem, quum non amplius suum colorem tuetur, dolorique est, interdum γάγγραιναν appellavit. Hæc Gorr. Plura si requiras, consule Galen. Comm. 7 in Aphor. Hippocr. sect. 7, artic. 50 [vol. 9, p. 319]; De tumor. c. 8; P. Ægin. 4, 9; Actuar. II. διαγνώσεως παθῶν 2, 30; Celsum 5, 26. [Theophan. N. vol. 2, p. 246 in cap. Περὶ Γαγγραίνης (codd. duo γαγγραίνας).] Plutarch. dicit γαγγραίναις καὶ καρκινώμασι διαβρωθείς [Moral. p. 65, D, figurate de sermonibus adulatorum. Paulus Ep. 2 ad Timoth. 2, 17 : Καὶ ὁ λόγος αὐτῶν ὡς γάγγραινα νομὴν ἕξει· ut Etym. quoque [p. 219, 28] γάγγραιναν esse dicit πάθος διαβρωτικὸν σαρκῶν, derivatum esse tradens e γράω, signif. ἐσθίω, per diplasiasmum. [|| Merops, avis. Anon. Ms. de avibus : Μέροψ στρουθίον ἐστὶ ὅλον τὸ σκήνωμα πράσινον, τὰ δὲ πτερὰ πορφυρᾶ, ὅ τινες γάγγραιναν ὀνομάζουσι. Ducang.]

Γαγγραινικὸς, ἡ, ὸν, Gangrænicus, Gangrænæ similis : et γαγγραινικαὶ νομαὶ, Dioscor. 2, 119, Nomæ, quæ in Gangrænam evaserunt, s. Depascentes gangrænæ. [4, 94 : Κυνόδηκτα ἰᾶται καὶ γαγγραινικά.]

[Γαγγραινικῶς, In modum gangrænæ. Oribasius p. 158, 38 ed. Cocch. : Νεκροῦνται δάκτυλοι σηπεδονικῶς ἢ γαγγραινικῶς διατιθέμενοι. Kall.]

[Γαγγραινόω.] Γαγγραινοῦσθαι, Gangræna laborare, aut Gangræna corripi. Dioscor. 1, 187 de cinere ficulno, Ἁρμόζει καὶ πρὸς γαγγραινούμενα· ἀνακαθαίρει γάρ. [Hippocrat. p. 828, H : Ἀτὰρ καὶ γαγγραινοῦσθαι ἱκνέεται κνήμην καὶ τὸν πόδα. Rufus p. 289 ed. Matth. : Ὑπὸ τοῦ φαρμάκου γαγγραινωθῆναί τε καὶ σπασθῆναι. G. D. Oribas. Mai. p. 30 : Τὸ γαγγραινούμενον αὐτό ἐστι πελιδνόν.]

[Γαγγραινώδης, ὁ, ἡ, Gangrænicus. Hippocrat. p. 1238, E : Τὸ γαγγραινῶδες ἀνέδραμεν ἄχρι πρὸς γόνυ. Kall. Galen. vol. 13, p. 151, F.]

[Γαγγραίνωμα, τὸ, Affectio gangrænica. Pallad. De febr. 26. Kall.]

Γαγγραίνωσις, εως, ἡ, dicitur αὐτὸ τὸ γαγγραινοῦσθαι, Gangrænæ vitio corripi; s. In gangrænam transire.

Hippocrat. De fract. [p. 759] : Γαγγραινώσεις φλεβῶν (A) vocat τὰς δι' ὑπερβολὴν τῆς φλεγμονῆς αὐτῶν ἀκολουθούσας νεκρώσεις, ut testatur Gal. Comm. 2 in eum lib.

[Γαγγραῖος. Γαγγρηνός. V. Γάγγρα.]

[Γαγενής. V. Γηγενής.]

[Γαγεῦαι. V. Γαχύς.]

[Γαγιανὸς, ὁ, Gagianus, rhetor Smyrnæus, apud Phrynich. p. 418 Lob. G. Dindorf.]

[Γάγος. V. Ὀστρακίτης.]

[Γαγύλη, ἡ, Pica. Epist. Petri ad Mich. CP. in Cotel. Monum. Eccl. Gr. vol. 2, p. 149, C : Βιθυνοὶ γὰρ καὶ Θρᾷκες καὶ Λυδοὶ γαγύλας καὶ κολοιοὺς καὶ τρυγόνας... ἐσθίουσιν. Ducang. Γαγίλα Herodian. Epimer. p. 70.]

[Γαδάμαρτα, τὰ, Gadamarta, regio Mediæ. Polyæn. 4, 6, 11 : Ἐν Γαδαμάρτοις (vulgo Γαδαμαρτοῖς) τῆς Μηδίας. Apud Diodor. 19, 32, Γαμάργων (ubi cod. Flor. scriptura ad Γαδαμάργων ducit), et 37, Γαδαμάρλοις, ubi var. lect. ταμάρλαις, γαδάρλοις, γαδαμάλοις. G. D.]

[Γαδάμας, αντος, inter perittosyllaba tertiæ declinationis, ap. Chœrobosc. in Bekk. Anecd. p. 1186. Angl.] (B)

[Γάδαρα, τὰ, Gadara, commune aliquot urbibus nomen, de quibus Casaub. ad Strab. 16, p. 759. Stephanus Byz. : Γάδαρα· πόλις κοίλης Συρίας, ἥτις καὶ Ἀντιόχεια καὶ Σελεύκεια ἐκλήθη· τὸ ἐθνικὸν Γαδαρεὺς καὶ Γαδαρὶς καὶ ἡ γυνὴ καὶ ἡ χώρα. ... Ἔστι καὶ Γάδαρα κώμη Μακεδονίας. Et inferius, Γάδαρα· πόλις Παλαιστίνης. Πορφύριος τρίτῳ φιλοσόφου ἱστορίας. Τὸ ἐθνικὸν Γαδαρηνὸς, ὡς Βόστρα Βοστρηνὸς, καὶ Γάγγρα Γαγγρηνὸς, ubi ex codd. restituendum quod literarum ordo postulat, Γάδρα et Γαδρηνός. (Cod. Voss. Γάδδρα — Γαδδρηνός.) Gentile Γαδαρεὺς, ab urbe Syriæ ductum, ex numis, quibus Γαδαρέων inscriptum est, et aliunde novimus. Γαδαρὶς femininum est ap. Strabon. 16, p. 759, 764, et Joseph. vol. 2, p. 222, et Γαδαρῖτις ibid. p. 260, nisi Γαδαρίτιδος ex Γαδαρίδος corruptum. Γαδαρηνὸς gentile est in Vita Josephi vol. 2, p. 5 et in libris nonnullis Josephi vol. 1, p. 775 : sed Γαδαρεῖς vol. 1, p. 774; vol. 2, p. 199. In Evang. Marci 5, 1, et Lucæ 8, 26, Γαδαρηνῶν, ubi libri multi Γεργεσηνῶν, alii Γερασηνῶν. Γάδρα et Γαδρηνὸς exemplis (C) firmatum non vidi, quæ fortasse librariorum culpa est. De mensura vocabuli constat ex Meleagri v. in Anth. Pal. 7, 4, 7 : Πάτρα δέ με τεκνοῖ Ἀτθὶς ἐν Ἀσσυρίοις ναιομένα Γαδάροις. G. Dindorf.]

[Γαδάτας, α, ὁ, Gadatas, regulus sub ditione Assyrii, in locis plurimis Xenoph. Cyropædiæ. In casibus obliquis codd. variant inter Γαδάτα Γαδάτου Γαδάτα Γατάδη Γατάδαν Γατάδην. G. Dindorf.]

[Γάδδα, ἡ, et Γάδδα, τὰ, Gadda, locus Arabiæ. Gentile Γαδδηνός. Steph. Byz.]

Γαδεδᾷν, Hesychio χαίρειν, Gaudere, Lætari.

Γάδειρα, τὰ, teste Hesych., Phœnices vocant τὰ περιφράγματα, Septa. Alioqui Γάδειρα appellant insulam et urbem in Oceano ultra columnas Herculis, angustam admodum et veluti γᾶς δειρὰν, ut Steph. et Etym. [p. 219, 32] tradunt. [De declinatione et de derivatis Stephan. Byz. : Ἐρατοσθένης δὲ ἡ Γάδειρα (cod. Voss. γάδειρος : sed ἡ Γάδειρα etiam ab Eustath. memoratur ad Dionys. 64) φησὶ θηλυκῶς· ὁ πολίτης Γαδειρεύς· οὕτω γὰρ τὰ πέντε βιβλία (D) ἐπιγέγραπται τῶν Πυθαγορικῶν σχολῶν Μοδεράτου Γαδειρέως. Λέγεται καὶ Γαδειρίτης, ὡς Ἀλέξανδρος ὁ πολυΐστωρ. Λέγεται καὶ Γαδειραῖος, ὡς ἀπὸ τοῦ Γάδειρα θηλυκοῦ. Καὶ Γαδειρανοί. Καὶ κτητικὸν Γαδειρικός· Εὔπολις, Πότερ' ἦν τὸ τάριχος Φρύγιον ἢ Γαδειρικόν.] Unde Γαδειρεὺς, Γαδειρίτης, Γαδειραῖος, Γαδειρανὸς, dicitur Qui inde oriundus est, aut illic habitat. Inde et possess. forma Γαδειρικὸς, ή, ὸν, dicitur : ut [Γαδειρικὴ χώρα ap. Platon. Critia p. 114, B,] Γαδειρικὸν τάριχος apud Eupolidem, τὸ ἀπὸ Γαδείρων κομιζόμενον, teste Hesych. itemque Steph., qui et Γάδειραν fem. ab Eratosthene vocari ait. Lat. Gades dicunt, et Gaditani pro Γάδειρα et Γαδειρανοί. [Γαδειριτῶν, in libris vulgatis in Γαδειρητῶν corruptum, legitur ap. Strab. 3, p. 157. Eidem forma Latina Γαδειτανὸς illata est ibid. p. 169 : Βάλβος Γαδειτανὸς, ubi ex libris corrigendum Γαδειρανός. A Γαδειρεὺς femininum est Γαδειρίς. Strabo ibid. p. 170 : Στήλας, ἃς Πίνδαρος καλεῖ Γαδειρίδας. Quæ repetit p. 171, et ex eo Eustath. ad (A) Dionys. 64. G. Dindorf.] Γήδειρα Ion. pro Γάδειρα, Gades. Herodot. [4, 8] : Πρὸς Γηδείροισι. [Syllabam primam α longo efferri non solum Ionica Herodoti forma, sed etiam poetarum versus ostendunt. Theodorides ap. Athen. 7, p. 303, C : Θύννοι τε δὴ οἰστρήσοντι Γαδείρων δρόμον. Pindar. Nem. 4, 114 : Γαδείρων τὸ πρὸς ζόφον. Conf. Γαδείραθεν. Correpto tamen α utitur Dionys. Perieg. 11 : Λοξὸν ἐπὶ γραμμῇσι Γάδειρά τε .... 456 : Ἐφημίξαντο Γάδειρα, et poeta s. v. Γαδειρόθεν indicatus. G. Dindorf.]

[Γαδειρόθεν, E Gadibus. Problem. arithm. in Anth. Pal. 14, 121 : Ἑπτάλοφον ποτὶ ἄστυ Γαδειρόθεν. Alia forma, et producta syllaba prima Γαθείραθεν Archestrat. ap. Athen. 3, p. 116, C : Ἰόνιον δ' ἀνὰ κῦμα φυγὼν Γαδείραθεν ἄξει, nisi hic quoque Γαθειρόθεν scribendum. G. Dindorf.]

Γαδέω, Gratificor. Hesych. enim Γαδεῖν exp. χαρίσασθαι. [Hoc a verbo ἁνδάνειν est, quod cum digammo pronunciatum esse aliunde constat. Conf. Γανδάνω. G. D.] At Γαδεῶ [γαδεὸς Is. Voss.] Eidem est χαρὰ, (B) Gaudium, Lætitia.

Γαδὴ, ἡ, Cista; Arca. Hesychio κιβωτός. [Conf. Γάνδιον.]

[Γαδιλωνῖτις, ἡ, Gadilonitis. Strabo 12, p. 546 : Μετὰ δὲ τὴν ἐκβολὴν τοῦ Ἅλυος ἡ Γαδιλωνῖτίς ἐστι μέχρι τῆς Σαρακηνῆς, εὐδαίμων χώρα.]

Γάδιξ, Hesychio ὁμολογία. [Γάδιξις Salmasius collata alia glossa, Ἄδιξις· ὁμολογία παρὰ Ταραντίνοις.]

Γάδομαι, Gaudeo, Lætor : vel Gaudio et lætitia afficior, voluptate afficior, Delector. Hesych. enim Γάδεσθαι exp. ἥδεσθαι [et Γάδεται, ἥδεται], afferens et Γάδονται pro εὐφραίνονται.

[Γάδον, παρ' αὐτοῖς (Φοίνιξιν) τὸ ἐκ μικρῶν ᾠκοδομημένον, Etym. M. p. 219, 38.]

Γάδος, ὁ, Piscis, qui alio nomine ὄνος dicitur. Ita enim Dorio ap. Athen. 7, [p. 315, F] : Ὄνος, ὃν καλέουσί τινες γάδον. Vide et Γάνδος paulo infra.

[Γάδος s. Γᾶδος, τὸ, i. q. ἦδος. Hesychius, Γάδος, γάλοι (corr. γάλα ex Cyrillo), ἄλλοι ὄξος. Conf. Ἄδος. G. Dindorf.]

(C) [Γαδρώσιος. Γαδρωσός. Γαδρούσιος. V. Γεδρωσία.]

[Γάδουα, ἴδιον, Hesych. ubi Sopingius ἥδιον.]

[Γαδών, n. pr. cum Σαμψὼν et Ἀαρὼν componit Herodian. Epimer. p. 191, ubi Γεδεὼν corr. Boisson. G. Dindorf.]

[Γαεών. V. Γαιών.]

Γάζα, ἡ, [De prosodia v. Herodian. Περὶ μ. λ. p. 31, 28,] Persica vox est, teste Hesych., signif. ap. eos τὸ βασίλειον, s. τοὺς ἐκ τῶν πολλῶν φερομένους φόρους, aut τὰ τίμια, i. e. Regiam cum supellectile et instrumento suo, s. Tributa et reditus, aut Res pretiosas. Idem γάζαν exp. etiam πλοῦτον, Opes, Divitias : Suid. θησαυρὸν, Thesaurum, i. e. Supellectilem et opes pretiosiores, quas recondimus. Diod. S. : Πολλὴν δὲ εὗρεν ἀφθονίαν τροφῆς καὶ γάζαν βαρβαρικὴν, ἀργυρίου δὲ τάλαντα γ'. Et rursum : Ὁ δὲ Πτολεμαῖος βασίλεια περιάγων ἐπεδείκνυτο καὶ τὴν ἄλλην τὴν βασιλικὴν γάζαν. [Vid. de his locis Wesseling. ad 17, 35, ubi pro βασιλικῆς γάζης in aliis libris β. σκηνῆς legitur. Monum. Adulit. p. 81 ed. Chishull., μετὰ τῆς ἄλλης (D) γάζης, indicat Schæf.] Et Theophr. H. P. 8, 11 : Τὰ ἱμάτια καὶ τὴν ἄλλην γάζαν κόπτεσθαι. || Rursum Γάζα, Urbis Asiaticæ nomen est : cujus civis Γαζαῖος dicitur. [Eadem Ἄζα dicta : vid. Steph. Byz. qui de adjectivis a Γάζα derivatis ita præcipit : Ὁ πολίτης Γαζαῖος. Λέγονται καὶ Γαζηνοὶ παραλόγως, ὡς Παυσανίας. Λέγονται καὶ Γαζῖται παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις. Καὶ οἱ κέραμοι λέγονται Γαζῖται. Καὶ ἔστιν ὅμοιον τῷ Αἰγινῆται καὶ Αἰγιναῖοι κατὰ τὴν διαφορὰν, ἐναντιουμένων δὲ τῶν τύπων· οἱ μὲν γὰρ πολῖται Αἰγινῆται καὶ Γαζαῖοι, οἱ δὲ κέραμοι Γαζῖται καὶ Αἰγιναῖοι. Γαζίτης οἶνος ex Alexandro Trall. 12, p. 237 afferunt Angl. || Γάζα, τείχισμα Θρᾴκης, Steph. Byz.]

[Γαζαῖος. V. Γάζα.]

[Γάζακα (γαζακαὶ cod. Voss.), πόλις μεγίστη τῆς Μηδίας, ὡς Κουαδρᾶτος ἐν ὀγδόῳ Παρθικῶν· Ἀρριανὸς δὲ κώμην μεγάλην αὐτήν φησιν ἐν Παρθικῶν τετάρτῳ καὶ ἐνικῶς τῆς Γαζάκου λέγων. Τὸ ἐθνικὸν Γαζακηνὸς, ὡς τοῦ Μάζακα Μαζακηνὸς, Steph. Byz. Γαζακηνὴ ap. Strabon. 12, p. 553. G. Dindorf.]

[Γαζαρηνὸς, ὁ, Astrologus, Mathematicus. Daniel 2, 27; 5, 7 et 11. Epiphan. Panar. p. 1094, A : Βαϐυλωνίων δὲ οἵ τε καλούμενοι γαζαρηνοὶ, σοφοί τε καὶ ἐπαοιδοί. Est vox chald. גָּזְרִין. Hase.]

[Γάζαρα, τὰ, Gazara, urbs Palæstinæ. V. T.]

[Γάζας· ἰχθὺς ποιός. Γάζης, κεκορεσμένος, Hesych. Has glossas qui in unam contraxit Musurus ex duabus obscuris unam fecit absurdam. De altera valde probabilis Heringæ sententia est, qui Γάζης κεκορεσμένος, Satur divitiarum, conjungit et interpretationem grammatici excidisse statuit. G. Dindorf.]

[Γαζάτης. V. Γάζα.]

[Γαζέλιον, τὸ, nomen damæ græcobarbarum, Gall. *la gazelle*. Aetius Ms. ap. Ducang. : Δορκάδων τὰ κρέα τῶν καὶ γαζελίων λεγομένων.]

[Γαζηλωτὸς, ἡ, Gazelotus, nomen loci Pontici ap. Strabon. 12, p. 560, ubi alii libri Γαζιλωτὸς et Γαζηλῖτις, Coraes Γαδιλωνῖτις coll. p. 546. G. Dind.]

[Γαζηνός. V. Γάζα.]

[Γαζῆται. V. Γαιζῆται.]

[Γάζιος. V. Γάζος.]

[Γαζίουρα, τὰ, Gaziura, urbs Pontica. Strabo 12, p. 547 : Τὰ Γαζίουρα, παλαιὸν βασίλειον, νῦν δ' ἔρημον. Dio Cassius 35, 12, p. 84, 4 : Πρὸς Γαζιούροις. G. D.]

[Γαζίτης. V. Γάζα.]

[Γάζος, Gazus, urbs Indica. Ex Dionysi Bassaricis memorat Steph. Byz. legiturque etiam ap. Nonnum. Gentile Γάζιος. G. Dindorf.]

[Γαζοφυλάκειον. V. Γαζοφύλαξ.]

[Γαζοφυλακέω, Gazam, s. Thesaurum custodio. Diodor. Sic. 17, 74 : Παρὰ τῶν γαζοφυλακούντων παρέλαϐεν ὀκτακισχιλίων ταλάντων ἀριθμόν. Schneid.]

[Γαζοφυλάκιον. V. Γαζοφύλαξ.]

Γαζοφύλαξ, κος, ὁ, Custos gazæ s. thesauri. Nonnus dixit etiam χῶρος γαζοφύλαξ, pro Γαζοφυλάκιον, Locus, in quo custoditur gaza : ut sunt conclavia vel arcæ, in quibus pretiosius instrumentum et opes reconduntur asservanturque : quod θησαυροφυλάκιον quoque dicitur, teste Suida. Ita vocabatur etiam in templo Hierosolymitano Locus quidam, in quem conferebantur pecuniæ : quia erat templi veluti thesaurus et ærarium : ut cum alibi, tum Luc. 21, [1] : Βάλλοντας τὰ δῶρα αὐτῶν εἰς τὸ γαζοφυλάκιον. [Strabo 2, p. 319 : Χωρίον ἐρυμνὸν, ᾧ ποτε καὶ Λυσίμαχος ἐχρήσατο γαζοφυλακίῳ· 11, p. 529 : Ἀρταϐάσδου γαζοφυλάκιον. Hesychius : Γαζοφυλάκιον· θησαυροφυλάκιον, βαλάντιον, σκευοφυλάκιον. Diod. Exc. Vat. p. 19 : Τῶν ἐκ τοῦ γαζοφυλακείου χρημάτων. Γαζοφυλάκειον, θησαυροφυλάκειον scribitur ap. grammat. in Bachm. Anecd. vol. 1, p. 183, 9. G. D.] Nonn. [Io. p. 90, 21] hoc γαζοφύλακα χῶρον appellat, uti dixi, Γαζοφύλαξ, inquit, ὅθι χῶρος ἀκούεται, ὀππόθι πολλοὶ Ποικίλα δῶρα φέροντες ἐπεστείχοντο πολῖται. [Jos. Ant. Jud. 11, 1, 3 memorat Mithradatem γαζοφύλακα Cyri; cfr. ib. 4, 4. Id. ib. 11, 5, 1 : Ἔγραψα δὲ καὶ τοῖς γαζοφύλαξι τῆς Συρίας καὶ τῆς Φοινίκης. Quæstores ærarii sacri s. Thesaurenses templi Hieros. ib. 11, 5, 2; 15, 11, 4; 18, 4, 3; 20, 8, 11; Bell. Jud. 6, 8, 3. Γαζοφυλάκιον Christianis Arca deponendis eleemosynis destinata, Concil. t. 3, p. 884, E. Hase.]

[Γάζωρος, Gazorus, urbs Macedoniæ. Gentile Γαζώριος. Sic Ἄρτεμις Γαζωρία. Hæc Steph. Byz. Conf. Ἄζωρος. G. Dindorf.]

[Γαθέαι, αἱ, Gatheæ, urbs Arcadiæ, memorata a Pausan. 8, 34, 6, et Steph. Byz. : qui quod addit, ἧς οἱ πολῖται Γαθεάται, Παυσανίας ὀγδόῳ, Γαθεάται τῆς Κρωμίτιδος χώρας, minus accurate loquitur. Nam apud Pausaniam fluvii nomen est Γαθεάτας, legiturque Τῷ Γαθεάτα δὲ τῆς ... G. Dindorf.]

[Γᾶθεν. V. Γῆθεν.]

Γάθευδον, Hesychio ἐκ γῆς ῥέον. [Glossa vitii suspecta.]

Γαθέω, Dorice pro Γηθέω dicitur. Unde infin. γαθεῖν. [V. Γήθω.]

Γαθία, Hesychio ἀλλαντία. [Sono simile, sed significatione diversum est quod Is. Vossius comparat γήτιον s. γήτειον, γήθυον.]

[Γαθιάδας, ὁ, Gathiadas, ἥρωος ὄνομα, ὃς καὶ τοὺς καταφεύγοντας εἰς αὐτὸν ῥύεται ἐκ (codex καὶ) θανάτου, Hesych.]

[Γᾶθις. V. Γνῶθις.]

[Γαθόσυνος. V. Γηθόσυνος.]

[Γαθυλλίς. V. Γηθυλλίς.]

[Γαθυνία, ἡ, Gathynia, urbs Laconica, ab veteribus Γύθειον dicta. Georg. Cedr. vol. 1, p. 120, D : Ὁ Λάκων ... τριάκοντα τρεῖς χρόνους βασιλεύσας ἔκτισε πόλιν παράλιον τὴν Γαθυνίαν. In Γιθυλλίαν depravatum ap. Ioann. Malal. p. 82, 5. G. Dindorf.]

Γαῖα, ἡ, s. Γαίη, poet. utrumque, Terra, Tellus. [Γαίη, quod alienum est ab usu veterum, interdum dixerunt poetæ recentes, ut in Anth. Pal. Append. 153 : Παυλῖνον γαίη δέξατο νερτερίη· 172 : Γαίη πατρὶς, ᾗ παράκειμαι, et fortasse in Orac. Sibyll. 14, 280. In alio epigr. 6, 51 : Μῆτερ ἐμὴ, γαίη Φρυγίων, θρέπτειρα λεόντων, Herm. ad Orph. p. 766 corrigit, Ῥείη, Φρ. In versu corrupto Orph. Argon. 1287, γαίην eo magis suspectum quod ante consonantem literam legitur, ut in Orac. Sibyll. 12, 149. G. D.] Ut autem prius esse γαῖα quam αἶα existimem, cum et alioqui hoc αἶα e poet. licentia profectum esse, metri causa litera prima abscissa, credibile sit, faciunt cum aliæ synonymæ vv. literam γ itidem habentes, tum varia ex unaquaque earum comp., cum ex αἶα vix ullum me legere meminerim. At γαῖα, sicut et γαίη, prius esse quam γῆ, probare videtur, primum quidem frequentissimus illarum vv. ap. poet. usus, hujus contra rarissimus : deinde vero formatio hujus γῆ e γέα cum solo ε, quam affert Eust. [p. 1155, 15] Ceterum, quamvis Etym. hujus v. γῆ etymum afferat, e γῶ, Capio, i. e. Capax sum, ego tamen γῆ ex γέα, uti dixi, at γέα ex γαῖα formatum dico : γαῖα autem, si ullam aliam in tota Gr. lingua, primitivam esse vocem persuasum habeo : ideoque hic, sicut et aliis prope innumeris locis, ridiculum esse Etym. non dissimulo. Est autem vel in eo reprehendendus, quod non solum etym., sed etiam illud ipsum v., unde eam petere vult, fingat, ex χῶ sc. γῶ faciens. Ideoque in hujus Gramm. lectione, sicut et aliorum, plerisque in ll., magnam adhibendam esse cautionem moneo. Nihilo autem magis movere nos debet quod scribit Eust. ex suorum παλαιῶν sententia, e γῶ, τὸ χωρῶ et τίκτω, fieri γέα, unde sit γῆ per crasin : fieri item γαῖα, ut μαῖα a μῶ. [Ludicram etymologiam comminiscitur Plato in Cratylo p. 410, B : Γῆ δὲ μᾶλλον σημαίνει ὃ βούλεται, ἐάν τις γαῖαν ὀνομάσῃ· γαῖα γὰρ γεννήτειρα ἂν εἴη ὀρθῶς κεκλημένη, ὥς φησιν Ὅμηρος· τὸ γὰρ γεγάασι γεγεννῆσθαι λέγει. G. D.] || Γαῖα s. γαίη, sicut et γῆ, non solum Terram generali appellatione signif., ut Hesiod. Ἔ. [101] : Πλείη μὲν γὰρ γαῖα κακῶν, πλείη δὲ θάλασσα· et Od. E, [294], I, [69] : Γαῖαν ὁμοῦ καὶ πόντον, et rursum E, [47] : Ἠμὲν ἐφ' ὑγρὴν Ἠδ' ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν, itidemque γαῖαν ἀπειρεσίην, Il. Υ, [58], simili epith., sed et Regionem, χώραν : ut Od. Θ, [555] : Εἰπὲ δέ μοι γαῖάν τε τεὴν δῆμόν τε πόλιν τε. Sed et insula Creta ab Hom. γαῖα nominatur : sicut M, [404] : Οὐδέ τις ἄλλη Φαίνετο γαιάων, ἀλλ' οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα, quidam γαιάων exp. νήσων : observandus est autem plur.; quam exp. affert et Eust. : sed ego latius accipere malim. [Dionys. P. 882 : Γαιάων Ἀσίης, Regionum Asiæ.] Theocr. certe h. l. imitans, non γαίας, sed pro eo ἀκτὴν et ὄρος dixit, in Europa, Φαίνετο δ' οὔτ' ἀκτή τις ἁλίῤῥοος, οὔτ' ὄρος αἰπὺ, Ἀλλ' ἀὴρ μὲν ὕπερθεν, ἔνερθε δὲ πόντος ἀπείρων. Sed Virg. ad verbum γαίας interpr. Terras, Æn. 3, [192] : Postquam altum tenuere rates, nec jam amplius ullæ Apparent terræ : cœlum undique, et undique pontus. Ovid. autem dixit, Quocunque aspicio, nihil est nisi pontus et aer. Ceterum possumus fortasse in illo Hom. l. γαῖαν τεὴν exp. etiam Patriam tuam : quam signif. habet cum alibi, tum Od. I, 28 : Οὔτι ἔγωγε Ἧς γαίης δύναμαι γλυκερώτερον ἄλλο ἰδέσθαι. Sæpe vero et πατρίδα γαῖαν vel αἶαν pro eodem dicit, ut videbis in Πατρίς. [|| Γῆ angustiore etiam significatu interdum de unius urbis ambitu dicitur : de quo vid. Kuster. ad Aristoph. Thesm. 115, qui præter alia Euripidis versus attulit, Phœn. 1203 : Πύργων μὲν οὖν γῆς ἴσχομεν κατασκαφὰς, de urbe Thebarum; Troad. 868 : Γῆ (i. e. Troia) δορὶ πεσοῦσ' Ἑλληνικῷ. Conf. Valck. ad v. 931, p. 342, et Seidler. ad Eurip. Troad. 4 : Καὶ γῆν καὶ πόλιν. Æschyl. Eum. 993. G. D.

‖ Incolæ. Philostr. Heroic. p. 688 : Ὡπλισμένης γῆς ἄρχοντι, ubi Schol. ap. Boisson. p. 447 : Τουτέστιν, ἀνθρώπων ὡπλισμένων ὡς παρὰ τῷ Προφήτῃ « Πᾶσα ἡ γῆ προσκυνησάτωσάν σοι καὶ ψαλάτωσάν σοι. » Schæf.] ‖ Alio etiam modo signif. τοῦ γαῖα restringit Hom., et eo quidem ceteris etiam linguis usitatissimo, ut, cum In terram cadere dicimus, et Terræ procumbere, et Premere terram posito genu, quo sensu frequens est adv. Humi, ut Jacens humi, Fusus humi, Procumbit humi, Prosternit humi; quamvis enim qui in elemento degit, quod terra nominatur, in aliud quam in terram cadere non possit, etiam si in terram immediate non cadat, i. e. in aliquid terreum, sed in aliquid ligneum, lapideum, aut ferreum, aliusve materiæ, additur tamen In terram. Tum igitur ipsum terræ solum et illam quasi terræ superficiem, quæ a nobis calcatur, intelligimus, quacunque re sit strata. Talia sunt autem Il. Φ, [118] : Ὁ δ' ἄρα πρηνὴς ἐπὶ γαίῃ Κεῖτο ταθείς· Χ, [64] : Καὶ νήπια τέκνα Βαλλόμενα ποτὶ γαίῃ· Α, [245] : Ποτὶ δὲ σκῆπτρον βάλε γαίῃ. [Æsch. Pers. 588 : Ἐς γᾶν προπίτνοντες ἄρξονται· Agam. 1018 : B Τὸ δ' ἐπὶ γᾶν πεσὸν ἅπαξ ... αἷμα.] Huc pertinet et illud, Od. Ο, [31] : Πρὶν καί τινα γαῖα καθέξει· Il. Π, [629] : Πάρος τινὰ γαῖα καθέξει· quod dicitur de illis, qui in bello morientes procumbunt terræ. Iidem et γαῖαν ὀδὰξ λάζεσθαι non raro ab Hom. dicuntur, quem imitatus Virg. Æn. 11, [418] canit : Procumbit moriens, et humum semel ore momordit : item αἵματι γαῖαν ἐρεύθειν, necnon δεύειν : interdum vero et sub. αἵματι. [Eurip. Phœn. 679 : Αἵματος δ' ἔδευσε γαῖαν· 1159 : Ξηρὰν δ' ἔδευον γαῖαν αἵματος ῥοαῖς. Simonides apud Athen. 3, p. 125, D : Ζωὴ Πιερίην γῆν ἐπιεσσαμένη, ubi Casaub. : « Γῆν ἐπιέσσαθαι dicuntur mortui, quando sunt sepulti ac terra ceu veste amicti : id enim est ἐπιέσσασθαι. At h. l. festivissime dicitur de nive in terram defossa, ut viva servaretur nec periret. »] Consideratus porro hic τοῦ γαῖα usus mirum cuiquam videri non sinet, ut opinor, h. l. ejusd. poetæ, ubi γαῖαν a montibus distinguit, Il. Υ, [56] : Δεινὸν δ' ἐβρόντησε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε Ὑψόθεν, αὐτὰρ ἔνερθε Ποσειδάων ἐτίναξε Γαῖαν ἀπειρεσίην, ὀρέων τ' αἰπεινὰ κάρηνα. C Quid autem hic Virg.? ὀρέων αἰπεινὰ κάρηνα interpr., mihi certe interpr. videtur, Ardua terrarum; at γαῖα Campi : ita enim Æn. 5, [694], Tonitruque tremiscunt Ardua terrarum et campi. Puto autem et alibi ap. Virg. aliquid huc pertinens legi, sed id mihi in præsentia memoria non suggerit. ‖ At de γαῖα χυτὴ dicendum erit in Χυτὸς post Χίω : itidem de γαῖα κωφή, in Κωφός. ‖ Γᾶ Dorice pro γῆ, Terra; itidemque γᾶν pro γῆν.

[Γαῖα et αἶα usitatæ epicis formæ sunt, qui raro γῆ dixerunt, ut Hom. Od. Ν, 233 : Τίς γῆ, τίς δῆμος ...; Ψ, 233 : Ὡς δ' ὅτ' ἂν ἀσπάσιος γῆ νηχομένοισι φανήῃ. Hesiod. Theog. 679 : Γῆ δὲ μέγ' ἐσμαράγησεν. Lyricis et tragicis poetis utraque pariter frequentata forma est, Γαῖα et Γῆ. Doricum tamen Γᾶ alienum ab diverbiis tragicorum. Comici vulgarem sequentes sermonem forma Γῆ utuntur, Γαῖα et Γᾶ nonnisi in melicis fabularum partibus versibusve dactylicis, vel ubi tragicam dictionem imitantur, admittentes. Aristoph. Nub. 290 : Ἐπιδώμεθα τηλεσκόπῳ ὄμματι γαῖαν· D Ran. 1529 : Δαίμονες οἱ κατὰ γαίας· Av. 1061 : Πᾶσαν μὲν γὰρ γᾶν ὀπτεύω ... γένναν θηρῶν, ἃ πάντ' ἐν γαίᾳ .... Antiphanes ap. Athen. 10, p. 449, B : Πλαστὸν ἐκ γαίης ἐν ἄλλῃ μητρὸς ὀπτηθὲν στέγῃ. Araros vel Eubulus ibid. 11, p. 471, E : Ὦ γαῖα κεραμί, τίς σε Θηρικλῆς ποτε ἔτευξε κοίλης λαγόνος εὐρύνας βάθος· Sannyrio ap. Polluc. 10, 185 : Κεραμικὴν γαῖαν στρέφων. Theopomp. in Bekk. Anecd. p. 323 : Ἵξει δὲ Μήδων γαῖαν. Apud Polyb. 4, 74, 1 codex Vat. aliique Πισάτιδος γαίης pro γῆς, errore librarii. Genitivus γαιῶν ex LXX infra afferetur. ‖ Γέα extra composita non esse usitatum affirmat Stephanus infra s. v. Γεωγράφος, neque Eustath. p. 188, 30 et 1155, 15 aliunde quam ex compositis cognitum habuit, ut videtur. Sed Herodianus περὶ μον. λέξ. p. 7, 14 ita loquitur ut et hanc et aliam formam γᾶς non videatur dicere plane inusitatam fuisse : Ἔτρεψάν τε τὸ η (in v. γῆ) εἰς α Δωριεῖς καὶ Αἰολεῖς καὶ Βοιωτοὶ γᾶ λέγοντες, ὡς ἀσυναλείπτου αὐτοῦ ὑπάρχοντος· οὐκ ἀγνοῶ δὲ ὅτι καὶ ἡ γᾶς A εἴρηται καὶ γέα καὶ γαῖα καὶ αἶα. Steph. Byz. : Γῆ, ἀπὸ τοῦ γέα κραθέν· ἀφ' οὗ τὸ γέγειος κτητικὸν πλεονασμῷ τοῦ γ. Γέαι ex Crinagora in Anth. Pal. 9, 430 indicat Wakef. : Ἄλλα γὰρ ἀλλοῖαι πάντα φέρουσι γέαι. Γεῶν pro vulgato γαιῶν ex libris melioribus restitutum est Herodoto 4, 198, ubi Valcken. de usu pluralis hæc attulit : « Ἀρίστη γαιῶν) Multum me judice præstat γεῶν, munitum auctoritate Democriti in Dissert. Herod. p. 183. Plurativum γᾶς vel γαίας qui adhibuerit veterum novi neminem, qui quidem scripserint accuratius; restituendum forsan Aristoteli ap. Demetrium Π. ἑρμην. § 237 : Εἰ δὲ πρὸς ἁπάσας οἴχεται γᾶς φυγὰς οὗτος, ubi vulgatur τὰς φυγάς. Τὰς ἀρίστας τῶν γαιῶν, Schol. Thucyd. 1, 2, similesque dixere. Γαιῶν habet aliquoties interpres Græcus semibarbarus libri Esdræ : superest ejusdem libri Græca multo elegantior interpretatio, quam Hellenistæ Judæi cujusdam additamentis auctam inter libros perperam retulerunt, quos vocant Apocryphos : ubi γαιῶν dederat alter ille, hic formam semper adhibuit usitatam γῆς : quod B ille ἐπιγαμβρεῦσαι τοῖς λαοῖς τῶν γαιῶν, 9, 14, id hic dixit 8, 84 : Ἐπιμιγῆναι τῇ ἀκαθαρσίᾳ τῶν ἐθνῶν τῆς γῆς. » Γαιῶν legitur etiam alibi apud interpretes V. T., ut Psalm. 48, 1 : Ἐπὶ τῶν γαιῶν αὐτῶν. Reg. 2, 18, 35 : Ἐν πᾶσι τοῖς θεοῖς τῶν γαιῶν. Cyrilli Gloss. : Γαιῶν· χωρῶν. Eranius Philo p. 169 : Ἡ μέσον δύο γαιῶν θάλασσα. Genitivum Γῶν in Hesychii glossa Γωνορίσματα (γῶν ὁρίσματα) latere suspicabatur Schæfer. Melet. p. 15. Idem Γαῖς memorat ex Schol. Eurip. Phœn. 646 (643 Matth.). Adde Γᾶς ex Strabone 2, p. 126 : Τὰς περιεχούσας αὐτὴν γᾶς. De Homerico Γαιάων supra dictum ab Stephano. ‖ Formæ Doricæ Δᾶ, abs qua grammatici δάπεδον derivant, pauca tantum exempla supersunt. Eurip. Phœn. 1304 : Φεῦ δᾶ φεῦ δᾶ, et simplex φεῦ δᾶ ap. Aristoph. Lys. 198 in ore Lacænæ. Schol. Eurip. : Οἱ μὲν ἓν μέρος λόγου ἀνέγνωσαν τὸ φεῦ δᾶ (ergo φεύδα, ut in Etym. M. scriptum p. 60, 10), ὡς ἐν παρολκῇ τοῦ δᾶ· ἔνιοι δὲ ἀντὶ φεῦ δὴ (unde libri nonnulli φεῦ δὰ), τινὲς δὲ ἀντὶ τοῦ φεῦ γῆ. Æschyl. Eum. 841, 874 : Οἰοῖ δᾶ, φεῦ. Idem Prometh. 568 : C Ἄλευ δᾶ· nam sic corrigenda librorum scriptura ἄλευ' ὦ δᾶ vel ἀλευάδα : quanquam ἀλευάδα etiam ap. Etym. M. scriptum, qui φεύδα comparat. Οὐ δᾶν, Non per terram, ap. Theocrit. 4, 17. G. Dind.]

[Γῆν, Terram, quo sensu physici et philosophi dicant copiose exponit Galenus vol. 13, p. 245 et sqq. Qui postquam γῆν quotidiano Græcorum omnium usu Massam dici ostendit quæ in aquam injecta dissolvitur et lutum fit, ita pergit p. 246 : Ἓν μὲν δὴ τοῦτο σημαινόμενόν ἐστι τοῦ τῆς γῆς ὀνόματος ἅπασι σύνηθες· ἕτερον δὲ μόνον τοῖς φιλοσόφοις, ἐπειδὴ λέγουσι τῶν σωμάτων στοιχεῖα γῆν καὶ ὕδωρ καὶ ἀέρα καὶ πῦρ. Κατὰ τούτους οὖν οὐδὲν μὲν τῶν συνθέτων τούτων σωμάτων ἐστὶν ἡ στοιχειώδης γῆ, πλεῖστον μέντοι τῆς γῆς ἔχειν αὐτά φασι, οἷον τόν τε ἀδάμαντα καὶ τὰς πέτρας, καὶ ὅσῳ γ' ἂν ᾖ σκληρότερα τὸ σῶμα, τοσούτῳ μᾶλλον αὐτὰ εἶναί φασι γεωδέστερα, ἔμπαλιν τοῖς γεωργοῖς· οὐ γὰρ τὴν σκληροτέραν σύστασιν τῶν σωμάτων ὀνομάζουσιν οὗτοι γεωδεστέραν, ἀλλὰ λίθους μὲν καὶ πέτρας τὰ τοιαῦτα καλοῦσιν ἀνεπιτηδειότατα πρὸς γεωργίαν, ἀκριβεστάτην δὲ γῆν εἶναί D φασι τὴν πορρωτάτην τῇ συστάσει τῆς πέτρας, ὅπου γε καὶ τὴν ἀργιλώδη τε καὶ τὴν ψαμμώδη μέμφονται πρὸς τὰ πλεῖστα. Κατὰ μὲν οὖν τὸ παρὰ τοῖς φιλοσόφοις σημαινόμενον αἱ τῆς γῆς διαφοραὶ τρισὶν ὁρισθήσονται γένεσιν· ἔστι γὰρ τὸ μέν τι λίθος αὐτῆς, τὸ δὲ μεταλλευτόν τι σῶμα, τὸ δὲ τρίτον γεωργουμένη γῆ· ... οἵ γε μὴν ἄλλοι πάντες ἄνθρωποι γῆν ὀνομάζουσιν ἐκείνην μόνην τὴν οὐσίαν, ἥτις ὑγρῷ φυραθεῖσα πηλὸς γίνεται, περὶ ἧς κἀγὼ νῦν ἔγνωκα τὰς διαφορὰς εἰπεῖν. Has differentias sequentibus capitibus ita persequitur, ut varia terrarum genera, γῆν Λημνίαν, Αἰγυπτίαν, Σαμίαν, Κιμωλίαν et alias plurimas, viresque earum medicas accurate describat : quarum etiam in aliorum medicorum scriptis sæpissime mentionem fieri videmus. Γῆ κεραμική, σμηκτίς, Χαλκῖτις, Ἐρετριὰς ex Hippocr. vid. ap. Foesium. G. Dindorf.]

[Annotari hic debuit formula γῆν καὶ ὕδωρ αἰτεῖν, Herodot. 5, 17, 18, et alibi sæpius. Schweigh.]

Γῆς ἔντερα, Terræ intestina. Ita medici in primis Græci vocant quos Plinius Vermes terrenos appellat,

alii Lumbricos. Apud Athen. 7, [p. 305, A, in versu Numenii] οἱ ἴουλοι etiam dicuntur γαιηφάγοι, ἔντερα γαίης. [Γῆς ὀμφαλὸς, Umbilicus Veneris, Diosc. Notha 4, 92. Γῆς στέφανος, Chamæcissus, ibid. 4, 126. Boisson.]

[Γῆ λέγειν. Eurip. Med. 57 : Ὥσθ' ἵμερός μ' ὑπῆλθε γῇ τε κοὐρανῷ λέξαι ... Μηδείας τύχας, quod in ridiculum detorsit Philemo ap. Athen. 7, p. 288, D. Theognetus apud eund. 15, p. 671 : Πεφιλοσόφηκας γῇ τε κοὐρανῷ λαλῶν. Ὦ γᾶ, interjectio tragica. Eurip. Hipp. 672 : Ἐτύχομεν τύχας, ἰὼ γᾶ καὶ φῶς· Orest. 1519 : Ὦ Ζεῦ καὶ γᾶ καὶ φῶς καὶ νύξ. || Τὰ ἐκ τῆς γῆς, Quæ e terra nascuntur, Fruges. Philostr. Heroic. p. 661 : Πωλοῖτο δ' ἂν οὐδὲν ἐκ τῆς γῆς, ubi Boisson. p. 291 : « Subauditur φυόμενον, quod expressit Scholiastes, habetque Xenophon locis similibus, Memor. 4, 3, 10 : Τοῖς μὲν ἐκ τῆς γῆς φυομένοις, et 7, 7; Plutarch. Moral. p. 528, C; Antonin. Liber. c. 5. Sed omisso verbo Philostratus rursus p. 174, 835, 693. » Γῆς ἐκπεφυκέναι dicuntur homines nullius generis. Eurip. Ion. 542 : Γῆς ἄρ' ἐκπέφυκα μητρός. Alia exempla attulit Jacobs. ad Anthol. vol. 8, p. 415. Quibuscum conferenda quæ s. v. Γηγενὴς dicentur. || Γῆν πρὸ γῆς, De terra in terram, E loco in locum. Æschyl. Prom. 703 : Μάστιγι θείᾳ γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνομαι. Aristoph. Ach. 235 : Καὶ διώκειν γῆν πρὸ γῆς. Lucian. Alex. 46 : Ἔδει γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνεσθαι ὡς ἀσεβῆ. Cicero ad Attic. 14, 10 : *Itaque* γῆν πρὸ γῆς *cogito*. Scriptor ap. Suid. s. v. Διαξαίνειν, Ἀλλ' εἴασεν αὐτὸν γῆν πρὸ γῆς ἀπιέναι, et s. v. Ἴτω, Ἀλλ' ἴτω, χαιρέτω, γῆν πρὸ γῆς ὅποι βούλοιτο. Abreschius Aristid. vol. 2, p. 320 et Alciphr. 2, 2, affert. || Γῆς cum adverbiis, ut ποῦ γῆς, ποῖ γῆς, ἵνα γῆς. Eurip. Andr. 168 : Γνῶναί θ' ἵν' εἶ γῆς. Aristoph. Av. 9 : Ἀλλ' οὐδ' ὅπου γῆς ἐσμὲν οἶδ' ἔγωγ' ἔτι. Soph. El. 922 : Οὐκ οἶσθ' ὅποι γῆς οὐδ' ὅποι γνώμης φέρει. || Γῆ sine articulo frequentissimum est cum præpositionibus conjunctum ut ἐπὶ γῆς, περὶ γῆς, ὑπὸ γῆς, ἀπὸ γῆς, et quæ sunt reliqua : vid. Heindorf. ad Platon. Gorg. p. 265. Apud Philostr. Heroic. p. 676 : Πεσόντα ἐν γῇ, codex ap. Boiss. p. 393, ἐν τῇ γῇ. Thucyd. 2, 20 : Ἀλλ' αὐτοῖς, ὡς εἰκὸς, γῆς τεμνομένης ἐν τῷ ἐμφανεῖ. Sic libri optimi : deteriores τῆς γῆς, qui rursus articulum inferunt 2, 81 : Κατά τε γῆν ... ἔκ τε θαλάσσης, ubi Gottleb. : « Articulus in hac oppositione omittitur, v. c. 1, 18 : Οἱ μὲν κατὰ γῆν, οἱ δὲ ναυσί· 8, 40 : Ἔκ τε θαλάσσης ... καὶ κατὰ γῆν. » Ibid. 2, 34 : Κρύψωσι γῇ, nonnulli τῇ γῇ. Apud Dionys. Hal. Ant. Rom. 5, 3, p. 1042, 2 : Οἰκίας τ' αὐτῶν ἐνεπίμπρασαν ... καὶ γῆν ἐδῄουν, frustra Reisk. τὴν γῆν. || De ellipsi v. γῆ vid. quæ ad Lamb. Bos. congesta sunt p. 78 seqq. In codd. γῆς et reliqui casus sæpissime cum τῆς τῇ τὴν permutantur. Hæc maximam partem ex schedis Schæf. Γεωργὸς γῆς et Πέδον γῆς v. s. v. Γεωργὸς et Πέδον.]

[Γαῖα, s. Γῆ, Gæa, Tellus, Cœli uxor. Hesiod. Theog. 45 : Θεῶν γένος ... οὓς Γαῖα καὶ Οὐρανὸς εὐρὺς ἔτικτον, aliisque locis plurimis tum hujus tum aliorum poetarum. Hom. Il. Γ, 259 : Γῆ τε καὶ Ἠέλιος καὶ Ἐρινύες. Γῆ παμμήτωρ, Æschyl. Prom. 90, ubi vid. Blomfield.]

[Γαιάδας, ὁ δῆμος, ὑπὸ Λακώνων, Hesych.; ὁ δήμιος Scaliger. Καιάδας, τὸ δεσμωτήριον, Ruhnkenius, de quo vide s. v. Καιάδας.]

Γαιάλοχος, ὁ, ἡ, In terra habens sua cubilia, Hesychio ἠπειρώτης, In terra s. continente degens, Terrestris. [Xenoph. H. Gr. 6, 5, 30 : Εἰς γαιαλόχου (liber unus γεολόχου), ubi Leunclav. γαιαόχου (Neptuni) nomen restituit. G. Dindorf.]

[Γαΐανός. Γαιανός. V. Γάϊος.]

[Γαιάοχος. Γαιαοῦχος. V. Γαιήοχος.]

[Γαιάτης, ὁ, Terræ incola. Steph. Byz. s. v. Γῆ, Ἀπὸ τοῦ γῆ γαῖα ὁ οἰκήτωρ γαιάτης, ubi codex Vratisl. γεάτης. G. Dindorf.]

[Γαιάω. V. Γαίω.]

[Γαίειος. V. Γαιήιος.]

[Γαιζῆται, οἱ, Gæzetæ. Etym. M. p. 223, 16 : Γαιζῆται, οἱ Γαλάται, παρὰ τὸ τὴν γῆν ζητεῖν. ... Εὐφορίων ἐν Πολυχάρει· Γαιζῆται περὶ δείρεα χρυσοφοροῦντες. Γαζῆται ap. Steph. Byz. s. Γάζα : ... εἰσὶ καὶ διὰ τοῦ η (Γαζῆται) ἔθνος Γαλατῶν χρυσοφορούν, ὡς Εὐφορίων. Al-

A teram scripturam etiam Suidæ glossa confirmat Γεζίτης, τοπικὸν, qua ed. Mediol. caret. G. Dind.]

[Γαίη. V. Γαῖα.]

[Γαιηγενὴς, ὁ, ἡ, i. q. Γηγενής. Apoll. Rh. 3, 1186 : Κάδμος Ἀγηνορίδης γαιηγενῆ εἴσατο λαὸν, ubi librarii ad γεηγενῆ et γενεηγενῆ aberrarunt. Indicavit Scott.]

[Γαιηγράφος. V. Γαιογράφος.]

Γαίηθεν, E terra. [Oppian. Hal. 1, 39 : Ὕδατι ... ὃ καὶ γαίηθεν ἰδέσθαι δεῖμα φέρει. Angl. Orac. ap. Euseb. Pr. ev. 6, 237, A : Ἐκφύεται γαίηθεν.]

[Γαιηιάς. V. Γαιήιος.]

Γαιήϊος, ὁ, ἡ, Terrestris, Terrenus : γαιήϊος ἀνὴρ, Nonnus [Ioann. 3, 154. Epigr. Anth. Pal. 14, 23 : Νηρέος ὄντα με παῖδα φέρει γαιήιος υἱός. Schæf. Steph. Byz. s. v. Γῆ, Γαιήιος κτητικὸν, καὶ θηλυκὸν γαιηιάς. || Γαιήιος, Terra natus, Terræ filius. Hesychius, Γαιήιον· τὸν γῆς υἱὸν, Τιτυὸν, ex Hom. Od. H, 324. Γαίειος ap. Suidam. G. Dindorf.]

Γαιηΐς, ίδος, ἡ, Terrestris. Γαιηΐδα Antimachus vocat τὴν φοίβην, Hesych. [Per Φοίβην intelligenda

B est Phœbe, Cœi qui Latonam genuit soror, Cœli Terræque filia : ideo Γαιηΐδα dixit Antimachus, poeta ut obscurus, sic eruditus, quemadmodum Homero Γαιήϊος υἱὸς Tityus. Alberti.]

[Γαιηοῦχος. V. Γαιήοχος.]

Γαιήοχος, ὁ, ἡ, Terram continens, ὁ συνεκτικὸς τῆς γῆς. Od. A, [68] : Ποσειδάων γαιήοχος, Qui terram suo ambitu complectitur. Ubi tamen Eust. alias quoque etymm. addit, sc. ὁ ἐπὶ γαίης ὀχούμενος, Qui super terram vehiculo invehitur. [Lex. Rhet. p. 229, 8 : Γαιήοχος ἵππος, ἀπὸ τοῦ τοῖς ὀχήμασι χαίρειν. Γαιήοχος, ὁ τὴν γῆν συνέχων ἢ ἐπ' αὐτὴν ὀχούμενος.] Tertia vero etym. h. v., quam ibid. adducit, παρὰ τὸ γαίειν ὄχοις, locum hic non habet. [De hoc epitheto Neptuni v. quæ s. v. Ἀσφάλιος ab Stephano afferuntur.] Nonn. γαιήοχος αἴγλη : Dor. pro eod. Pind. Ol. 1, [39], dixit γαιάοχος Ποσειδῶν. Sic Soph. [OEd. T. 166] : Γαιάοχος Ἄρτεμις. [Conf. s. v. Γαιάλοχος. Et Γεάοχος Pindar. Ol. 13, 114, ubi libri plures γαιαόχῳ, ut ap. Hesiod. Theog. 15 : Ποσειδάωνα γαιήοχον pro γεήο-

C χον. Monuit Bœckh.] Pro eod. contr. Γαιοῦχος, seu, ut Suid. exp., ὁ τὴν γῆν ὀχῶν. Dicitur et Γαιηοῦχος : affert enim Hesych. γαιηούχῳ pro τῷ τὴν γῆν ὀχοῦντι καὶ συνέχοντι. || Γεοῦχος Hesychio ὁ τὴν γῆν ἔχων : itidemque Suidæ, qui Neptuni epitheton esse ait. Supra Γαιοῦχος. [De utraque forma Eustath. p. 1392, 23 : Σημείωσαι δὲ ὡς γαιήοχος μὲν μοναχῶς διὰ διφθόγγου, γεοῦχος δὲ καὶ γηοῦχος καθ' Ἡρωδιανὸν μὲν καὶ Δίδυμον διὰ ε ψιλοῦ παρὰ τὴν ψιλογραφουμένην γέαν· ... ἄλλοι δὲ διὰ τῆς αι διφθόγγου παρὰ τὴν λοιπὴν γαῖαν, ἐξ ἧς καὶ ὁ γαιήοχος. Ποσειδῶνος γαιαούχου Pausan. 3, 20, 2; 21, 7, quo altero in loco cod. Vindob. γαιαόχου, quod etiam priori restituendum est. G. D. || Constanter habitans. Agatharch. ap. Phot. Bibl. p. 1370. (457, 35 Bekk.) : Οἱ μὲν νομάδες, οἱ δὲ γεοῦχοι (Cod. Venet. γαιοῦχοι), quod Agricola explicuit Wakef. || Terræ dominus s. possessor. Apophth. Patr. in Cotel. Monum. E. Gr. vol. 1, p. 445, C : Ἀπῆλθεν εἰς τὴν ἅλωνα καὶ λέγει τῷ γεούχῳ. Et sic p. 446, A. Cf. Γηοχέω. G. D.] || Γηοῦχος, ὁ, ἡ, Qui terram continet, i. q. γαιήοχος.

D [Ex Hesych.]

[Γαιηπόνος, ὁ, Agricola. Schol. Nicand. Ther. 5 : Βουκαῖος ... ὁ ζεύγεσι βοῶν ἑπόμενος, ἢ γαιηπόνος ἁπλῶς. Wakef. Ubi leg. videtur Γεηπόνος, q. v.]

Γαιηφάγος, ὁ, ἡ, Terrivorus, Qui terra vescitur. Poeta quidam [Numenius] ap. Athen. [7, p. 305, A] : Ἴουλοι Κέκληνται μέλανες γαιηφάγοι, ἔντερα γαίης. [Conf. Γαιοφάγος.]

Γαιθυλάδη, Hesychio ἀμπελόπρασα. [Codex γαιθυδλα. Is. Vossius, suadente literarum ordine, γαιουλάδες.]

Γαίνομαι, i. q. ἀνύω. Hesych. enim Γαίνεται, ἀνύει.

Γαῖντα, Hesychio σπλάγχνα, Viscera : pro quo infra Γέντα. [Quæ vera scriptura est. V. Γέντον.]

Γαιογράφος, ὁ, Qui terrestria s. terræ situm describit, τὰ ἐν γῇ γράφων, Hesych. [Marcian. Heracl. p. 1 : Ἀρτεμίδωρος ὁ Ἐφέσιος γαιηγράφος, ubi var. lect. γαιογράφος. Scrib. γεωγράφος. G. Dindorf.]

[Γαιοδαισία. V. Γεωδαισία.]

Γαιοδότης, ὁ, Terræ dator, ὁ ἀπεμπολῶν γῆν· Suidas.

[Aliter exponit Etym. M. p. 223, 17 : Γαιοδόται, οἱ ἀρχιτέκτονες, ἢ οἰκονόμοι, παρὰ τὸ δεῖν, ὃ σημαίνει τὸ μερίζειν, οἱ τὴν γῆν διαμερίζοντες, ὅ ἐστι διαγράφοντες εἰς οἰκήματα. Καλλίμαχος (fr. 158), Γαιοδόται καὶ σπάρτα διηνεκὲς εὖτε βάλωνται. Hemst. Γαιοδάται Schneid. Γαιοδόται etiam ap. Zonar. p. 417, et gramm. Coislin. p. 232. Γαιοδότης ap. Herodian. Epimer. p. 209. Et recte hoc habet, modo ab δίδωμι derivetur. G. D.]

[Γαιοδρόμος, David. in Baudini Anecd. v. 156. Boisson.]

[Γαιοειδής. V. Γεοειδής.]

[Γαιομαχέω, De terra pugno. Constant. Manass. Chron. p. 131, C. Et γαιομάχους, ibid. p. 136, B. Boisson.]

[Γαιομάχος. V. Γαιομαχέω.]

[Γαιομέτρης, i. q. γεωμέτρης. Manetho 4, 210.]

Γαῖος, ὁ ἀπόγειος ἄνεμος, et γαῖος βοῦς, ὁ ἐργατικὸς, Eustath. [p. 188, 28]. Hesych. et Etymologo γαιὸς, ὁ ἐργάτης βοῦς καὶ ὁ ἀπόγειος ἄνεμος. [In Lex. Rhet. p. 229, 15, 16, utroque significatu oxytonum est Γαιός.] Γαιῶν, Suidæ γαιίνων [γηίνων] πραγμάτων. At Γάϊος, Eustath. Tarentinis [ap. Eustath. Ἰταλιώταις καὶ Ταραντίνοις] scribit signif. μίσθιος : nonnunquam esse et παχὺς καὶ ἀναίσθητος. Et sic Βουγάϊος quoque exp. posse Il. N, [824] : Αἶαν ἁμαρτοεπὲς, βουγάϊε, particula βου signif. intendente et augente. Γαῖον Italos [immo Italiotas] et Tarentinos dicere τὸν μισθὸν scribit Etym. [Sic et grammat. in Bekkeri Anecd. vol. 1, p. 229, 19. Angl. Apud Æschyl. Suppl. 826 : Ὅδε μάρπτις νάϊος γάϊος est ὁ ἐπὶ γῆς γεγονὼς, ut Schol. interpretatur, Qui in terra versatur. Imprudenter τὸν γάϊον illatum ibid. 156 pro τόνταιον, cujus certa emendatio aliunde peti poterat. G. Dindorf.]

[Γαῖος, ὁ, Telluris fanum. Pausan. in descriptione Olympiæ 5, 14, 10, et Buræ Achaicæ 7, 25, 13. G. Dindorf.]

* [Γάϊος, ὁ, Caius. Nomen Latinum : unde adject. Γαϊανὸς, ἡ, ὸν, Caianus, ut Γαϊανὸν χωρίον ap. Dion. Cass. 59, 14. Γαιανὸς, n. pr. in inscr. ap. Burckh. Itiner. vol. 1, p. 133 ed. Ges. : Μάξιμος εὐδαίμων καὶ Γαιανὸς δύο παῖδε. T. Φλ. Γαιανὸς, eques Romanus, in inscr. ap. Montef. Pal. Gr. p. 161, et alii alibi. G. D.]

[Γαιοτρεφὴς, ὁ, ἡ, Terra altus. Synesius p. 182 et vitiose γαιωτρεφὴς p. 340. Indicatum in Obs. Misc. vol. 6, 1, p. 183. Conf. Bast. ad Greg. Cor. p. 591.]

[Γαιοῦχος. V. Γαιήοχος.]

[Γαιοφάγος, ὁ, ἡ, Terrivorus. Nicand. Ther. 784. Const. Man. Chron. p. 132 indicat Boisson. Conf. Γαιηφάγος.]

[Γαιοφανὴς, ὁ, ἡ, Terræ formam habens. Stobæus Ecl. phys. vol. 1, 2, p. 562 : Τὸ γαιοφανὲς τῆς σελήνης. Schneid. || Colore terreo. Archigenes in Math. Med. p. 158 : Ὁ δὲ Οἰταῖος (ἐλλέβορος) χρώματι μὲν ἧττον λευκὸς τοῦ Γαλατικοῦ, ἐπὶ τὸ μελάντερον μᾶλλον ἀποκλίνων ἤπερ ἐπὶ τὸ γαιοφανέστερον. G. Dindorf.]

[Γαιόω. Synes. De insomn. p. 139 : Παχύνεται καὶ γαιοῦται, Terra fit. Schneid. Lycophr. 169, ἠλοκισμένην, ubi Tzetza, Οἱ μὲν λοιποὶ ἀρδευομένην εἶπον, ἐγὼ δὲ γαιουμένην καὶ χερσουμένην. Schæf. Tzetz. Chil. 9, 808 : Ἑλλήσποντον γαιώσας δὲ διπλῆ γεφυρουργίᾳ. Nisi locis his omnibus scribendum γεόω, quod v. G. D.]

Γαῖσα et Γαισὸς, Suidæ est κοντὸς, Contus, εἶδος ἀμυντηρίου οἷον δόρατος. Hesychio quoque γαισὸς est ὅπλον ἀμυντήριον, vel ἐμβόλιον ὁλοσίδηρον. J. Poll. [7, 156] itidem δορὺ ὁλοσίδηρον, qui Libycum esse ait. [Pœnis tribuitur apud Diodor. Sic. 13, 57, ubi vid. Wessel.] Legitur in libro Judith 9, [7] : Ἤλπισαν ἐν ἀσπίδι καὶ [ἐν] γαισῷ καὶ τόξῳ καὶ σφενδόνῃ. Reperitur vero et paroxytonως scriptum, ut Josuæ 8, [18] : Ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου ἐν τῷ γαίσῳ τῷ ἐν τῇ χειρί σου ἐπὶ τὴν πόλιν. [Ubi schol. a Montef. editus, Ὁ λεξογράφος Διογενιανὸς ἐμβόλιον εἶναι ὁλοσίδηρον, ἄλλοι δὲ ἀκόντιον, οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ὑσσόν.] Et Athen. 6, [p. 273] : de Romanis, Καὶ παρὰ Σαυνιτῶν δὲ ἔμαθον θυρεοῦ χρῆσιν, παρὰ δὲ Ἰβήρων, γαίσων. Latini neutr. Gæsum s. Gesum dicunt. Liv. [8, 8] : Leves autem, qui hastam tantum gæsaque gererent, vocabantur. [Zonaras : Γαισός· τὸ κοντάριον. Antiatticista in Bekkeri Anecd. 1, p. 88 : Γαῖσον· τὸ ὅπλον, δοκοῦν εἶναι Ἰταλικόν. Arcad. p. 75, 18 : Τὸ μέντοι γαῖσος βαρύνεται, καὶ τὸ

A Βλαῖσος κύριον, καὶ τὸ γαῖσος προσηγορικὸν, εἶδος δόρατος ὄν. Angl. Eustath. p. 344, 12 : Γαῖος ἢ γαῖον δόρυ ὁλοσίδηρον παρὰ Παυσανίᾳ ἢ ἐμβόλειον (ἐμβόλιον) ὁλοσίδηρον· a quo nonnisi accentu differt Hesychii glossa, Γαιὸς (γαιῶς codex), μακροκέντης (μακρόκοντος Alberti), ἢ κοντοὺς (κόντος codex) λαμβάνων. Γαισσὸς scriptum in Glossis Mss. (Moschop. περὶ σχεδῶν p. 67) ap. Ducang. s. v. Κοντάριον. Γησσὸς, ὄργανον πολεμικὸν, ex Lexico Origen. p. 199 affert Alberti. Γέσοι ap. Suid. s. h. v. || Γαισὸς ... καὶ ὄνομα ποταμοῦ, Hesych. « Refer ad Γαιὼν vel Γεὼν (fluvium Paradisi), quod Hesych. hic cum Γαισὸς male confundit. » Kust.]

Γανόω, Lætitia afficio, Voluptatem affero. Et pass. ἐγανώθην ex Aristoph. [Ach. 7, et Aristid. vol. 1, p. 259] pro ἐχάρην, Lætitia affectus sum. Item Splendeo, ut γανῶσαι ἀσπίδες, Epigr. Splendentes clypei. [Leonid. Tar. in Anth. Pal. 9, 322. Ἔναρα γανόωντα Meleagr. ibid. 6, 163. Utrumque a Γανάω.] Eustath. tamen Il. N, [265]: Καὶ κόρυθες καὶ θώρηκες λαμπρὸν γανόωντες, exp. γάνος ἐμποιοῦντες τῷ βλέποντι· quod non probo, ac potius Hesych. sequor, qui γανόωντες, inde, ut opinor, sumtum, signif. ait λελαμπρυσμένοι, λάμποντες. [Sequentia ex Indice.] Γανόωντες, Poetæ dicunt Ion. dialysi pro γανῶντες, a γανάω, ut δρόωντες pro δρῶντες ab δράω. [Arat. Phæn. 190: Οὐ γάρ μιν πολλοὶ καὶ ἐπημοιβοὶ γανόωσιν ἀστέρες. Oppian. Hal. 1, 659: Στρωφᾶται γανόωσα.] Γανῶσαι quoque et γανάσαι, Nitidum ac splendidum reddere. [Hesych.: Γανωθείς, λαμπρυνθείς. Γανῶσαι, λαμπρῦναι. Etym. M. p. 223, 42: Γεγανωμένος, λελαμπρυσμένος, ἢ χαίρων, ἢ διαλελυμένος, ἢ κεκαλλωπισμένος· καὶ γανωθεὶς, οἷον καλλωπισθεὶς, καὶ γανῶσαι ἐπὶ τοῦ λαμπρῦναι. Plato De Rep. 3, p. 411, A: Μινυρίζων τε καὶ γεγανωμένος ὑπὸ τῆς ᾠδῆς. Philo Jud. vol. 1, p. 324, 31: Ἐμπιὼν μεθύσματος ἀκράτου γανωθῇ. Themist. Or. p. 441, 2 ed. m.: Ὑψηλόφρων τε καὶ γεγανωμένος. Alia vide ap. interpr. Thom. M. p. 178, et Wyttenb. ad Plutarch. vol. 6, p. 360 seq. Agathias p. 67, A: Βασιλείῳ τύφῳ ἐκ παίδων καὶ κολακείᾳ πολλῇ γεγανωμένος, ubi Suidas γεγαννυμένος tum s. h. v., tum s. Χοσρόης. Γεγανωμένος in γεγανυμένος corruptum in carm. Anacreontico 8, 3. || Polio, Splendidis coloribus induco. Plutarch. Mor. p. 74, D: Οἱ λιθοξόοι τὰ πληγέντα καὶ περικοπέντα τῶν ἀγαλμάτων ἐπιλεαίνοντες καὶ γανοῦντες. Ad orationem translatum ibid. p. 683, E: Τοῖς εὐπροσωποτάτοις τῶν ἐπιθέτων ὥσπερ ἀνθηροῖς χρώμασι τὰ πράγματα γανοῦν εἰωθώς. V. Wyttenb. l. c. || In libris medicorum vasa γεγανωμένα dicuntur quæ stanno sunt inducta. Eust. p. 1188, 61: Τὸ δὲ γανοῦσθαι λαβοῦσα ἐξ Ὁμήρου καὶ ἡ χυδαία γλῶσσα ἐπιλέγει αὐτὸ χαλκώμασιν, ἃ κασσίτερος ἀλείφων χρώζει πρὸς ἀργυρωμάτων ὑπόκρισιν· γεγανωμένα γὰρ διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν λέγεται καὶ αὐτά. Conf. Ἀγάνωτος. Anon. de oxymelle ap. Ducang.: Ἐπίχριε μὴ ὀπτηθέντα κεράμια, καὶ γανωθήσεται. Eustath. Opusc. p. 329, 10: Σκεύη γεγανωμένα καττιτέρου φανότητι. Analecta sua ad Histor. metallic. vet. p. 21, 24 citat Schneid.]

[Γανύκτωρ, ὁ, Ganyctor. Pausan. 9, 31, 6; Scriptor certaminis Hom. et Hesiodi p. 327 Heins., hic ex Eratosthene, quem alia forma Γάνυξ usum esse scimus ex Chœrob. ap. Bekker. p. 1356: Γάνυξ γάνυκος ὁ γανάκτωρ (corr. Γανύκτωρ) παρὰ τῷ Ἐρατοσθένει. Γάνυξ etiam ap. Drac. Strat. p. 28, 6. G. Dindorf.]

[Γάνυμα. V. Γάνυρμα.]

Γάνυμαι, Gaudeo, Lætor; licet inveniatur et γάννυμαι cum νν. [Hic librariorum error est, satis ille frequens, et, ut videtur, in linguam vulgarem receptus. Quo spectat admonitio Eustathii p. 944, 3, ad Il. N, 495: Ὅρα ὅτι τὸ γάνυται φανερῶς δι' ἑνὸς νῦ προφέρεται· et pluribus verbis p. 1710, 9. G. D.] Est autem proprie, Læto quodam vultu advenientem prosequor: ut Od. M, [42]: Τῷ δ' οὔτι γυνὴ, καὶ νήπια τέκνα, Οἴκαδε νοστήσαντι, παρίσταται, οὐδὲ γάνυνται. Sic Il. Ξ, [504]: Ἀνδρὶ φίλῳ ἐλθόντι γανύσσεται. Hinc Gannire, de canibus gestientibus, ductum esse credibile est. Vide et de Ganeo s. Γανιταί. Ap. Apoll. Rh. 2, [184] cum dat., ut Lat. Gaudere aliqua re, pro Frui, Οὐδὲ γάνυσθαι Εἴα ἀπειρεσίοισιν ὀνείασι. [Æschyl. Eum. 970: Τάδε τοι χώρα ... ἐπικραινομένων γάνυμαι. Eur. Cycl. 502: Γάνυμαι δὲ δαιτὸς ἥβης σκάφος ὁλκὰς ὡς γεμισθείς. Aristoph. Vesp. 612: Τούτοισιν ἐγὼ γάνυμαι. Philostrat. p. 724, 22: Γάνυσθαι τῷ ἑαυτοῦ κάλλει· Liban. vol. 1, p. 806, C; Themist. Or. p. 70, A, citat Henist. Apud Agathiam p. 67, A: Τῇ περὶ ταῦτα γάνυσθαι δόξῃ, Suidas s. v. μέλον genitivos præbet τῆς ... δόξης, de quo vid. s. v. Γανύσκομαι. Cum ἐπὶ Eurip. Iph. T. 1239: Ἐπὶ τόξων εὐστοχίᾳ γάνυται. Synes. in Dione p. 39, ab Schæf. cit.: Γανύμενος ἐπὶ ταῖς ἀγλαΐαις τοῦ λόγου. Idem Platon. indicat Phædr. p. 234, D: Γάνυσθαι ὑπὸ τοῦ λόγου μεταξὺ ἀναγιγνώσκων. G. D.] Et Γανύσομαι pro eodem, unde γανύσσομαι, Il. Ξ. [l. c. Sequitur Eustathium p. 998, 60, qui ab γανόω deducit. Apud Hesych. et in Lex. Rh. p. 230, 9, γανύσεται.]

[Γᾰνῠμήδα, ἡ, Ganymeda, dea apud Phliasios antiquissimos, postea Hebe vocata. Pausan. 2, 13, 3.]

[Γανυμηδείη, ἡ, Ganymedea. Marcell. in Anth. Pal. Append. 51, v. 39.]

[Γᾰνῠμήδης, ὁ, Ganymedes, Trois e Callirhoe filius, ab Jove raptus deorumque pincerna factus: quem plurimi celebrant poetarum aliorumque scriptorum loci. Hom. Il. Υ, 232: Ἀντίθεος Γανυμήδης, ὃς δὴ κάλλιστος γένετο θνητῶν ἀνθρώπων. In codd. interdum Γαννυμήδης scriptum vitiose, ut ap. Platon. Phædr. p. 255, C. Originem nominis grammatici alii aliter explicant: vid. Etym. M. p. 221, 20; Eust. p. 1205, 10. Conf. Xenoph. Symp. 8, 30. || Nomen pr. viri in inscr. Attica ap. Bœckh. vol. 1, p. 393, 33. G. D.]

[Γάνυξ. V. Γανύκτωρ.]

[Γάνυρμα, τό.] Γανύρματα, Hesychio ἀρτύματα. [Condimenta. Corrig. autem Γανύματα e Lex. Rhet. p. 230, 7.]

Γανυρὸς, ά, όν, Hilaris, item Jucundus, Hesych. [Λευκὸν, ἡδὺ, ἱλαρόν. Γανερὸν ex Etym. M. supra attulimus.]

Γανύσκομαι, Gaudeo, Lætor, unde γανύσκονται ap. Eustath. [p. 968, 60; Epist. Socr. 18; Synes. De segnit. 39; Themist. Or. 21, p. 254, C, indicat Schneider. Quibus in locis partim γαννύσκονται scriptum est. Γανύσκεσθαι diserte probat Eustath. p. 1710, 9. In loco Epist. Socr. memorabilis est structura h. v. genitivo juncti, Ἐγανύσκοντο τοῦ τόπου καὶ τῆς ἄλλης δημιουργίας τῶν οἰκοδομιῶν καὶ ἔτι πρότερον τῶν φυτῶν. Sic γάνυσθαι τῆς δόξης in loco Agathiæ, de quo v. s. Γάνυμαι, præbet Suidas. G. Dindorf.]

[Γάνυσμα, τὸ, i. q. γάνος. Paulus Silent. Ep. 74, 6, de thermis, Προσφιλὲς γάνυσμα. Schneid. Greg. Naz. Od. 2. Kall.]

Γανυτελεῖν, Hesychio γανοποιεῖν (ita enim scr. puto pro γανοπετεῖν [γανοποτεῖν Is. Voss.]), ἡδύσματα ποιεῖν· idem igitur, quod γανάσσαι.

Γανώδης, ὁ, ἡ. Γανώδης καὶ γλίσχρα γῆ, Theophr. [H. P. 6, 5, 4: Ἐν τῇ γλίσχρᾳ καὶ γανώδει. Lento plenoque solo, Gaza. Rectius Scaliger, Udo lætoque. Schneid. Conf. Γλινώδης.]

Γάνωμα, τὸ, Lætitia, Splendor, Nitor. [Plutarch. Mor. p. 48, D: Οἷον ἔρευθος ἕλκει καὶ γάνωμα τὴν δόξαν ἀπὸ τῶν λόγων· p. 50, A: Τὰ ψευδόχρυσα... τὴν λαμπρότητα τοῦ χρυσοῦ καὶ τὸ γάνωμα μιμεῖται μόνον· et aliis locis. Philo Jud. vol. 1, p. 628, 13 a Wakef. cit.: Ὁ παιδείας ἐραστὴς ἰχνηλατεῖ καὶ ποθεῖ μὲν ἐκείναις (ταῖς ὀσμαῖς) ἐντυχεῖν, ἐξ ὧν ἀναδίδοται τὸ θαυμασιώτατον γάνωμα τοῦτο. Clemens Al. Strom. 5, p. 669: Ἐπενδυσάμενος τὸ γάνωμα τῆς δόξης. || Stannatura. Hieracosoph. p. 147, A. Hase.]

Γάνωσις, εως, ἡ, [Splendor, Exornatio. Plutarch. Mor. p. 287, B, C, γάνωσις τοῦ ἀγάλματος. Hemst. Etym. M. p. 69, 43: Ἀλοιμὸς... ἡ ἐπάνω τῆς τοῦ θαλάμου γανώσεως ἐνιεῖσα ἐπάλειψις. Wakef. Vocem γάνωσις, quam Hieronymus interpretatur Stannaturam, Symmachus posuerat Amosi 7, 7. Valck. ad Eurip. Phœn. p. 620.]

[Γανωτής, ὁ, Stannator, Gl.]

[Γανωτὸς, ἡ, ὸν, Stanno inductus. Euchólog. p. 638, ap. Ducang., εἰς κάκαβον γανωτόν. Constant. Porph. De cerim. vol. 1, p. 72, 7: Διὰ τῆς γανωτῆς πύλης. Et γανωτοὶ πυλῶνες ibid. p. 257, 21. Scholiastæ Eur. Phœn. 115 male infert Valcken. p. 620. G. Dind.]

[Γάζις, ζιος, inter nomina in ις, ιος, ap. Chœrob. p. 1193 Bekk. Corruptum, ut videtur, ex Γόαξις, quod vide. G. Dindorf.]

[Γάπεδον, τό.] Γάπεδα, Hesychio ἄγροικοι καὶ οἰκίαι. [Ἀγροικικαὶ οἰκίαι Salmas. Stephanus Byz. s. v. Γῆ, Λέγεται καὶ γήπεδον τὸ πρὸς τοῖς οἴκοις ἐν πόλει κηπίον, ὅπερ οἱ τραγικοὶ διὰ τοῦ α φασὶ δωρίζοντες. Æsch. Prom. 829: Πρὸς Μολοσσὰ δάπεδα. Eur. Or. 330: Ἀνὰ τὸ δάπεδον. Pind. Nem. 7, 121: Δάπεδον ἂν τόδε. Recte his locis γάπεδα et γάπεδον restitui videtur, quum δάπεδον non producta, quod versus illi postulant, sed correpta prima syllaba dicatur. Reliqua de h. v. vide s. Γήπεδον. G. Dindorf.]

Γαπελεῖν, Hesychio ἀμελεῖν, Negligere. V. Ἀπαλεῖν.

[Γαπετής. V. Γηπετής.]

[Γαπόνος. V. Γηπόνος.]

Γάπος, teste Hesych., Tyrrhenis est ὄχημα, Vehiculum.

[Γάποτος. V. Γήποτος.]

Γὰρ, Gall. *Car*, Enim. Eodemque modo semper subjungitur. Il. Σ, [295]: Μηκέτι ταῦτα νοήματα φαῖν' ἐνὶ δήμῳ. Οὐ γάρ τις Τρώων ἐπιπείσεται· οὐ γὰρ ἐάσω. Lucian. [Deor. dial. 2, 1]: Ἀλλ' εἰ καί τι ἥμαρτον, ὦ Ζεῦ, σύγγνωθί μοι· παιδίον γάρ εἰμι καὶ ἔτι ἄφρων. [Etiam in enuntiationibus ex præcedente aliqua sententia pendentibus: quo fit ut γὰρ non solum cum verbo finito, sed etiam cum infinitivo et participio conjunctum reperiatur. Andocid. p. 4, 2: Ἐν ᾧ δυοῖν τοῖν μεγίστοιν κακοῖν οὐκ ἦν αὐτῷ ἁμαρτεῖν· ἢ γὰρ ... ὑπ' ἐμοῦ θανεῖν ἢ ... ἐμὲ ἀποκτεῖναι. Strabo 9, p. 406: Διττῶς δὲ τοῦτο δύναται· ἢ (alii codd. καὶ) γὰρ μενουσῶν ἀκινήτων τῶν πόλεων ... ἢ δι' ἀπόστασιν. Isocrat. p. 165, A, ex cod. Urbin. emendatus: Δοκοῦσι ταῖς δόξαις διαφέρειν ἀλλήλων· οἱ μὲν γὰρ ἔχειν ...· ubi vulgo ἔχουσιν. Themistius Or. 1, p. 6, A: Ἀλλ' ὅμως ταύταις ἁπάσαις τοιόνδε εἶναί μοι δοκεῖ· ἑκάστη μὲν γὰρ αὐτῶν ἰδίᾳ σκοποῦντι κοινός τις ἀνθρωπικὸς εἶναι κόσμος. Hero-

A dót. 1, 82: Λακεδαιμόνιοι δὲ τὰ ἐναντία τούτων ἔθεντο νόμον, οὐ γὰρ κομῶντες πρὸ τούτου ἀπὸ τούτου κομᾶν. Philostr. p. 714: Ὠμὸν καὶ τὸ ἐπ' αὐτῷ κήρυγμα· μὴ γὰρ θάπτειν τὸν Παλαμήδην. Et sine verbo Galen. vol. 8, p. 350: Καὶ τὸ μὲν λευκὸν πολλὰ σημαίνει· ἢ γὰρ ἀσθένειαν τῆς δυνάμεως... Cum infinitivo sæpe construitur in oratione obliqua, ut ap. Thucyd. 6, 92: Διενοοῦντο τὰς προσβάσεις αὐτῶν φυλάσσειν, ὅπως μὴ κατὰ ταύτας λάθωσι σφᾶς ἀναβάντες οἱ πολέμιοι· οὐ γὰρ ἂν ἄλλῃ γε αὐτοὺς δυνηθῆναι. Procop. Bell. Goth. 4, 14, p. 605, A: Ἐπέστελλε δὲ ταῦτα δυοῖν γενέσθαι τὸ ἕτερον λογισάμενος· ἢ γὰρ Ῥωμαίους ... ἐνδώσειν ... ἢ τειχομαχοῦντας ἀποκρούεσθαι βουλομένους Πέρσας. In eodem genere cum optativo, velut ap. Thuc. 2, 72: Ἀπεκρίναντο αὐτῷ ὅτι ἀδύνατα σφίσιν εἴη ποιεῖν ἃ προκαλεῖται ἄνευ Ἀθηναίων· παῖδες γὰρ σφῶν καὶ γυναῖκες παρ' ἐκείνοις εἴησαν. || Γὰρ post formulas τεκμήριον δὲ, σημεῖον δὲ et similes frequentissimum: vid. exempla ad Viger. 3, 11, 1, p. 142 collecta. Aristoph. Av. 514: Ὃ δὲ δεινότατόν γ' ἐστὶν ἁπάντων, ὁ Ζεὺς γὰρ ὁ
B νῦν βασιλεύων αἰετὸν ὄρνιν ἕστηκεν ἔχων. Isocr. Areop. p. 156, D: Ἡμεῖς δὲ τοὐναντίον· ἀλλήλοις μὲν γὰρ κακὰ παρέχοντες οὐδεμίαν ἡμέραν διαλείπομεν. Demosthen. p. 1285 extr.: Πέρας δ' οὖν, λαβὼν γὰρ ὁ Παρμενίσκος... τὰ γράμματα ... ἐξαιρεῖται τὸν σῖτον. || Γὰρ sæpe ad sententiam refertur non expressam, sed cogitatione supplendam, qui usus inprimis in responsionibus cernitur et affirmativis et negativis. Sic ap. Xenoph. Mem. 2, 6, 14 Socrati quærenti, Σὺ δὲ ᾤου οἷόν τ' εἶναι πονηρὸν ὄντα χρηστοὺς φίλους κτήσασθαι; Critobulus respondet: Ἑώρων γὰρ ῥήτορας κ. τ. ἑ. i. e. Putabam fieri posse: videbam enim... Eurip. Or. 752: Κοὐκ ἐτόλμησεν, inquit Pylades, πόνων σῶν ἀντιλάζυσθαι παρών; Cui Orestes respondet: Οὐ γὰρ αἰχμητὴς πέφυκεν. i. e. Non sustinuit: neque enim... Simili modo γὰρ post vocativos positum explicandum esse pridem ab aliis animadversum. Soph. OEd. C. 712: Ὦ παῖ Κρόνου, σὺ γάρ νυν εἰς τόδ' εἷσας αὔχημ' ἄναξ Ποσειδᾶν, i. e. O fili Saturni, te appello: tu enim... Pindar. Ol. 4 init.: Ἐλατὴρ ὑπέρτατε βροντᾶς ἀκαμαντόποδος Ζεῦ· τεαὶ
C γὰρ Ὧραι ... μ' ἔπεμψαν, i. e. Tu mihi invocandus es: tuæ enim Horæ... || Γὰρ in sententiis caussalibus quæ enunciatis quorum caussa reddenda est præponuntur Herodoto præ ceteris usitatum est: de quo v. s. Ἀλλὰ γὰρ, Δὲ ... γὰρ et Καὶ ... γὰρ, et Schweigh. ad Herodot. 1, 24, 17; Homer. Il. H, 327-331: Ἀτρείδη τε καὶ ἄλλοι ἀριστῆες Παναχαιῶν· πολλοὶ γὰρ τεθνᾶσι ... τῷ σε χρὴ πόλεμον μὲν ἅμ' ἠοῖ παῦσαι Ἀχαιῶν. Cui loco simillimus est Herodoteus 6, 11: Ἐπὶ ξυροῦ γὰρ ἀκμῆς ἔχεται ἡμῖν τὰ πρήγματα, ἄνδρες Ἴωνες· νῦν ὧν ὑμέες ... οἷοί τε ἔσεσθε ...: de quo disputat Longin. De subl. 22, 1, et de similibus Eustath. p. 349, 29. G. Dindorf.]

[Usitata particulæ collocatio est vel secundo vel, si præcedentia vocabula arcte sunt conjuncta, tertio loco, et hoc quidem sæpissime post nomen cum articulo, ut ap. Æsch. Prom. 7: Τὸ σὸν γὰρ ἄνθος· Agam. 32: Τὰ δεσποτῶν γάρ· vel post præpositiones et conjunctiones, ut in Eumen. 31: Ἀπὸ στρατείας γάρ νιν ἠμποληκότα. Aristoph. Nub. 1124: Ἡνίκ' ἂν γὰρ αἵ τ' ἐλᾶαι βλαστάνωσ' αἵ τ' ἄμπελοι· a quo genere
D vix quidquam differunt exempla quale hoc Æschyli est in Choeph. 641: Τὸ μὴ θέμις γὰρ, ubi μὴ θέμις unius instar vocabuli est. Et talia quidem etiam prosæ orationi non sunt aliena. Sed poetæ metri necessitate adacti interdum longius processerunt, ut Æsch. Agam. 729: Χάριν τροφᾶς γὰρ ἀμείβων. Ibid. 222: Βροτοὺς θρασύνει γὰρ αἰσχρόμητις παρακοπά. Soph. Phil. 219: Προβοᾷ τι γὰρ δεινόν, ut Eur. Iph. T. 1036: Ὑποπτεύω τι γάρ. Arist. Av. 1545: Ἀεί ποτ' ἀνθρώποις γὰρ εὔνους εἴμ' ἐγώ· parcius tamen antiqui, multo sæpius mediæ novæque comœdiæ poetæ. Anaxandrid. ap. Stob. Floril. 41, 2: Ὅστις λόγους παρακαταθήκην γὰρ λαβὼν ἐξεῖπεν. Sic Porson. Libri ὅστις λόγους γάρ. Menander ibid. 9, 19: Τὸ μηδὲν ἀδικεῖν ἐκμαθεῖν γὰρ ὦ Λάχης. Idem ibid. 11: Αἰσχρὸν τοῦτο γάρ ἐστιν πάνυ, ubi corrigendum, Αἰσχρόν ἐστι τοῦτο γὰρ πάνυ. Idem ap. Athen. 4, p. 132, D: Διαφέρει τῷ μαγείρῳ τοῦτο γάρ. Post quinque vocabula Antiphan. ap. Porphyr. De abst. 2 p. 129: Ταῖς εὐτελείαις οἱ θεοὶ χαί-

ρουσι γάρ· et ap. Athen. 8, p. 339, B : Ἐπὶ τὸ τάριχός ἐστιν ὡρμηκυῖα γάρ. Alexis ibid. 1, p. 21, D ex emend. mea : Οὔ μήτε πράττεται τέλος μηδεὶς γὰρ ἡμᾶς Conf. eund. 4, p. 164, B; Euphron. 9, p. 377, D, Philemon. ap. Stob. Floril. 98, 20. Post sex vocabula Athenio ap. Athen. 14, p. 660, E : Τοῦ θηριώδους καὶ παρασπόνδου βίου Ἡμᾶς γὰρ ἀπολύσασα. Philemo ibid. 12, p. 516, F : Τοὺς ἐν τῇ πόλει μάρτυρας ἔχω γάρ. Longe rariora hujusmodi exempla ap. epicos poetas : post duo vocabula ap. Oppian. Cyn. 3, 199 : Ὁππότε θηλυτέρη γὰρ ἔχει τόκον· Orph. Argon. 1320 : Θυμαίνει μάλα γάρ σφι Διωναίη Ἀφροδίτη· post tria vocabula ap. Maneth. 4, 541 : Πᾶσα βροτῶν ψυχὴ γὰρ ... · qualia in prosa oratione non ferenda. Nam Xenophontem in loco infra ab Steph. apposito scripsisse ὡς ἐν κώμῳ δοκεῖ γὰρ ἡ πόλις πᾶσα εἶναι et per se parum probabile est et suspectum facit codicum dissensio. Facilius excusari potest quod ap. Demosth. p. 667, 5, codices multi præbent, Οὐδ' ὁτιοῦν ἐστι γὰρ παρ' ὑμῖν αὐτῷ, ubi vulgo οὐδ' ὁτιοῦν γάρ. || Singularis collocatio hujus particulæ est in medio vocabulo νυνγαρὶ pro νυνὶ γάρ, quod haud dubie ex comico aliquo sumptum memorat Georg. Chœrob. ap. Eustath. p. 45, 6 : quos poetas similiter γε δὲ et μὲν particulas vocibus in ι demonstrativum exeuntibus inseruisse scimus. G. Dind.]

Jungitur et cum aliis particulis, quæ vel præcedunt vel sequuntur : ut μὲν γὰρ, et καὶ γὰρ, et γὰρ δὴ, item γὰρ δή που, et γάρ που, et γάρ τοι. Xen. Cyrop. 7, [5, 25] : Καὶ μὴν, ἔφασαν οἱ ἀμφὶ τὸν Γωβρύαν, οὐδὲν ἂν εἴη θαυμαστόν· καὶ γὰρ ἄκλειστοι αἱ πύλαι αἱ τοῦ βασιλείου· ὡς ἐν κώμῳ δοκεῖ γὰρ ἡ πόλις πᾶσα εἶναι τῇδε τῇ νυκτί. Ubi observa non tantum usum particularum καὶ γὰρ initio orationis, Lat. autem suo Etenim his respondente utuntur utroque modo, sed etiam γὰρ in sequente commate longiuscule trajectum. Et καὶ γὰρ δὴ ap. eund. Xen. : Καὶ γὰρ δὴ οἱ μὲν ἄλλοι τεχνῖται κ. τ. λ. Sed multo frequentius est γὰρ δὴ sine καί : ut Idem : Ἄνευ γὰρ δὴ τούτων οὐκ ἂν εἴη πρᾶξις. Plato Apol. [6] : Ἐγὼ γὰρ δὴ οὔτε μέγα οὔτε σμικρὸν σύνοιδα ἐμαυτῷ σοφὸς ὤν. Et γὰρ δή που, ibid. : Τί ποτε οὖν ὁ θεὸς λέγει, φάσκων ἐμὲ σοφώτατον εἶναι; οὐ γὰρ δήπου ψεύδεταί· οὐ γὰρ θέμις αὐτῷ· ubi observa obiter unum γὰρ alteri proximum, sicut et in Hom. l. c.; cujus ἐπαλληλίας extant et ap. Hom. exempla, p. 940, 941. [Il. A, 80 : Κρείσσων γὰρ βασιλεὺς, ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηϊ· εἴπερ γάρ τε... Æsch. Choeph. 989 : Αἰγίσθου γὰρ οὐ λέγω μόρον· ἔχει γὰρ αἰσχυντῆρος ὡς νόμου δίκην. Thucyd. 1, 91 : Περὶ αὐτῶν ὁ Θεμιστοκλῆς τοῖς Ἀθηναίοις κρύφα πέμπει, κελεύων ὡς ἥκιστα ἐπιφανῶς κατασχεῖν, ἕως ἂν αὐτοὶ πάλιν κομισθῶσιν· ἤδη γὰρ καὶ ἧκον αὐτῷ οἱ συμπρέσβεις, ἀγγέλλοντες ἔχειν ἱκανῶς τὸ τεῖχος· ἐφοβεῖτο γὰρ μὴ οἱ Λακεδαιμόνιοι σφᾶς οὐκέτι ἀφῶσιν. G. Dind.] Alicubi autem et tertium invenire me memini. [Æsch. Choeph. 753 : Τὸ μὴ φρονοῦν γὰρ ... τρέφειν ἀνάγκη, πῶς γὰρ οὔ; τρόπῳ φρενός· οὐ γάρ τι φωνεῖ παῖς...] Et γάρ που sine δὴ, ap. Eund. : Οἶσθα γάρ που τῶν γενναίων κυνῶν ὅτι κ. τ. λ. Alibi : Παντὶ γάρ που ἐγχωρεῖ μᾶλλον ἢ φύλαξι κ. τ. λ. At γάρ τοι frequenter præfixam habet copulativam partic. καί : ut Dem. : Καὶ γάρ τοι μόνῳ τῶν πάντων αὐτῷ τοῦτ' ἐν τῇ στήλῃ γέγραπται. Idem : Καὶ γάρ τοι τότε μὲν τέως τὸν τρόπον τοῦτον ἐνομοθέτουν. Et γάρ τ' ἂν pro γάρ τοι ἂν, ut μέν τ' ἂν pro μέν τοι ἄν. Xen. : Δεινὸν γάρ τ' ἂν εἴη, ὦ Κῦρε. Apud poet. autem γάρ τε, et γάρ νυ, item γάρ νύ τοι, pro γὰρ δὴ aut γάρ τοι, s. γάρ που. Hesiod. [Ἔργ. 422] : Μάλα γάρ νύ τοι ἄρμενος οὕτω : ubi tamen τοι pro σοι accipi etiam potest. At γὰρ αὖ vix puto reperiri positum simpl. pro γὰρ, ideoque minime, cum Bud., illis addendum censeo. Sed nec in γὰρ οὖν retinet γὰρ suam signif., cum γὰρ οὖν potius accipiatur pro Igitur. At ἀλλὰ γὰρ et οὐ γὰρ ἀλλὰ, item οὐ γὰρ, potius ad ἀλλὰ et οὐ pertinent. De ἦ γὰρ ἂν autem et γάρ κεν pro Alioqui enim, et οὐ γὰρ ἂν, pro Alioqui enim non, vel potius pro Alioqui sine Enim, vide ap. Bud. 992. Item ἦ γὰρ ἂν pro Nam si, 932. [Ἀλλὰ γὰρ et Ἀλλ' οὐ γάρ. V. Ἀλλά. Δέ... γάρ. V. Δέ. Καὶ γὰρ, Μὲν γάρ. V. Καί, Μέν. De vitioso Γάρ γε v. s. Γε.]

|| Γὰρ interrogationibus etiam adhibetur signif. suam amittens. Exempla autem habes ap. Bud. 931, 932; quibus addi cum alia multa possunt, tum ista ex Il. P, [475] : Ἀλκίμεδον, τίς γάρ τοι Ἀχαιῶν ἄλλος ὁμοῖος; Od. Ξ, [115] : Ὦ φίλε, τίς γάρ σε πρίατο κτεάτεσσιν ἑοῖσιν; Sic autem Lat. non solum Enim, sed et Nam interrogationi servit; ut Virg. [Georg. 4, 445] : Nam quis te juvenum confidentissime nostras Jussit adire domos? Soph. [Aj. 1126] : Δίκαια γὰρ τόνδ' εὐτυχεῖν κτείναντά με; Sic autem et Matth. 23, [17], particulam γὰρ interrogationi duntaxat servire existimo : Τίς γὰρ μείζων ἐστὶν, ὁ χρυσὸς, ἢ κ. τ. λ. ideoque vertere malim Utrum majus est, sine Enim. [Et post plura vocabula Aristoph. Lys. 940 : Διὰ τἀργύριον πολεμοῦμεν γάρ. || De Αἲ γὰρ et Εἰ γὰρ v. s. Αἲ et Εἰ.] De οὐ γὰρ autem et ἦ γὰρ pro Nonne, vide in Οὐ et Ἦ. Item de γὰρ vacante consule Bud. 932. At quæ præterea de γὰρ observavi, alibi a me tractantur. [Apud infimæ ætatis poetas γὰρ pariter atque γε encliticum versibus explendis inservit, de quo dixit Coraes in Ἀτάκτοις vol. 1, p. 70, 97. Plura hujusmodi exempla sunt in lexico σχεδογραφικῷ, quod Boisson. Anecd. vol. 4 edidit inde a p. 366. Sic v. 185 : Ἔτης καὶ ὁ πολίτης γαρ, Ἄγγελος Κόμνηνός τε· 196 : Ἔρας σημαίνει τὴν τιμὴν, ἐρῶ ἐπιθυμῶ γαρ. || Ad mensuram quod attinet γὰρ apud epicos non solum ante οἷ pronomen (de quo v. s. Οὗ) et si qua alia vocabula cum litera Æolica pronunciata fuerunt, sed etiam ictus vi producitur, plerumque tamen non aliter quam sequentibus syllabis duabus brevibus, ut Il. B, 39 : Θήσειν γὰρ ἔτ' ἔμελλεν· P, 403 : Πολλὸν γὰρ ἀπάνευθε· T, 49 : Ἔτι γὰρ ἔχον ἕλκεα· cujusmodi in Il. codd. modo plures modo pauciores ῥα interponunt. Vid. var. lect. ad Il. Δ, 467; E, 587; Λ, 690; Ξ, 30; P, 600; Φ, 600. Rarissime γὰρ producitur in pede disyllabo ante vocalem, ex quo genere duo sunt loci, Odyss. Λ, 580 : Λητὼ γὰρ ἥλκησε, et Hymn. in Cer. 57 : Φωνῆς γὰρ ἤκουσ'... Vitiose in thesi ap. Tyrtæum in Exc. Vat. Diodori p. 3 : Δὴ γὰρ ἀργυρότοξος ... Ἀπόλλων ... ἔχρη, ubi δὴ ῥα τοτ' scrib. videtur. Atticorum poetarum exempla ipsa paucitate sua suspecta sunt. 1. Aristoph. Eq. 366 : Νὴ τὸν Ποσειδῶ κἀμὲ γὰρ, ἤνπερ γε τοῦτον ἕλκῃς. 2. Vesp. 217 : Νὴ τὸν Δί' ὀψὲ γὰρ ἀνεστήκασι νῦν, ubi facilis correctio est ὀψὲ νῦν ἀνεστήκασι γάρ· quo fere modo Menandri versum supra corrigebam. 3. Aristoph. Lys. 20 : Ἀλλ' ἕτερα γὰρ ἦν τῶνδε προὐργιαίτερα. 4. Eurip. Ion. 847 : Εἰ γὰρ ὑφήσεις, τοῦ δ' ἀπαλλάξει βίου, ubi libri εἰ γάρ γ'. || In codd. γὰρ sæpe confunditur cum aliis particulis monosyllabis, quæ aliquam vel literarum vel compendii, quo in libris solent exarari, similitudinem habent, velut δ' ἄρ', τ' ἄρ', γ' ἂν, γοῦν, γε, δὲ, καὶ, μὲν, al. Γράφεται, quod in codd. literis γρ indicatur, cum γὰρ confusum notavit Bast. ad Greg. Cor. p. 803. Scholiastæ Eurip. Hipp. 272 : Ἐὰν μὲν ἥκει γὰρ, γράφεται restituit Heathius. Γὰρ in γίγνεται corruptum in cod. Paris. Athen. 2, p. 36, B. G. Dind.]

Γάραβος, Hesychio ὀλολυγών. [Strepitus. Per digamma pro ἄραβος.]

[Γαράμαντες, οἱ, Garamantes, populus Libycus. Herodot. 4, 174, 183. Paul. Sil. Ambon. 148 : Ἔς τε νότον Γαράμαντα καὶ εἰς Ἀριμασπὸν ἀήτην. Unde Γαραμαντὶς, ἡ, nomen regionis, ap. Aristid. Quintil. p. 72, et adjectivum Γαραμαντικὸς, ή, όν, ap. Ptolem. 4, 6. Singularis *Garamas*, urbis nomen *Garama*, *æ*, et adjectiva *Garamantis*, *Garumantides* ex scriptoribus Latinis cognita sunt. *Garamas* Apollinis filius alio nomine Amphithemis vocatus ap. Apoll. Rh. 4, 1494 et Serv. ad Virg. Æn. 4, 198. Ceterum conf. Γαρίμαντες. ᴗᴗ-ᴗ. G. Dind.]

[Γαραπάμμων, ὁ, Garapammon, pugil Ægyptius, ap. Pausan. 5, 21, 15, ubi Clavier. Σαραπάμμων. G. Dindorf.]

[Γαράριον lectio vitiosa. V. Ἄριον.]

[Γαράτης, ὁ, Garates, fluvius Arcadiæ ap. Pausan. 8, 54, 4, ubi Sylb. Γαρεάτης conjicit. Γαρεᾶται nomen demi Tegeatici est ibid. 45, 1. G. Dindorf.]

[Γάργα, αἴγειρος, Populus, Hesych.]

[Γάργαζα, ἡ, Gargaza, urbs Bospori Cimmerii. Diodor. 20, 24.]

[Γαργαῖος. V. Γάργη.]

Γαργαίρω. Γαργαίρειν, Hesychio λάμπειν, κινεῖσθαι, σπαίρειν· item πληθῦναι, h. e. Splendere, quod et μαρμαίρειν dicitur, Moveri s. Vibrare, Palpitare : item Multiplicare. [De quattuor Hesychii interpretationibus una tantum πληθῦναι, quod πληθύειν potius cum Kustero scribendum, convenit verbo γαργαίρειν : λάμπειν recte videtur ad μαρμαίρειν referri, κινεῖσθαι et σπαίρειν autem ad καρκαίρειν. In loco Sophronis γάργαιρε in ἐμάρμαιρε corruptum ap. Athen. 6, p. 230, A. G. D.] Signif. tamen neutr. potius πληθύειν s. πλήθειν, Plenum et refertum esse, Abundare : ut Cratin. [apud Schol. Aristoph. Ach. 3] : Ἀνδρῶν ἀρίστων πᾶσα γαργαίρει πόλις, i. e. πλήθει. Et Sophro [ibid.] : Ἁ δὲ οἰκία τῶν ἀργυρωμάτων γάργαιρε. Itidem vero et Γάργαρα ponitur ἐπὶ πλήθους : ut [Aristoph.] in Λίμναις [Λημνίαις] : Ἀνδρῶν ἐπακτῶν πᾶσα γάργαιρ' ἑστία. [Recte Toup. Em. vol. 3, p. 200, πᾶσ' ἐγάργαιρ' ἑστία. Hesych. : Ἐκάρκαιρεν· ἐπλήθυεν. Hoc est ἐγάργαιρεν. G. D.] Et in Βοηθοῖς Aristomenis, ἔνδον γὰρ ἡμῖν [insere ἐστιν ἀνδρῶν ex Macrob. Saturn. 5, 20] γάργαρα. Et [in Ejusdem Μύθοις], χρημάτων τε γάργαρα. Itidem vero Aristoph. [Ach. 3] ψαμμακοσιογάργαρα dixit pro ἀφάτως πολλὰ καὶ ἀναρίθμητα, compositis duobus vocabb., quorum utrumque πλῆθος denotat, nimirum ψαμμακόσια et γάργαρα. Sunt vero et qui Homericum illud κάρκαιρε, quum dicit, Κάρκαιρε δὲ γαῖα πόδεσσιν, signif. velint τὴν πολλὴν κίνησιν τῶν ποδῶν, διὰ τὴν συγγένειαν τοῦ γ πρὸς κ· dicentes et τὸν καρκίνον ita nominari διὰ τὸ πλῆθος τῶν ποδῶν. [Etymologia inepta.] Hæc fere Aristoph. Schol. et Suidas in ψαμμακοσιογάργαρα. Hesychio vero et Γάργαλα sunt πλῆθος, πολλά. [Conf. Γέργερα.]

[Γάργαλα, τά, i. q. Γάργαρα. V. Γαργαίρω.]

[Γαργαλέη lectio corrupta. V. Γαγγίας.]

[Γαργαλεών. V. Γαργαρεών.]

[Γαργάλη, ἡ. V. Γαγγίας. Γάργαλος.]

[Γαργαλὴς, ὁ, ἡ, lectio suspecta ap. Ælian. N. A. 16, 9 : Ἵππους δυσλόφους καὶ γαργαλεῖς. V. Δυσγάργαλις.]

Γαργαλίζω, Titillo, unde Γαργαλίζομαι, Titillor. Alex. Aphr. : Οἱ γαργαλιζόμενοι μασχάλας, Qui in alis titillantur. || Metaph. pro Titillare, i. e. Lætitia afficere. Bud. e Cebete [c. 9, p. 294 Schw.] : Τῆς δὲ ἡδυπαθείας μέχρι μέν τινος ἡδεῖα δοκεῖ εἶναι ἡ διατριβὴ, ἕως ἂν γαργαλίζῃ τὸν ἄνθρωπον· εἶτ' οὐκ ἔστιν. Idem Bud. citat γαργαλίζειν e Plat. Philebo 227 [47, A] pro Leviter λυπεῖν : et ex eod. Phædro [p. 251, C] γαργαλίζεσθαι pro Prurire, Ζεῖ τε καὶ ἀγανακτεῖ, καὶ γαργαλίζεται φύουσα τὰ πτερά. Supra κνῆσις dixerat de pueris dentientibus. [Aristid. vol. 2, p. 405 : Τὰ ὦτα γαργαλίσαι τινῶν. Clem. Alex. p. 328 : Γαργαλίζοντες τὰς ἀκοάς. Wakef. Recentior forma est γαγγαλίζω, de qua Phrynich. p. 97 Lob. : Γαργαλίζειν λέγε διὰ τοῦ ρ, ἀλλὰ μὴ διὰ τῶν δύο γ γαγγαλίζειν. Antiatticista p. 87, 28, quo auctore γαγγαλίζειν probaverit non constat : Γαγγαλίζειν· οὐ γαργαλίζειν. Conf. Γαγγαλίζω et Γαργαλισμός. G. D.] Ceterum quomodo γαργαλίζω a γαργαρεὼν deduci possit, si signif. spectetur, aliis considerandum relinquo.

[Γαργάλισμα, τὸ, i. q. Γαργαλισμός. Eumath. p. 146 : Φιλημάτων, γαργαλισμάτων, θλίψεων. Angl.]

Γαργαλισμὸς, ὁ, Titillatio, Plato. Cicero Voluptatum etiam titillationem dixit. [Γαργαλισμὸς improbant Atticistæ, probant Γάργαλος. Mœris p. 115 : Γάργαλος Ἀττικῶς, γαργαλισμὸς Ἑλληνικῶς. Thom. M. p. 178 : Γαργαλισμός μὴ εἴπῃς, γάργαλος δέ. Phrynich. in Bekk. Anecd. p. 31, 25 : Γάργαλος, ὁ ἐρεθισμός. Καὶ γαργαλισμός. Τὸ δὲ γαργαλίζεσθαι οὐκ Ἀττικόν. Quæ quum repugnent præcepto Phrynichi s. v. Γαργαλίζω memorato, Lobeckius ad Phryn. p. 97 ita corrigit ut γαργαλισμὸς et γαργαλίζεσθαι transponi jubeat. Recte : nisi Phrynichus scripserat τὸ δὲ γαγγαλίζεσθαι οὐκ Ἀττικόν. De usu autem voc. Γαργαλισμὸς, qui ab veteribus Atticis non fuit alienus, optime dixit Hemsterh. in annot. ad Thom. M. p. 179—181, ex qua potissima apposuimus. « Hegesander ap. Athen. 7, p. 290, C, de ridentibus : Τοιοῦτος ἔνδοθέν τις ἐν τῷ σώματι διέδραμε γαργαλισμός. Plato Symp. p. 189, A : Τοιούτων ψόφων καὶ γαργαλισμῶν, οἷος καὶ ὁ πταρμός ἐστι. Phædr. p. 253, E : Ὅταν ... γαργαλισμοῦ τε καὶ πόθου κέντρων ὑποπλησθῇ· unde expressus Juliani locus Orat. 7, p. 206, D. Epicuri γαργαλισμοὺς σώματος annotaverunt Cleomed. Κ. Θ. 2, p. 91 et Athen. 12, p. 546, E. Scriptorum ecclesiasticorum immensa est exemplorum copia. Galenus autem Comm. 3 ad Hippocr. Περὶ τροφῆς, παλμὸν describit κίνησιν ἐοικυῖαν τῇ κινήσει, ἡ μὲν καλεῖται πρὸς πάντων γαργαλισμὸς, γίνεται δὲ ἐκ τῆς τῶν δακτύλων ἀφῆς· quæ ratio est cur τοὺς γαργαλισμοὺς καὶ τὰς ψηλαφήσεις sociaverit Plutarch. Mor. p. 547, B. Medicis pruritus ac vellicatio musculosarum partium interna, quam tacitis morsiunculis humores acres excitant, dici solet γαργαλισμός. Hippocr. p. 381, 52 : Γαργαλισμὸς, ὀδύνη, ῥῆξις. Plato Phileb. p. 47, A : Λύπας τὰς τῆς ψώρας ... καὶ τὰς τῶν γαργαλισμῶν, ὁπόταν ἐντὸς τὸ ζέον ᾖ καὶ τὸ φλεγμαῖνον. In Hesychio pro Γαργαλισμὸς, κίνησις σώματος, malim κνῆσις. Sic γαργαλισμοὶ κνησμώδεις ap. Pseudo-Basil. vol. 3, p. 596, C, et similia ap. Clem. Alex. Pæd. 3, p. 254, A ; 2, p. 174, D. Nonnunquam γαργαλίζειν et γαργαλισμὸς in γαργαρίζειν et γαργαρισμὸς depravata, ut bis terve in cod. Harl. Aretæi. Et ap. Hesych. Γαργαρισμὸς, γαγγαλισμὸς, ἡδυπάθειά τις. In lingua communi γαγγαλισμὸς, quod aliquando in Ioanne Chrys. præbere codd. vett. Benedictini observarunt. »]

Γάργαλος, ὁ, pro γαργαλισμὸς ap. Lucian. [Gall. c. 6, vol. 2, p. 711] : Οἷον οὖν ἐν τοῖς ὠσὶ τὰ πτερὰ ἐργάζεται στρεφόμενα, τοιοῦτον γάργαλον παρείχετό μοι τὰ δρώμενα. [Arist. Thesm. 133 : Ὥστ' ἐμοῦ γ' ἀκροωμένου ὑπὸ τὴν ἕδραν αὐτὴν ὑπῆλθε γάργαλος. Grammaticorum locos v. s. Γαργαλισμός. Et hanc et femininam formam γαργάλη, quæ non aliunde cognita est, annotavit Erotian. p. 114 : Γαργαλισμοῦ· γάργαλος καὶ γαργάλη λέγεται ἐρεθισμὸς ἀπὸ τῶν πασχητιωσῶν γυναικῶν εἰλημμένης τῆς λέξεως, ὡς καὶ Ἀριστοφάνης Γηρυτάδῃ καὶ Δίφιλος ἐν Δαναΐσι· qui poetæ γάργαλος tantum dixerant, ni fallor. G. Dind. Nicet. Annal. 6, 1. Schneid.]

[Γάργανον, τὸ, Tragium. Dioscor. 4, 50. Boisson.]

[Γάργανον, τὸ, Garganum, promontorium Apuliæ Dauniæ. Strabo 6, p. 284, 285.]

Γάργαρα, τὰ, pro Multitudine excellenti positum, vide in Γαργαίρω. || Est alioqui et Urbs Troadis, quæ Γάργαρος quoque, ἡ, dicitur. At Γάργαρον, τὸ, Promontorium Idæ. Inde Γαργαρεὺς dicitur Civis ejus loci, et Γαργαρὶς, ἡ, teste Stephano Byz. [Γάργαρον ἄκρον Ἴδης ap. Hom. Il. Ξ, 292 et aliis locis ; unde Eustath. Opusc. p. 326, 8 : Ὦ λόγων ἄκρον γάργαρον. Discrimen Epaphroditus ap. Steph. Byz. (Etym. M. p. 221, 32, Eustath. p. 986, 44) hoc statuit ut promontorium neutrali forma dicatur, urbs autem feminina, ἡ Γάργαρος, quam ex Alcmane memorat Steph. Byz. Nomen ductum a Gargaro, Jovis filio. Urbem plurali numero τὰ νῦν Γάργαρα vocat Strabo 13, p. 583, et promontorium Γάργαρ' ἀγάννιφα Epicharm. ap. Macrob. Saturn. 5, 20. V. Hemst. ad Lucian. vol. 1, p. 252. Gentile Γαργαρεὺς, quo Strabo utitur 13, p. 606, Steph. Byz. ex epigr. Arati affert, Παισὶν Γαργαρέων βῆτα καὶ ἄλφα λέγων. (Γαργαρὶς, ἡ, ap. Strabon. l. c. p. 610.) Idem vitiosam formam memorat, Ἑλλάνικος δὲ Γάργασον ἔφη τὴν πόλιν διὰ τοῦ σ, ἀλλ' οἴομαι σφάλμα εἶναι. || Præterea Γάργαρον nomen habuerunt oppidulum Lampsacenum, aliud in Italia, tertium in Epiro, quæ Steph. Byz. memorat. G. D.]

[Γαργαρεῖς, οἱ, Gargarenses, ἔθνος ὃ μίγνυται ταῖς Ἀμαζόσιν, ὡς Στράβων ιά (p. 504)· τὸ θηλυκὸν Γαργαρὶς κατὰ τέχνην, ὡς Μεγαρίς· κατὰ δὲ τὸ ἐπιχώριον Γαργαρηνή. Hæc Steph. Byz. Eustath. p. 986, 46.]

[Γαργαρεύς. V. Γάργαρα. Γαργαρεῖς.]

Γαργαρεὼν, ῶνος, ὁ, Gurgulio. Esse autem a sono fictum h. v., tradunt Alex. Aphr. [in Arist. Probl. 2, 3, p. 301 Sylb.] et Etym. [p. 221, 38], et Eust. [p. 697, 28], qui et γάργαρον Idæ promontorium itidem a sono nom. accepisse tradit. Scribit autem Gorr. Gurgulionem esse carnem fungosam, oblongam, a palato juxta narium meatus in os propendentem, superiori quidem parte latiorem, inferiori vero, in modum pyramidis acutam ; eamque ad vocis modulationem facere : unde et πλῆκτρον a quibusdam [ut ab Nemesio De nat. hom. cap. 14, p. 210,] nominatam fuisse. [Hippocr. p. 471, 5 : Ἢν σταφυλὶς ἐν τῇ φάρυγγι γένηται, ἐμπίπλαται ἄκρος ὁ γαργαρεὼν ὕδατος. Alia attulit Foes. in Œcon. Hipp. Aristot. H. A.

1, 11 : Διὰ τὸ ἐκ τοῦ στήθους εἶναι τὴν ἀναπνοὴν καὶ ἐκπνοὴν κατὰ τὸν γαργαρεῶνα. Schol. Ar. Eq. 373 : Τὸν πρηγορεῶνα τὸν λεγόμενον γαργαρεῶνα. Ἀσφάραγον sic interpretatur Apoll. Soph. Hesych. : Γαργαρέων (-εὼν), κιονίς, ἡ καὶ σταφυλίς. Γαργαλεὼν, Uva, Gurgulio, Gl.]

[Γαργαρῆς, θόρυβος, Hesych.]

[Γαργαρίδαι. V. Γανδάραι.]

Γαργαρίζω, Gargarizo, Plin. unde γαργαριζόμενον στύφει Dioscor. 1, Dum gargarizatur. [Schol. Hom. Il. Θ, 48 : Γάργαρον ... ἀπὸ τοῦ γαργαρίζειν καὶ ἀναδιδόναι τὰ ὕδατα. Wakef. Eustath. Opusc. p. 168, 85 : Αἱ μὲν (γλῶσσαι) λείως ἔχουσι ... αἱ δὲ τραχὺ γαργαρίζουσι καὶ ἐξαγριοῦνται.]

[Γαργαρίς. V. Γάργαρα. Γαργαρεῖς.]

[Γαργάρισμα. V. Γαργαρισμός.]

Γαργαρισμὸς, ὁ, Ipsa gargarizandi actio, Gargarizatus, Plin. [28, 12, 51. *Gargarisma* Theodor. Priscian. 1, 15. *Gargarismatium*, Marcell. Empir. 14. || Γαργαρισμὸς ab librariis permutatur cum γαργαλισμὸς, quod v.]

B [Γαργαριστήριον, τὸ, in diplomate sæc. 12 ap. Montef. Palæogr. p. 405, Poculum s. vitrum, e quo hauritur aqua mane ori eluendo, ut interpretatur Reisk. ad Constantin. vol. 2, p. 178. G. Dind.]

[Γάργαρον et Γάργαρος. V. Γάργαρα.]

Γαργάρται, Hesychio λίθοι αὐτοφυεῖς.

[Γάργασις. V. Γαγγίας.]

[Γάργασος, ὁ, Gargasus, Cypseli frater vel filius, ap. Strabon. 10, p. 452. Apud alios Γόργος, quod v. G. Dindorf.]

[Γαργαφία, ἡ, Gargaphia, nomen fontis Bœotici, ap. Herodot. 9, 25, 49, 50; Pausan. 9, 4, 3. Ap. illum codex Sancroft. constanter Γαρσαφίη. G. Dind.]

[Γάργη, ἡ, Garga, urbs Libyæ, quam ex Polyhistoris Libycis memorat Steph. Byz. : Τὸ ἐθνικὸν Γαργαῖος, ὡς Βεργαῖος, τῷ (δὲ τῆς χώρας addit Berkel.) τύπῳ Γαργίτης.]

[Γαργηττὸς, ὁ, Gargettus, Ionis pater, ap. Pausan. 6, 22, 7. || Pagus tribus Ægeidis (Οἰνηίδος Schol. Aristoph. Thesm. 898). Gentile Γαργήττιος : quod ex C inscr. ap. Cyriac. Ancon. affert Holsten. Adverbia ap. Steph. Byz. : Γαργήττηθεν, Γαργηττόνδε, Γαργηττοῖ· quorum primum aperte vitiosum. Codd. γαργηττίηθεν, γαργιτίηθεν, γαργῆσαι. Recta scriptura Γαργηττόθεν. Aristoph. Thesm. 898 : Εἰ μὴ Κρίτυλλά γ' Ἀντιθέου Γαργηττόθεν. Γαργηττοῖ est ap. Strabon. 8, p. 377. In codd. interdum simplici τ scriptum. Sic γαργήτιος in cod. Vratisl. Steph. Byz. et libris pluribus Diogen. L. 10, 1. Γαργήτειος ap. Suid. s. v. Ἐπίκουρος. || Eudocia Viol. p. 96 : Γαργίττος (scrib. Γαργηττὸς), ὄνομα κυνὸς Γηριόνου (Γηρυόνου), ἀδελφὸς τοῦ Κερβέρου, ὃς τὰς βοῦς φυλάττων ἀνῃρέθη ὑφ' Ἡρακλέους, καὶ ἔχει μνῆμα ἐν Ἰβηρίᾳ. G. Dindorf.]

[Γαρεάτης. V. Γαράτης.]

Γάρελον, τὸ, Hesychio γάρος καὶ ἔλαιον, Garum oleo mistum. [Rectius Gl. Γαρέλαιον, Liquamen (ex) oleo. Galen. vol. 6, p. 391 : Παρασκευάσαντες ἐν ἀγγείῳ τὸ καλούμενον γαρέλαιον· ad quem l. vid. Coraes (Xenocr.) p. 183. Γαρέλαιον ex vita S. Pachomii n. 40 affert Ducang.]

D [Γαρίμαντες, οἱ, Garimantes. Hesych. : Γαρίμαντας, τοὺς βαρβάρους· οἱ δὲ ἔθνος Λιβυκόν. Gens Libyca eadem haud dubie quam alii Γαράμαντας dicunt, de qua v. supra. Neque tamen propterea Γαρίμαντες vitiosum haberi potest. Etym. M. p. 221, 41 : Γαρίμας ἐκ τοῦ Μαρίκας, ἢ ἐκ τοῦ γαρίκας καὶ μαρίκας (fort. τοῦ γαρίμας ὁ μαρίκας)· βάρβαρον δὲ τὸ ὄνομα καὶ ἡ κλίσις καὶ ὁ τόνος. Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν. Luciano Lexiph. c. 4, vol. 2, p. 326 : Μὴ ἀπολουσώμεθα κατόπιν τῶν Καριμάντων μετὰ τοῦ σύρφακος, Γαριμάντων restituit Meinek. Quæst. scen. 1, p. 56. Conf. Γέραντες. G. Dind.]

[Γαρίμας. V. Γαρίμαντες.]

[Γαρινδαῖοι, οἱ, Garindæi, populus Arabiæ. Strabo 16, p. 776. Γαρυνδανεῖς ap. Diodor. 3, 43. G. Dind.]

[Γαρῖνος, ὁ, piscis ignoti nomen ap. Marcell. Sidet. v. 37. Schneid.]

[Γάριον, τὸ, Pauxillum gari. Arrian. Dissert. Epict. 2, 20, § 29. G. Dindorf.]

[Γαρίσκος, ὁ, piscis ignoti nomen ap. Marcell. Sidet. v. 33. Schneid.]

A Γάρκαν, Hesychius a Macedonibus dici scribit τὴν ῥάβδον, Virgam, afferens paulo post et Γάῤῥα pro ῥάβδος.

[Γάρκον, τὸ ἔσω τῆς πλήμνης σιδήριον, ὃ τὸν ἄξονα τρίβει, Lex. Rhet. p. 230, 11. Etym. M. p. 221, 44. Zonaras p. 422, nisi quod ap. Zonaram γάρκος.] Γαρνὸν, Hesychio τὸ ἔσω τῆς πλήμνης σιδήριον, ὃ τὸν ἄξονα τρίβει. Pollux [1, 145], paroxytonως [et rectius, ut videtur] habet γάρνον, qui et ἄταρνον nominari ait et δέστρον. [Ἄταρνον, quod ex dittographia ortum, recte delet Ruhnk. Auct. ad Hesych. vol. 1, p. 802.]

[Γαρμαθώνη, ἡ, Garmathona, regina Ægypti, ap. Pseudo-Plutarch. De fluv. p. 30, 31 Huds. (1027 Wytt.) G. Dind.]

[Γαρμᾶνες, οἱ, Garmanes, populus Indiæ, ap. Strab. 15, p. 712, 713, ubi alii libri Γερμᾶνες. G. Dindorf.]

Γαρμαφὼν, Hesychio λευκότης, λαμπηδών· quo significatu et γάνος dicitur. [Corruptela manifesta. Parum tamen probabilis Kusteri conjectura est, γάρμα, φωνὴ, id ut pro γῆρυμα dictum sit.]

B [Γάρμος, ὁ, Garmus. Suidas, Γάρμος, ὄνομα κύριον. « Ὁ δὲ ἕτερος ταῦρος ἐμυκήσατο κακὸν φώνημα Γάρμῳ. » Fuit rex Babyloniæ : vid. Jamblich. Babyl. ap. Phot. Bibl. p. 74—78. G. Dindorf.]

[Γάρνον. V. Γάρκον.]

[Γαροίας, ὁ, Garœas, fl. Indiæ. Arrian. Hist. Ind. c. 4, p. 317 : Ὁ Ἀκεσίνης ... ἐσβάλλει ἐς τὸν Ἰνδὸν ... ἅμα οἱ ἄγων ... Γαροίαν. Cod. Flor. γαρροίαν. G. Dind.]

Γάρον, τὸ, sive Γάρος, ὁ, Garum, Liquamen s. Sanies piscium sale conditorum et maceratorum : primum e garo pisce fieri solitum, unde et nom. habet; deinde e scombro, intestinis eorum, ceterisque, quæ abjicienda essent, sale maceratis; postremo vero et privatim ex inutili quodam pisciculo minimoque cœpit confici, et e qualibet etiam materia diversis modis præparari. Verum Diosc. non e salsis modo piscibus, sed animalium etiam carnibus garum fieri solitum scribit. Quo vero modo fieret, nemo veterum prodidit, quibus nimirum additis saporibus et qua muria (diversum enim fuisse a muria s. salsugine C piscium, intelligi potest e Gal. de simpl. Med. Fac. 2, et Martialis etiam Xeniis de garo et muria) condiretur, quæque tam diligens purgatio et lotura ejus esset, ut sordidum alioqui et fæculentum poculum grato sapore bibi potuerit : nam Gal. et dulcis gari meminit, idemque scripsit plurimum facere ad delectationem. Constantinus quidem Cæsar De agricultura 20 aliquot gari parandi rationes commemorat, sed ambiguum sintne illæ eædem quæ superioribus seculis fuere. Variæ enim gari differentiæ et nomina memorantur : ut Carthaginense, Hispanum, sociorum, nigrum, αἱμάτιον, πρωτεῖον, οἰνόγαρον, ὀξύγαρον. Ac Carthaginense quidem et Hispanum dictum est, quod e finibus Carthaginis et Hispaniæ laudatissimum deferretur. Sociorum vero, quod ganeones et gulæ dediti sociatim eo uterentur, et ob præcipuam, quæ inter socios eo vescentes caperetur, voluptatem. Nigrum vero et fæcosum et αἱμάτιον, h. e. Sanguineum, quod veluti fæx esset piscium, quodque eorum cruor ad confectionem ejus adhiberetur : in- D testinis enim thynni cum branchiis, cruoreque, ac sanguine in vase aliquo sale aspersis, post bimestre vase illo perforato, effluit illud αἱμάτιον γάρον dictum : quod videtur esse id, quod P. Ægin. γάρον πρωτεῖον, Garum primarium s. excellens, nominat. Quod vero οἰνόγαρον atque ὀξύγαρον appellatur, jam simplex non est, sed illud quidem vino mistum, hoc vero aceto conditum : ut et γάρελον [rectius γαρέλαιον,] cui admistum oleum. Similiter et ὑδρόγαρον, quod aqua dilutum est : de quibus Act. 3, 84—6 : qui c. 82 descriptionem etiam τοῦ γάρου καθαρτικοῦ explicavit. Hæc inter alia Gorr. Porro masc. quoque gen. dici γάρον, testatur Athen. 2, [p. 67, C, et Herodian. περὶ μον. λέξ. p. 35, 19, et ap. Pierson. ad Moer. p. 437], hoc ex Æschylo hemistichium afferens, καὶ τὸν ἰχθύων γάρον. [Ex Proteo satyrica fabula.] Sic vero et Alex. Aphr. Probl. 1, dicit ὁ γάρος. Apud Polluc. vero [6, 65, nunc ex libris correctum] gemino ρ scriptum Γάῤῥος, afferentem ex Sophocl. [Triptolemo] : Οὐδ' ἡ τάλαινα δοῦσα ταριχηροῦ γάῤῥου· ut Diosc. quoque 2,

39 : Γάῤῥον τὸ ἐκ ταριχηρῶν ἰχθύων καὶ κρεῶν. Sed eam scripturam nullo modo probare possum, cum metrum quoque in illo Soph. iambo eam non admittat. Passim vero et in aliis ap. Athen. poetarum ll. prior ejus syllaba corripitur, ut Martial. quoque in Xeniis, Exspirantis adhuc scombri de sanguine primo Accipe fæcosum, munera cara, garum. Et l. 7, 94 : Unguentum fuerat, quod onyx modo parva gerebat : Nunc postquam olfecit Papilus, ecce garum est. Ubi etiam nota Garum est dici pro Ingrati odoris est modo gari, sc. σαπροῦ : ut Plin. quoque 31, 7, dicit florem salis esse rem odore quoque ingrato, ceu gari. Idem Plin. de utroque garo, et liquamine nimirum et pisce, 31, 7 et 8. [Gl. Γάρον· Liquamen. Γάρος· Liquamen. Alciphr. 1, 18 : Ὁ τὸν χρηστὸν καὶ ἡδὺν γάρον ἕψων ἐκ τῶν λεπτοτέρων ἰχθύων. Τὸ γάρον in Geopon. 20, 46, aliquoties, ubi ed. Bas. τὸ γάρος. Sed in eodem capite τῷ γάρῳ sect. 5. Etym. M. p. 746, 48 : Τάριχος ... παρὰ τὸ γάρη ἔχειν. Aliam gari speciem sine piscibus parati memorat Julius Afric. Cestor. p. 300 : Ἀλλὰ καὶ γάρος ἐξ ἅλμης ἀκράτου μέρους ἑνὸς καὶ δύο οἴνου τοῦ γλυκέος κ. τ. ἕ. de quo v. Schneid. in indice ad Scriptt. R. R. p. 205. G. DINDORF.]

[Γαροπώλης, Liquaminarius, Gl.]

[Γάρος. V. Γάρον.]

[Γαρότας, ὁ, Qui terram arat. Athen. 3, p. 98, D : Ἄθανις δ' ἐν πρώτῳ Σικελικῶν τὸν αὐτόν φησι Διονύσιον (tyrannum dicit) καὶ τὸν βοῦν γαρόταν καλεῖν. Epist. Socr. 35, p. 42 : Πρῶτον μὲν οὖν συγχαίρω Συρακουσίοις, ὅτι πέπαυνται τὸν χοῖρον ἴαχχον καλοῦντες καὶ τὸν βοῦν γαρόταν. Conf. Γειαροτὴρ et Γειαρότης et Lobeck. Aglaoph. p. 856. G. DINDORF.]

[Γάῤῥα. V. Γάρκαν.]

[Γάῤῥης, ἄγρης, Hesych.]

[Γαῤῥίαι, γάμοι, Hesych.]

[Γαῤῥιώμεθα, λοιδορούμεθα, Hesych.]

[Γάῤῥον et Γάῤῥος lectiones vitiosæ. V. Γάρον.]

Γάρσανα, φρύγανα, Cretenses, Hesych. [Simile voc. ap. Philon. in Mathem. vett. p. 99 : Ἐὰν δὲ ἀντιμεταλλευόντων τῶν ἔνδοθεν συντριβῇ ἢ εἰς λεπτὸν συνέλθῃ τὸ ὄρυγμα, χρηστέον ἐστὶ τοῖς βουπόροις καὶ τοῖς γάρσοις (*virgis* interpres Latinus) καὶ τοῖς ζιβύναις. G. DIND.]

[Γαρτύδας, ὁ, Gartydas, Pythagoreus, ap. Iambl. V. P. 265, p. 520, ubi in codd. γὰρ τύδαν. G. DINDORF.]

[Γαρυνδανεῖς. V. Γαρινδαῖοι.]

[Γαρύω. V. Γηρύω.]

[Γαρώδης, ὁ, ἡ, Gari colore. Theophil. De urin. p. 86. WEIGEL.]

[Γάς. V. Γαῖα.]

[Γασανδῶν, populi Arabiæ, mentionem facit Diodor. 3, 44. Apud Agatharch. Κασανδρεῖς.]

[Γάσηπτον, τό. Pausan. 3, 12, 8 : Λακεδαιμονίοις ... ἔστιν ἐπονομαζόμενον Γάσηπτον ἱερὸν Γῆς. Recte, ut videtur, Porson. Γάσεπτον. G. DINDORF.]

Γάσος, Hesychio ὁ ἀπατεὼν, ὁ πολλὰ εἰδὼς καὶ πανοῦργος, ex Hesiod. Theog. [Sed verba ὡς Ἡσίοδος ἐν τῇ Θεογονίᾳ ad proximam glossam Γαστέρες οἷον referenda.] Supra Γάνδος pro eodem.

[Γάσσαν, ἡδονὴν, Hesychius.]

[Γαστέριον. V. Γαστήρ.]

Γαστεροπλὴξ, ῆγος, ὁ, ἡ. Eustathio [p. 1837, 39], γαστεροπλὴξ est i. q. γαστρίμαργος s. γάστρις : non afferenti tamen hujus signif. rationem : at ego crediderim hoc quoque τοῦ μαίνεσθαι signif. habere, ut sc. dicatur γαστερόπληξ, ita enim collocatus est ap. eum accentus, ea forma qua φρενοπλήξ. [Philo Jud. vol. 1, p. 22 (?). WAKEF.]

[Γαστερόχειρ. V. Γαστρόχειρ.]

Γαστὴρ, ἔρος, ἡ, Venter, Ventriculus. [In prosa oratione γαστρὸς γαστρὶ γαστέρα. Poetæ utraque declinatione utuntur. Sic Eurip. in Cycl. 219, γαστέρι· 334, γαστρί. Dativi pluralis formam vulgarem γαστράσι ex Dione Cass. 54, 22, inusitatam γαστῆρσι ex Hippocr. De morb. 4, 27 affert Buttmann. in Gr. Gr. vol. 1, p. 184. Propter accentum autem Γαστὴρ inter μονήρη est. V. Herodian. Περὶ μ. λ. p. 16, 21. G. D.] Od. Δ, [369], M, [332] : Ἔτειρε δὲ γαστέρα λιμός· Σ, [53] : Γαστὴρ κακοεργός· Ζ, [133] de leone, κέλεται δέ ἑ γαστὴρ μήλων πειρήσοντα καὶ εἰς πυκινὸν δόμον ἐλθεῖν. Hesiod. [Theog. 599] de fucis, Ἀλλότριον κάματον σφετέρην ἐς γαστέρ' ἀμῶνται. [Sic Plut. Mor. p. 525, C : Εἰς τὴν γαστέρα ἐδημαγώγει. Hom. Il. Τ, 225 : Γαστέρι δ' οὔπως ἔστι νέκυν πενθῆσαι Ἀχαιοὺς, ubi Eustath. ἤτοι πιεσμῷ τῆς γαστρὸς καὶ ἀσιτίᾳ. Palladas in Anth. Pal. 10, 47 : Ἔσθιε, πῖνε ... οὐ γὰρ ἔοικε γαστέρι πενθῆσαι νεκρὸν, Ὅμηρος ἔφη. Τύπτειν εἰς τὴν γαστέρα, Aristoph. Nub. 549. Ἐνάλλεσθαι εἰς τὴν γαστέρα, Plutarch. V. Luculli c. 11; Moral. p. 1087, B; Theopomp. apud Athen. 10, p. 443, C, ab Strongio cit. : Ἀκράτορες τῶν γαστέρων γενόμενοι, Cum alvi dolorem ferre non possent. Γαστρὸς ῥύσις, Alvi profluvium, ap. medicos. Iamblich. Babyl. ap. Phot. Bibl. p. 74, 4 : Τὰς γαστέρας καταῤῥυέντες. Γαστέρα ὑπάγειν, Ventrem subducere, vel exonerare, ab veteribus dici, non κατὰ κοιλίας ποιεῖν, monet Phrynich. p. 308 Lob. Conf. s. Ὑπάγω. Γαστέρα ἐπέχειν, ἱστάναι, λύειν v. s. his verbis.] Dicitur autem mulier gravida ἐν γαστρὶ ἔχειν, ut ap. Herodot. et Pausan. [4, 33, 3. Vita Homeri, Herodoto tributa, c. 2 : Συνέβη τὴν παῖδα μιγεῖσαν ἀνδρὶ λαθραίως ἐν γαστρὶ σχεῖν. Sæpe in libris V. et N. T.] Unde jocus cujusdam negantis ἐν γαστρὶ ἔχειν illam, quæ triduo nihil edisset. [Κατὰ γαστρὸς ἔχειν Thomas Mag. s. v. Κύει p. 557, et Etym. M. 311, 39 in additamento Turrisani. SCHÆF. Geopon. 16, 1, 3 : Φέρει κατὰ γαστρὸς ἡ ἵππος μῆνας ιά.] Vel ἐν γαστρὶ φέρειν, ut Plato de LL. [7, p. 792, E.] Et ἐν γαστρὶ λαβεῖν, quæ concepit, in Epigr. [Nicarchi in Anth. Pal. 11, 18. Aristot. H. A. 9, 50 : Ἵνα μὴ ἐν γαστρὶ λάβωσιν (αἱ κάμηλοι). Exempla ex V. T. collecta vide ap. Schleusner. Συλλαμβάνειν ἐν γαστρὶ Lucas Ev. 1, 31. Γαστὴρ, Venter gravidæ, ap. Chariton. 3, 7 ab Schæf. cit. et Philostr. V. A. 3, 39, p. 129 : Γυνή τις ἑπτὰ ἤδη γαστέρας δυστοκοῦσα, Quæ septies partum difficilem fecerat.] Possumus vero γαστέρα Gulam etiam interpr. in ea signif., qua dicitur aliquis gulæ deditus esse, in nonnullis loquendi generibus : ut quum dicit Xen. [Cyrop. 4, 2, 39] : Γαστρὶ χαρίζεσθαι· cui opp. ab Eod. arbitror γαστρὸς κρείττω εἶναι. Possumus autem hic et Ventris appellationem retinere, et γαστρὶ χαρίζεσθαι ex Horatio reddere, Duci ventre. Sed et γαστριμαργίαν videtur idem Xen. Ἑ. 5, [3, 21] γαστρὸς nomine signif., Τοσοῦτον γὰρ ἐγκράτεια γαστρὸς διαφέρει. [Male utitur hoc loco, in quo ἐγκράτεια γαστρὸς conjungenda, ut in altero ἐγκρατεῖς γαστρός.] At, quum dicit Cyrop. 1, [2, 8] : Ἐγκρατεῖς εἶναι γαστρὸς καὶ ποτοῦ, γαστρὸς, redditur Cibi. [Idem Œcon. 9, 11 : Ἐγκρατεστάτη καὶ γαστρὸς καὶ οἴνου. Memor. 1, 5, 1 : Ἥττων γαστρὸς ἢ οἴνου. Γαστρὸς δοῦλος aut γαστρὶ δουλεύων, non γαστρίδουλος, dici jubet Thomas M. p. 181. Hinc γαστὴρ, homo ventri deditus : vid. Valcken. Schol. in N. T. vol. 1, p. 38. Hesiod. Theog. 26 : Γαστέρες οἷον, quod Hesych. interpr. τροφῆς μόνης ἐπιμελούμενοι. Poeta ap. Stob. Flor. 62, 15 : Οὕτω γὰρ κακὸν δοῦλον γένος· γαστὴρ ἅπαντα. Longus 4, 11 : Γνάθων ... οὐδὲν ἄλλο ὢν ἢ γνάθος καὶ γαστὴρ καὶ τὰ ὑπὸ γαστέρα. I. e. κατωφερής. Thomas M. p. 520 : Κατωφερὴς τινὲς μὲν λέγουσιν ... σὺ δὲ ἀκόλαστος λέγε καὶ δοῦλος τῶν ὑπὸ γαστέρα. Athen. 3, p. 116, F : Περιπλεύσας τὴν οἰκουμένην γαστρὸς ἕνεκα καὶ τῶν ὑπὸ γαστέρα. Vid. Boisson. ad Anecd. vol. 4, p. 216.]

|| Ventriculus os geminum habet, unum supernum, quod στόμα τῆς γαστρὸς proprie dicitur et στόμαχος, alterum inferum, angustius, quod πυλωρὸς appellatur. Hæc Gorr. qui et addit esse, qui γαστέρος nomine designari dicant totam eam regionem, quæ septo transverso, hypochondriis et pube circumscribitur : sed eam ἐπιγάστριον potius vocandam sibi videri : γαστέρα autem peculiari nom. Gal. appellare Ventriculum, in quem cibi ingeruntur et concoquuntur. [|| Farcimen ex ventriculo factum. Hom. Od. Σ, 44 : Γαστέρες αἵδ' αἰγῶν κέατ' ἐν πυρὶ, τάς τ' ἐπὶ δόρπῳ κατθέμεθα κνίσης τε καὶ αἵματος ἐμπλήσαντες (ubi Eustath. p. 1837, 13 : Τὰς δὲ γαστέρας φύσκας τινὲς τῶν παλαιῶν ἡρμήνευσαν) et similiter Υ, 25. Aristoph. Nub. 408 : Ὤπτων γαστέρα τοῖς ξυγγενέσιν.]

|| Γαστέρες a Laced. dictæ sunt etiam γογγυλίδες, a Bœotis autem κράμβαι, ut Eustath. [p. 1577, 63] ex Athen. [de quo v. s. Γαστραία] refert. At Γαστορὶς ap. Hesych. ambas hasce signif. habet : exponitur enim ab eo γογγυλὶς ἢ κράμβη. || Γαστὴρ et Γαστέριον esse

genus Vasis quidam post Hermol. scripserunt. [Conf. Γάστρη. G. Dind. || Γαστὴρ clypei. Tyrtæus 2, 24 : Ὤμους ἀσπίδος εὐρείης γαστρὶ καλυψάμενος. Valck.]

[Γαστερίς. V. Γαστήρ.]

[Γάστρα. V. Γάστρη.]

Γαστραία, ἡ, dicta γογγυλὶς a Laced., teste Hesych., i. e. Rapa. [Athen. 9, 369, A : Γογγυλίδας Ἀπολλᾶς ... ὑπὸ Λακεδαιμονίων γαστέρας φησὶ καλεῖσθαι· Νίκανδρος δ' ὁ Κολοφώνιος ἐν ταῖς Γλώσσαις παρὰ Βοιωτοῖς γάστρας ὀνομάζεσθαι τὰς κράμβας, τὰς δὲ γογγυλίδας ζακελτίδας· ubi Eustathius utrobique γαστέρας legit : Epitomes codex Paris. γαστέρας ... γάστρας. Codex Venet. γαστέρας ... γαστεας (sic), quod in apographis in γαστέρας mutatum est. Hesychii glossam consideranti probabilius videbitur bis γαστραίας scribendum. Alia forma ap. Hesych. inferius, Γέστα, γογγυλίς. G. Dindorf.]

[Γαστραφέτης, ὁ, machina quædam a Zopyro Tarentino composita, quam describit Bito in Mathem. vett. p. 111—113. Originem nominis explicat Hero ibid. p. 126 : Ἐκάλουν δὲ τὸ ὅλον ὄργανον γαστραφέτην, ἐπειδήπερ διὰ τῆς γαστρὸς ἡ καταγωγὴ τῆς τοξίτιδος ἐγίγνετο. Indicavit Schneid., Tzetzam Chil. 11, 617 Schæf.]

Γάστρη, et Γάστρα, ἡ, Fundum vasis. [Γάστρη Ionica, γάστρα vulgaris dialecti forma. Arcad. p. 101, 26.] Eust. [p. 1605, 5] γάστρην τρίποδος ap. Hom. [Il. Σ, 348; Od. Θ, 437] exp. τὸν πυθμένα, alibi autem [p. 1146, 37] τὴν κοιλότητα. Athen. 60 [5, p. 199, C] de Cratere prægrandi loquens, Εἶχεν δὲ ἄνω ἀκρωτήρια, καὶ ἐν ταῖς γάστραις κύκλῳ. [Nicand. Ther. 106 : Ἐν περιηγέϊ γάστρῃ. Quint. Sm. 5, 382. Wakef. Hermiam in Platon. Phædr. p. 202 ed. Ast. citat Schæf. Κεραμίων γάστραι ap. Hesych. s. v. Ἀρδανίαι et Pausan. ap. Eustath. p. 707, 33. Antiattic. p. 88, 10 : Γάστραι· τὸ σύντριμμα τῶν ἀμφορίων, ὧν αὐτὸ τὸ γαστρῶδες μένει· αὐτὴν δὲ τὴν γάστραν ἀντὶ τοῦ τῆς γαστρός. Recentiorum exempla v. apud Ducang.] || Dicitur et de Navi γάστρα, teste Poll. et signif. ejus Fundum, i. e. Carinam : vel, ut alii vocare e Sallustio malunt, Alveum. [1, 87 : Τὸ ἔδαφος τῆς νεὼς κύτος καὶ γάστρα καὶ ἀμφιμήτριον ὀνομάζεται. Schol. Thucyd. 1, 50, ab Schæf. cit. : Σκάφη καλεῖ τὰ κοιλώματα τῶν νεῶν, ἃ ἡμεῖς γάστρας καλοῦμεν. Γαστέρα dici τὴν τρόπιν τῆς νηὸς tradit Schol. Hom. Od. E, 249, ex glossa cod. Palat. corrigendus, ubi recte γάστρα. || Γάστραι, τὰ ὀπίσθια τῶν μηρῶν, Hesych. Quod γαστροκνημία vel γαστροκνήμιον dici solet.]

[Γάστρηναν. Eratosth. ap. Schol. Nicand. Ther. 466 : Αἱ δὲ πελιδναὶ πυθεδόνες γάστρηναν ὑπέτρεφον οὐλοὸν ἕλκος. Locus corruptus, ab Schneid. cit.]

[Γαστρήνη, ἡ, i. q. γάστρα, ex Ænea Poliorc. c. 4, p. 21 indicat Schneid. Legitur ibi ἔφερε πῦρ ἐν γαστρήνῃ. Codex Medic. πῦρ γαστρήνην. Corrige πῦρ ἐν γάστρᾳ aut saltem γάστρῃ. G. Dindorf.]

[Γαστρίαν, στρόφον, ἢ διάνοιαν, Hesych. Ubi Kust. διάρροιαν.]

[Γαστριβόρος. V. Γαστροβόρος.]

Γαστρίδιον, τὸ, Parvus venter. [Gloss. Uterculus. Aristoph. Nub. 392 : Ἀπὸ γαστριδίου τυννουτουὶ οἷα πέπορδας. G. Dind.]

[Γαστρίδουλος, ὁ, ἡ, Ventri serviens, Lurco. Inter similia composita est ap. Theognost. in Bekk. Anecd. p. 1356. Thomas M. p. 181 : Γαστρίδουλος μὴ εἴπῃς, ἀλλὰ γαστρὸς δοῦλος, ἢ γαστρὶ δουλεύων, ἢ γαστρὸς ἥττων. Non infrequens in scriptis Patrum vocabulum. Basil. M. vol. 3, p. 208 et Pallad. De Vita Io. Chrys. p. 139 indicat Hemst., Ioann. Chrys. in Ioann. Hom. 44, vol. 2, p. 736, Seager. Diodori Sic. locum v. s. v. Γάστρις.]

Γαστρίζω, Ventrem expleo, Ventrem saburro, Opipare et laute accipio. Lucian. [Dial. mer. 10, vol. 3, p. 307] : Ἐχρῆν, ὦ Δρόση, γαστρίσαι τὸν Δρόμωνα. [Gl. Sagino.] Unde Γαστρίζεσθαι, Ventrem suum saburrare, Helluari. Athen. 4 : Δεῖ τὸν πρῶτον εἰς ἀλλοτρίαν οἰκίαν ἐρχόμενον ἐπὶ δεῖπνον, μὴ γαστρισόμενον εὐθὺς ἐπὶ τὸ συμπόσιον χωρεῖν. [Lucian. Rhet. Pr. 24, Ep. Sat. 38.] Sic Basil. : Ἀλλ' οἴεσθε τὸν γαστριζόμενον καὶ καταυλούμενον καὶ ἐπὶ μαλακῆς κοίτης ῥέγκοντα, τοῦτον ἀξίως χαρᾶς διαζῆν. In Hippiatria dicitur et de equis γαστρίζειν, inquit Bud., pro Farragine distendere, i. e. γράστει. [Lectio vitiosa. V. Γραστίζω.] || In ventrem cædo,

A Aristoph. Vesp. [1529], et γαστρίζομαι, In ventrem cædor : Eq. [273] : Ὑφ' οἵων θηρίων γαστρίζομαι· contra Phrynich., qui negat Att. hac in signif. dici. [Phryn. p. 94 Lob. : Γαστρίζειν ἐπὶ τοῦ ἐμπίπλασθαι λέγουσιν Ἀθηναῖοι, οὐκ ἐπὶ τοῦ τὴν γαστέρα τύπτειν, quæ repetit Thomas M. p. 182. Hesych. Γαστρίζεσθαι· λαβρότερον (λαμπρότερον Etym. M.) τρέφεσθαι ὑπὲρ τὴν χρείαν, ἤγουν γαστριμαργεῖν. Γαστρίσαι, εἰς τὰ στέρνα πλῆξαι· ἢ χορτάσαι. « Pollux usum verbi γαστρίζειν et ὑπογαστρίζεσθαι pro *helluari* generatim comœdiæ assignat 2, 168, quæ tot tamque diversos auctores complectitur, ut, nisi aliquis unus nominatim proferatur, hoc testimonium ponderis habeat perparum. Neque nobis notus est Atticus scriptor vel unus, qui Pollucis sententiam confirmet; quod in tanta rerum convivalium celebritate haud fortuito factum videri potest. Accedit quod ea significatio verbi, quam Phrynichus Atticis abjudicat, naturæ convenientior est. Jure itaque mireris Sextum Empir. patrii sermonis adeo ignarum fuisse, ut γαστρίζειν ἀντὶ τοῦ τύπτειν εἰς γα-
[Γίγγλυμος, ὁ: nam hoc accentu scribendum. V. canonem Arcad. p. 61, 15. G. D.] Γιγγλυμὸς Hesychio [Lex. Rhet. p. 232, 22 et Etym. M. p. 231, 30, ubi γίγλυμος] ὁ στρεφόμενος γόμφος ἐπὶ τῶν θυρῶν, Cardo portæ, qui cum ipsa porta vertitur: vel potius Ferramenta illa duo, quæ per commissuram inter se cocuntia clavo trajecto portam sustinent, et in quibus ipsa ceu cardinibus vertitur. [Γιγγλύμου (vulgo γιγλύμου) πολυστροφώτερος, Cardine versatilior, ap. Suid. s. v. Διονυσίων. Hesychius autem addit: Καὶ ἐπὶ τοῦ θώρακος οἱ στροφεῖς, qua signif. dixit Xenoph. De re eq. 12, 6: Τοῦ μὲν οὖν θώρακος τὸ κωλῦον ταύτῃ ἀφαιρετέον· ἀντὶ δὲ τούτου πτέρυγες ἐν γιγγλύμοις προσθεταί ...] Inde ad διάρθρωσιν transfertur. Γιγγλυμὸς enim, s. γίγγλυμος, inquit Gorr., dicitur tertia species διαρθρώσεως, per quam ossa sese invicem ingredientia, ita secum conjunguntur, ut unius caput in alterius cavitatem condatur, et vicissim hujus caput in illius sinum excipiatur. Est enim hæc διάρθρωσις plerisque ostiorum cardinibus similis, in quibus ferramenti utriusque, quod proprie Gr. γίγγλυμος appellatur, tum ejus, quod parieti infixum est, tum alterius, quod ostio adhæret, pectines mutuo implexu sese subeunt. In quibus vero ostiis clavus crassior parieti affixus ostii verticillum subit, non γίγγλυμος, sed verius γόμφωσις dicitur. Plura autem ossa in corpore τῷ γιγγλύμῳ connectuntur, ut cubitus cum brachio, crus cum tibia, tibia cum astragalo, astragalus cum pterna, vertebræ similiter invicem. Sic sane Hippocr. De LL. in Hom. [p. 411, 11]: Τῷ δὲ ἐικραίῳ τούτῳ τὸ ὀστέον, ἡ κνήμη καλεομένη, οἷον ἐν γιγγλύμῳ ἐνήρμοσται. [Conf. Cocch. Chirurg. p. 142.] Notandum porro et per simpl. γ reperiri Γίγλυμοι, itemque Γιγλυμώδης, pro γίγγλυμοι et γιγγλυμώδης: ut ap. Aristot. H. A. 4, 4 [p. 529, 32 nunc ex libris nonnullis correctum]: Τὰ δὲ δίθυρα, sub. κογχύλια, τὴν μήκωνα ἔχει, ἐν τῷ γιγλυμώδει· quod Gaza vertit, Ad partem, quæ mutuo testarum complexu continetur. Similiter ap. Suid. γίγλυμοι in Ms. etiam exemplari unico γ et proparoxytonως. [Ap. Aristot. De anima 3, 10, p. 433, 22: Νῦν δὲ ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν τὸ κινοῦν ὀργανικῶς, ὅπου ἀρχὴ καὶ τελευτὴ τὸ αὐτὸ, οἷον ὁ γιγγλυμὸς, var. lect. γινγλυμὸς, γιγλυμὸς, γιγλυσμὸς, γιγγλισμός. Γιγγλύσμοι vitiosum ex Josephi A. Jud. 3, 5 affert Hemst. Ap. Polluc. 10, 22 γιγλύμοι et γιγγιλίνη.] || Rursum γιγλυμὸς Hesychio φιλήματος εἶδος: pro quo Eustath. [p. 1880, 62] e Pausania habet γιγγλισμός. Sunt qui e Catullo interpr. Oscula columbatim data. [Veram esse Hesychii et Etym. M. lectionem ex Photii glossa colligi potest p. 245, 22: Μανδαλωτὸν, εἶδος φιλήματος, ὡς γιγγλιμωτὸν (corr. γιγγλυμωτὸν) καὶ δράπετον καὶ ἕτερα. || Femininæ formæ exemplum Schneid. citat ex Apollodori Poliorc. in Math. vet. p. 41, τὰς γιγγλύμας, ubi libros Mss. τοὺς γιγγλύμους habere, de quo nihil annotatum in ed. Paris. G. D.]

[Γιγγλυμόω.] A Γίγγλυμος est et verb. Γιγγλυμοῦσθαι, quo Hippocr. utitur De artic. [p. 810, A]: Ἐν δὲ τῷ ἐπέκεινα ἐν ἄρθροισι γεγιγγλύμωνται πρὸς ἀλλήλους οἱ σφόνδυλοι. Ubi Gal. rursum annotat, γεγιγγλυμῶσθαι dici τοὺς σφονδύλους πρὸς ἀλλήλους, quoniam τέτταρας ἀποφύσεις ἔχοντες εἰσδιαρθροῦνται· ταῖς δύο μὲν γὰρ ὑποδέχονται τὰς ἐξοχὰς τοῦ πλησιάζοντος σφονδύλου, ταῖς δύο δὲ ἐπιβαίνουσι κατὰ θάτερα· παραπλησία δέ πως ἐστὶ καὶ ἡ τῶν

A γιγγλυμῶν παρασκευή. In Lex. quoque Hippocrat. [p. 452] γεγιγγλύμωνται, ita enim reponendum pro γιγγλύματα, quod in vulg. Edd. legitur, exp. ἀντεμβαίνουσιν εἰς ἀλλήλους, ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς θύραις οἱ γιγγλυμοί. [Codd. γεγιγγλύματα et γεγγιγλύματα. Recte Steph.] Gorr. interpr. Per ginglymon juncti sunt: Galen. vero, Structuram habent ginglymo similem: ut ostendat in iis non verum esse ginglymum, quia non sit in eodem mutuus ossium duorum ingressus, inquit idem Gorr.

[Γιγγλυμώδης, ὁ, ἡ. V. Γίγγλυμος.]

[Γιγγλυμώτη, ἡ, Ginglymota, urbs Phœniciæ, quam ex Hecatæo memorat Steph. Byz. G. Dind.]

[Γιγγλυμωτὸς, ἡ, ὸν, Cardinibus consertus. Philo in Math. vet. p. 91: Γιγγλυμωτὰς σανίδας συγκλειομένας καλωδίοις. Hemst. Apollod. Poliorc. ibid. p. 41: Προτείχισμα ξύλινον γιγγλισμωτόν. Corrig. γιγγλυμωτόν. || Γιγγλυμωτὸν osculandi modum quendam dictum esse annotavit Photius, cujus verba s. v. Γίγγλυμος posui. G. Dindorf.]

B [Γίγγοι, οἱ, Gingi, gens Libyca, ap. Agathem. 2, 5, p. 40.]

[Γίγγρα. V. Γίγγρας.]

[Γιγγραΐνος. V. Γίγγρας.]

[Γιγγραίνω vox nihili. V. Γίγγρας.]

[Γιγγραντὸς, ἡ, όν.] Γιγγραντὰ μέλη dicuntur Carmina quæ ad gingras cantantur. Axionicus ap. Athen. 4, [p. 175, B]: Οὕτω γὰρ ἐπὶ τοῖς μέλεσι τοῖς Εὐριπίδου Ἄμφω νοσοῦσιν, ὥστε τἄλλ' αὐτοῖς δοκεῖν Εἶναι μέλη γιγγραντὰ καὶ κακὸν μέγα. Ubi γιγγραντὰ μέλη dicit eo pene sensu, quo dicitur Καρικὴ μοῦσα, et Καρικὰ αὐλήματα, de cantu et tibiarum modulis, qui ob stridulum lugubremque et querulum sonum molestiores auribus sunt, non aliter ac illa carmina, quæ γίγγραις s. γίγγροις decantabantur, tibiarum genere stridulo et lugubri, ut jam dicetur [s. v. Γίγγρας].

Γίγγρας, ὁ, dictus fuit αὐλίσκος τις γοώδη καὶ θρηνητικὴν φωνὴν ἀφιείς· Parvula quædam tibia lamentabilem flebilemque emittens vocem, teste Poll. 4, [76], ubi dicit Phœnicum quidem eam esse inventum,
C Caricæ autem musæ πρόσφορον, denominatum vero esse ab Adonide, quem Γίγγραν Phœnices sua lingua appellant. Tryphoni quoque ap. Athen. 14, [p. 618], γίγγρας est αὐλήσεως ὄνομα. Ab Eod. 4, [p. 174, F,] eædem tibiæ vocantur Γίγγροι etiam. Ibi enim quum dixisset Phœnices χρήσασθαι αὐλοῖς σπιθαμιαίοις τὸ μέγεθος ὀξὺ καὶ γοερὸν φθεγγομένοις· sed et Caras iisdem usos fuisse ἐν τοῖς θρήνοις: subjungit mox: Ὀνομάζονται δὲ οἱ αὐλοὶ γίγγροι, ὑπὸ τῶν Φοινίκων, ἀπὸ τῶν περὶ Ἄδωνιν θρήνων· τὸν γὰρ Ἄδωνιν Γίγγρην καλεῖτε ὑμεῖς οἱ Φοίνικες. Addit etiam, τῶν γίγγρων meminisse Antiphanem in Ἰατρῷ, et Amphidem in Dithyrambo. In Amphidis tamen loco, quem solum citat, non γίγγρος est, sed γίγγρας. Ἐγὼ δὲ, inquit, τὸν γίγγραν [libri γίγγραν τε, quod γίγγραν γε corrigendum, nisi vera est lectio apographi Florentini γίγγραντα] τὸν σοφώτατον. Et rursum: Τίς δ' ἔσθ' ὁ γίγγρας; καινὸν ἐξεύρημά τι [... ὃ ... Ἀθήνησιν ... κατακεχρημένον] ἐν συμποσίοις ἥδιστον [ἤδη 'στίν]. Veruntamen γίγγρος illud mendo carere, ex Hesych. patet: qui et ipse tradit
D γιγγρὸν s. γίγγρον, esse αὔλημά τι et εἶδος αὐλοῦ. Idem Hesych. habet et Γιγγρίαι pro γίγγραι s. γίγγροι: eoque auctore γιγγρίαι sunt αὐλοὶ μικροὶ, ἐν οἷς πρῶτον μανθάνουσι. Eust. vero γιγγραΐνους habet pro illo, quod Athen. γίγγρους. Sic enim scribit, p. 1157, [40]: Ξενοφῶν [sic etiam ap. Athen. cujus verba hic exscripsit Eustath. sed non legitur hoc ap. Xenophontem] δὲ ἱστορεῖ γιγγραΐνους αὐλοὺς σπιθαμιαίους παρὰ Φοίνιξιν, ὀξὺ καὶ γοερὸν φθεγγομένους, οἷς καὶ Κᾶρες ἐχρῶντο· ἡ δὲ χρῆσις τοῖς γίγγροις ἐκ τῶν περὶ Ἄδωνιν θρήνων, ὃν Γίγγριν ἐκάλουν οἱ Φοίνικες. Ubi etiam nota eum Γίγγριν habere pro Γίγγρην, quod Athenæi codd. [Γίγγραν dicit Pollux 4, 76.] || Rursum Γίγγραι, ut refert J. Poll. [4, 102], fuit quoddam πρὸς αὐλὸν ὄρχημα, ἐπώνυμον τοῦ αὐλήματος. Et Tibia igitur, et Cantilena quæ ea canitur, et Saltatio quæ ad cantum ejus desaltatur, γίγγρας nominatur. Ceterum a γίγγρα, Tibia, est verbum Γιγγραίνω, Tibia illa, quæ gingras dicitur, cano: ut Athen. 4, [p. 174]: Γιγγραίνουσι [at hic cod. Ven. recte γιγγραίνοισι, alii libri

γιγγραίνοις. Edd. veteres γιγγραίνοισι, margo cod. Paris. γιγγραίνουσι] γὰρ οἱ Φοίνικες, h. e. τοῖς γίγγραις χρῶνται. [Immo sequitur ἐχρῶντο ap. Athen.]

[Γιγγρασμὸς, ὁ.] Ab eodem Γιγγραίνω [quod Steph. male finxit] est et aliud verbale, Γιγγρασμὸς, quod Hesych. exp. ἦχος : signif. tamen potius Cantum s. Sonum exiguæ illius tibiæ stridulum et lugubrem. Forsitan ab iisdem gingris est Lat. v. Gingrire, idem cum τῷ γιγγραίνειν signif. Festo tamen auctore, Gingrire anserum vocis proprium est : indeque genus quoddam tibiarum exiguarum Gingrinæ : cui et Gingrinator est tibicen.

[Γίγγρης. V. Γίγγρας.]

[Γιγγρί : nam hoc accentu scribendum. Theognost. in Bekk. Anecd. p. 1358 : Τὸ γιγγρὶ ἐπιφώνημά τι ὂν ἐν καταμωκήσει λεγόμενον, εἰ ὀξύνεται, οὐκ ἄτοπον· ἀπαρασχημάτιστον γάρ ἐστιν. G. D.] Γίγγρι Hesychio ἐπιφώνημά τι ἐπὶ καταμωκήσει λεγόμενον : pro quo Eustath. [p. 1880 extr.] e Rhet. Lex. habet Γιγρί. Indeque secundum quosdam Γιγρὼν dicitur quidam ἀφροδισιακὸς δαίμων, qui et Marti videtur fuisse διάκονος τῆς μοιχείας, Eustath. [l. c., sed Γιγγρὼν p. 1599, 1. Hesych. : Γιγνῶν, οἱ δὲ Γιγῶν. Πάταικος ἐπιτραπέζιος. Οἱ δὲ Αἰγύπτιον Ἡρακλέα. Ad quem Alb. ex Cyrillo affert : Γίγων, δαίμων τις· περὶ τὴν Ἀφροδίτην ἡ ἱστορία. Conf. s. v. Γίγωνος.]

[Γιγγρίαι. Γίγγρις. Γίγγρος. V. Γίγγρας.]

[Γίγης, κύριον ὄνομα, Zonaras p. 437. Simile et fort. Zonaræ quoque restituendum nomen est Γίγγις, quod supra ex Suida attuli. G. Dindorf.]

Γίγλοψ, Avena. Vulg. Lex. Sed metuo ne perperam scriptum sit pro αἰγίλωψ.

[Γίγλυμος et derivata. V. Γιγγλυμ...]

[Γίγνομαι et reliquæ ejusdem stirpis formæ.] Γείνω, Gigno, Procreo. Sed cum hoc γείνω [quod grammatici fingunt, ut Etym. M. p. 229, 16, aliisque in locis] inusitatum sit, ab ejus media voce Γείνομαι deductum ἐγεινάμην in frequenti usu est, idque ap. utrosque scriptt. : nec tantum de viro dicitur, sed et de muliere : unde sunt qui et Pario interpr. Exempla e multis pauca sunt hæc. Il. E, [800] : Ἦ ὀλίγον οἱ παῖδα ἐοικότα γείνατο Τυδεύς. Od. O, [242] : Γείνατο δ' Ἀντιφάτην. De matre autem dictum, Il. E, [896] : Ἐκ γὰρ ἐμεῦ γένος ἐσσὶ, ἐμοὶ δέ σε γείνατο μήτηρ· A, [280] : Θεὰ δέ σε γείνατο μήτηρ, ubi abundat μήτηρ. Hesiod. [Ἔργ. 769] : Ἀπόλλωνα χρυσάορα γείνατο Λητώ. [Æsch. Eum. 736 : Μήτηρ γὰρ οὔτις ἐστὶν ἥ μ' ἐγείνατο. Soph. El. 261. De patria Eur. Phœn. 1003 : Πατρίδος ἥ μ' ἐγείνατο. Hesych. : Γειναμένη, ἐνεγκαμένη· ἡ πατρὶς, ἀφ' ἧς ὑπάρχει. Dionys. A. R. 6, 9 : Πόλει τῇ γειναμένῃ.] Xenoph. autem de utroque parente simul dixit in Apol. Socr. [20] : Οὓς σὺ πέπεικάς σοι πείθεσθαι μᾶλλον ἢ τοῖς γειναμένοις. Sed Ἀπ. [1, 4, 7,] τὰς γειναμένας appellavit Matres : Ἐμφῦσαι δὲ ταῖς γειναμέναις ἔρωτα τοῦ ἐκτρέφειν. [Eur. Troad. 825 : Ἁ σὲ γειναμένα. Ap. Herodot. 4, 10, ἡ γειναμένη, Mater; 1, 120, οἱ γεινάμενοι, Parentes. Αἱ γειναμέναι, Puerperæ, ap. Aristot. H. A. 7, 2 : Ἰκμὰς τοσαύτη ὅση ταῖς γειναμέναις ὑπολείπεται μετὰ τὴν κάθαρσιν. || Γείνασθαι significatione passiva dictum librariorum error est, qui formas γείνασθαι et γεινάμενος non raro permutarunt cum γενέσθαι γενόμενος γείνεσθαι γεινόμενος γεννώμενος : v. var. lect. ad Hesiod. Th. 202 et exempla Jacobsii ad Ælian. N. A. p. 3, et Lobeckii ad Phryn. p. 320, inter quæ unum memorabile est Suidæ, qui γειναμέναις per γεννηθείσαις interpretatur in v. Platonis in Anth. Pal. 7, 99, ubi codex Palat. et Diogen. L. 3, 30 recte γεινομέναις. Apud Dionys. H. A. R. 1, 63 : Ὅτε ἐγεινάμην, codex Vat. ἐγινόμην. || Æolicam formam Ἐγεννάμην annotarunt Greg. Cor. p. 587 aliique gramm. G. D.] At vero γείνεσθαι et γεινόμενος, quæ signif. Gigni, Nasci, et Qui gignitur, Qui nascitur, solis poetis [epicis] usitata esse arbitror. Od. Θ, [312] : Τὼ μὴ γείνεσθαι ὄφελλον. Il. Υ, [128] : Ὅσσα οἱ αἶσα Γεινομένῳ ἐπένησε λίνῳ, ὅτε μιν τέκε μήτηρ. Hesiod. [Sc. 88] : Γεινόμεθ', οὔτε φρένας ἐναλίγκιοι οὔτε νόημα· Idem [Op. 179] : Εὖτ' ἂν γεινόμενοι πολιοκρόταφοι τελέθωσι· sed hic γεινόμενοι pro γενόμενοι, Nati, ut illic γεινόμεθα pro ἐγενόμεθα accipi aiunt. [Theocr. 17, 75 : Γεινόμενον τὰ πρῶτα, et Callim. in Dian. 23. Idem in Del. 214 : Γείνεο γείνεο, κοῦρε. || Imperite nonnulli Γείνεσθαι signif. activa dictum acceperunt in loco Homerico Od. Δ, 208 : Ὧ τε Κρονίων ὄλβον ἐπικλώσει γαμέοντί τε γεινομένῳ τε. Alienior etiam locus est Od. Υ, 202 : Ἐπὴν δὴ γείνεαι αὐτὸς, ubi γείνεαι (pro γείνηαι) est ab aoristo γείνασθαι. Γείνεσθαι autem recte jam ab aliis monitum est nonnisi forma differre a γίνεσθαι et γίγνεσθαι. G. Dindorf.]

Γέγαα, Natus sum : interdum et simpl. pro Sum : unde γεγαὼς particip.; utraque solis poetis [epicis et lyricis] in usu. Apoll. Rh. 2, [1164] : Κασίγνητοι γεγάασι. Od. Δ, [112] : Νέον γεγαῶτ' ἐνὶ οἴκῳ. Et infin. Dor. γεγάμεν. Item Ἐκγέγαα, unde ἐκγεγάτην ap. [Hom. Od. K, 138,] Apoll. Rh. [1, 56]; ἐκγεγαὼς, [2, 1225] : Μακάρων σχεδὸν ἐκγεγαῶτας. Hesiod. [Op. 254] : Διὸς ἐκγεγαυῖα, pro γεγαυῖα ἐκ Διός· sic et in ceteris exemplis. [Pind. Ol. 9, 164 : Τόνδ' ἀνέρα δαιμονίᾳ γεγάμεν. Ἐκγεγάμεν Hom. Il. E, 248.] Varie autem hoc γέγαα formarunt Gramm. Aliqui enim ita : γείνω, γενῶ, γέγακα, med. autem γέγονα : deinde per sync. et pleon. τοῦ α, γέγαα. Alii sic : γείνω, γενῶ, γέγακα et per sync. γέγαα. Sunt et qui altius repetentes hujus γέγαα originem, volunt a γῶ prorsus inusitato, e quo esse aiunt ipsum γείνω, fieri γέγηκα, unde sit γέγαα Ion., eod. modo, quo βέβαα a βέβηκα. [Ad similitudinem Homerici γεγάᾱσι (Od. Δ, 325; E, 35 et al.) factum est γεγάᾱτε producta, quæ corripi debebat, syllaba penultima in Batrach. 143 : Οἵ τινες ἐν βατράχοισιν (βρατάχοισιν) ἀριστῆες γεγάατε, et in epigr. Homerico ap. Herodot. V. Hom. c. 35 : Τοίων γὰρ πατέρων ἐξ αἵματος ἐκγεγάατε. De quo rectius quam alii judicat Buttmann. Gr. vol. 2, p. 96. G. D. Seqq. ex Indice.] Γάω inusitatum thema, e quo præter. med. γέγαα apud poetas. Inde et subjunct. præt. perf. act. γεγάκω [ᾰ], Hesychio γεγενημένος ὦ. [Pind. Ol. 6, 83 : Φοίβου γὰρ αὐτὸν φᾶ γεγάκειν πατρός. || Obsoletam aoristi formam Hesychii glossa continere videtur, Ἔγαν, ἐγένετο, ubi Musurus scripsit Ἔγανε. G. Dind.] Γεγὼς, ut ἑστὼς pro ἑσταώς : Sophocl. [Aj. 1289] : Ἐκ βαρβάρου μητρὸς γεγὼς, E barbara matre natus. Sic γεγῶσα pro γεγαῶσα. [Γεγὼς et Γεγῶσα et singulari et plurali numero frequentissimum apud Euripidem : rarius ap. comicos. Semel ap. Aristoph. Lys. 641 : Ἑπτὰ μὲν ἔτη γεγῶσα. Antiphanes, tragicum imitans sermonem, ap. Athen. 3, p. 112, C : Πῶς γὰρ ἄν τις εὐγενὴς γεγὼς κ. τ. ἑ. Neutrius generis exempla, nisi si quod critici finxerunt, non memini videre præterquam quod Herodian. Epimer. p. 240 præcipit : Τὰ μετοχικὰ οὐδέτερα διὰ τοῦ ο μικροῦ γράφονται, τὸ τετυπὸς ... καὶ τὰ ὅμοια, πλὴν τοῦ ἑστὼς βεβὼς γεγὼς καὶ τεθνεώς. G. Dindorf.]

¶ Γίγνομαι, et Γίνομαι, sed esse γίγνομαι rationi magis consentaneum, Heraclid. ap. Eust. [p. 1064, 2; 1173, 52 et 1722, 55 : ... πταίοιτο ἂν ὁμοίως καὶ τὸ γίνεσθαι καὶ τὰ κατ' αὐτὸ πάντα, οἷς οἱ μὲν παλαιοὶ ἐν δυσὶ γάμμα ἐχρῶντο, γίγνομαι λέγοντες καὶ γιγνόμενος. Mœris p. 108 : Γίγνεται Ἀττικῶς, γίνεται Ἑλληνικῶς.] docet, scribens, ut e μένω fit μέμνω per duplicationem, deinde μίμνω Ion. per metath. τοῦ ε in ι : sic e γένω esse γέγνω, e quo fieri γίγνω, unde γίγνομαι, γενήσομαι, γεγένημαι, ἐγενήθην, tanquam a γενάομαι, quod inusitatum est. Aor. 2 med. ἐγενόμην. Præt. med. γέγονα, tanquam a γείνω. Signif. autem Nascor, Orior. Item, Fio, Sum, Contingo, et alia, quæ ordine persequar. [In codd. scriptorum inde ab Homero usque ad infimorum temporum libros summa est inconstantia in exhibendis formis γίγνεσθαι et γίνεσθαι, pariterque γιγνώσκειν et γινώσκειν, nec veteres ipsi satis sibi constitisse videntur, quantum ex antiquis monumentis colligi potest, in quibus non solum γίγνεσθαι, sed etiam γίνεσθαι reperitur : velut γίνηται in inscr. Attica ol. 114 ap. Bœckh. vol. 1, p. 141, et ἐπιγινόμενοι ap. Chandler. Inscr. ant. 1, p. 8. Antiquiores tamen esse et proprias Ionicæ dialecti formas γίνεσθαι et γινώσκειν vix dubitari potest, quum in vetustis Homericorum carminum exemplaribus constans hæc videatur fuisse scriptura : de qua non obscurum Eustathii testimonium est p. 1064, 2 : Τὸ δὲ γίνωσκε καὶ ἁπλῶς τὸ γινώσκειν οἱ μὲν ὕστερον Ἀττικοὶ μετὰ καὶ δευτέρου γάμμα γιγνώσκειν φασὶν, ὡς καὶ ὁ κωμικὸς δηλοῖ, καθὰ καὶ τὸ

A γίνεσθαι γίγνεσθαι. Ὅμηρος μέντοι ἀρχαϊκώτερον ἀγνοεῖ καὶ ἐν ἀμφοῖν τὸ δεύτερον γάμμα· ἔστι δὲ ὅμως ἀκριβέστερον τὸ τῶν ὕστερον, εἰ καὶ εὐφωνότερον τὸ τοῦ Ὁμήρου. Quamobrem formas illas poetis epicis non solum non eximendas esse arbitramur, quod in Homero fecit Wolfius, sed restituendas potius sicubi ab librariis sunt obscuratæ, quod, si omnem exemplorum copiam perlustramus, sæpe quibusdam, raro in omnibus esse codicibus factum animadvertimus : de quo dixerunt Wernick. ad Tryphiod. p. 449 et Bernhard. ad Dionys. P. p. 622. Eandem legem reliqui quoque dialecti Ionicæ scriptores secuti esse videntur. Et apud Herodotum quidem γίνεσθαι aliquoties, nusquam γίγνεσθαι legitur. In libris Hippocrateis utriusque reperiuntur formæ exempla, quæ ad eandem omnia normam conformatum iri speramus codicibus et pluribus et accuratius excussis. Doricæ dialecti pauciora supersunt monumenta quam de quibus certi quid in alterutram partem statuere liceat. Apud Pindarum γίγνεσθαι et γιγνώσκειν, codicibus tamen sibi non B constantibus, nunc scribitur : apud Theocritum γίνεσθαι et γινώσκειν. Impeditior de scriptoribus Atticis quæstio est, quorum a codicibus vetustioribus Ionicæ formæ non raro plus auctoritatis habent quam quas grammatici Atticas esse perhibent γίγνεσθαι et γιγνώσκειν. Sic Aristophanis codex Ravennas et Euripidis Vaticanus 909 locis tantum non omnibus optimique libri Thucydidis sæpissime γίνεσθαι et γινώσκειν exhibent. Contraria Platonicorum codicum ratio est, quorum duo antiquissimi, Clarkianus et Parisinus 1807, Atticas formas pene constanter conservarunt. Recte igitur facere videntur qui grammaticorum sequentes auctoritatem γίγνεσθαι et γιγνώσκειν Atticis veteribus ubique restituunt, alteram autem formam recentioris dialecti Atticæ auctoribus relinquunt, quorum alii, velut Aristoteles et Theophrastus, si quid fallaci codicum auctoritati est tribuendum, simplici potius quam duplici γ usi, alii veteres Atticos esse imitati videntur, ut Polybius et Appianus, quorum in codd. melioribus γίγνεσθαι plerumque C scribi ab Schweigh. annotatum est ad illum vol. 5, p. 132, ad hunc vol. 3, p. 141. Ceterum Γίνεσθαι et Γινώσκειν in libris vetustissimis sæpe per diphthongum scribuntur, ut ΓΕΙΝΩΣΚΩ in codice Ægyptiaco Hom. Il. Ω, 563, ΓΕΙΝΕΤΑΙ in tabula Iliaca et in volum. Hercul. Oxonii editis vol. 2, p. 33 et 38, ΓΕΙΝΟΜΕΝΟΝ p. 35; γεινόμεθα in Papyro Taurinensi ap. Peyron. part. 2, p. 35; καταγεινομένοις ap. Letronn. *Recherches p. s. à l'hist. de l'Ég.* p. 391, 14. Γείνεται ap. Æsch. Suppl. 793 cod. Med. || Ad reliqua tempora quod attinet, præterita Γέγονα et Γεγένημαι, aoristus secundus Ἐγενόμην et futurum Γενήσομαι apud omnis generis scriptores sunt usitatissima. Tertiæ personæ Γεγόνασι formam Alexandrinam γέγοναν ex inscr. columnæ sub imperio Trajani positæ in Montef. Diar. Ital. p. 125 indicat Sturz. Paulo in Ep. ad Rom. 16, 7 pro γεγόνασιν restituta ex cod. Alex., et Annæ Comn. ex cod. Coisl. est restituenda p. 125, C, 133, C. Infinitivi Γεγονέναι forma Dorica Γεγόνειν est in decreto Agrigentinorum ap. Gruter. 401, 13. Tertia aoristi D persona Ἐγένετο syncopen admittit, de qua Steph. in Indice : « Ἔγεντο, per sync. pro ἐγένετο, a γίνομαι. Γέντο Ion. demto augmento et per sync. exemto ε pro ἐγένετο dicitur : ut cum Hesiod. Theog. 196 [199] τὴν Ἀφροδίτην dicit Κυπρογενῆ nominari, ὅτι γέντο πολυκλύστῳ ἐνὶ Κύπρῳ. » Adde ibid. 283 : Γένθ', ὁ δ' ἄορ'... 705 : Τόσσος δοῦπος ἔγεντο θεῶν ... Pind. Pyth. 3, 153 : Αἰὼν δ' ἀσφαλὴς οὐκ ἔγεντο. In ἐγένετο mutatum in codd. plerisque ibid. 6, 28. Theocr. 1, 88 : Ὅτι οὐ τράγος αὐτὸς ἔγεντο. Apoll. Rh. 1, 1141; 4, 1427. (Diversum ab hoc est Γέντο i. q. ἕλετο, de quo v. s. Γέντο.) Γενέσκετο Hom. Od. Λ, 208 : Ἐμοὶ δ' ἄχος ὀξὺ γενέσκετο κηρόθι μᾶλλον. || Aoristi primi Ἐγενάμην aliquem apud Dorienses Græcos usum fuisse suspicamur, quum γενάμενος dixerit Archimedes locis a Buttmanno indicatis p. 48, 28, 35, 38; p. 127, 23. Sæpius in scriptoribus medii ævi legitur, ut Ioann. Malal. p. 109, 19; 114, 21; 122, 16; 354, 17; 362, 5, et Georg. Syncell., cujus locos collegi ad p. 475, 20. Poetica quædam hujus aor. forma est ap. Callim. In A Cer. 58 : Γείνατο (Fiebat) δ' ἁ θεῦς, ut Buttm. opinatur; mihi vero Callimachus non de aor. γένασθαι cogitasse, sed usitato omnibus scriptoribus aorists γείνασθαι mutata significatione pro γενέσθαι esse usuo videtur, ut in Orac. Sibyll. 1, p. 37 : Εἶπας, γεινάσθω, καὶ ἐγείνατο, metri caussa dictum est pro Γενηθήτω καὶ ἐγένετο, quod in primo Geneseos capite legitur. || Aoristi formæ passivæ Ἐγενήθην vix ulla sunt in veterum Atticorum libris exempla præter ἐξεγενήθη ap. Platon. Philebo p. 62, F, et, si vere conjecit Stephanus, Leg. 12, p. 961, B, τῷ γενηθέντι, ubi libri γεννηθέντι. Ibid. 8, p. 840, D, γεννηθέντες nunc ex codd. restitutum pro γενηθέντες. Recte igitur Phrynich. præcipit p. 108 : Γενηθῆναι παρὰ Ἐπιχάρμῳ, καὶ ἔστι Δώριον· ἀλλ' ὁ ἀττικίζων Γενέσθαι λεγέτω, in eandemque sententiam Thomas M. p. 189, non refutandi illi versionis Alexandrinæ, Machonis, Polybii, Diodori, Dionysii et similium auctoritate scriptorum, quorum locos Lobeckius attulit, duobus augendos exemplis Philemo- B nis in Compar. Menand. et Philem. p. 361 : Φύσει γὰρ οὐδεὶς δοῦλος ἐγενήθη ποτέ· et p. 360 : Σὺ μὴ γενηθῇς τῆς δίκης προηγέτης. Γενηθείη ex Hippocr. p. 1208, D affert Lobeck. in Add. De Doriensibus quod dicit Phrynichus, confirmatur exemplo Archytæ p. 674 ed. Gal., ubi γεναθῆμεν legitur. Æolica infinitivi forma ΓΕΝΗΘΗΝ est in lapide Calchedon. ap. Cayl. *Recueil d'Antiq.* vol. 2, tab. 56, 11. || Futuri forma Dorica Γενησοῦμαι Lysidi Epist. ad Hipparch. p. 53 restituta est ex cod. Ciz. Γενήσωμαι conjunctivo interdum utuntur cadentis Græcitatis scriptores, qui etiam ἔσωμαι et alia multa hujusmodi sibi indulserunt. Procop. De B. P. p. 125, C (vol, 1, p. 220, 10 ed. m.) : Οὐχ ὅπως τὴν χώραν ἀπὸ τῶν ἐνοχλούντων φρουρήσασιν... ἀλλ' ὅπως... κύριοι τῶν ἡμετέρων γενήσωνται· quanquam hujusmodi loci plerique facile possunt corrigi restituendo futuro. Γενήσωνται legebatur olim ap. Demosth. p. 505. Γενήσασθαι, quod Lobeck. ad Phryn. p. 721 ex Io. Geom. H. in Deip. 1, 37 affert, Χαῖρε γενησαμένη γενετὴν ὑπερούσιον υἷα, non huc referendum, C sed pro γεννησαμένη dictum videtur. Nihili autem est γενέσηται in Orac. Sibyll. 14, 138, ubi scrib. videtur : Ἀνὴρ ... ἀφ' Ἑλλήνων γένος αἴης. || Futurum primum passivi Γενηθήσομαι in uno inventum est loco Platonis Parmen. p. 141, E : Τὸ ἔσται καὶ τὸ γενήσεται καὶ τὸ γενηθήσεται οὐ τοῦ ἔπειτα τοῦ μέλλοντος; et paullo post : Οὔτ' ἐστὶν οὔτ' ἔπειτα γενήσεται οὔτε γενηθήσεται οὔτ' ἔσται· ubi quum non appareat quomodo formæ illæ, quæ significatione non magis differunt quam ἐγενόμην et ἐγενήθην, conjungi tanquam diversorum temporum notæ potuerint, valde probabilis Schleiermacheri conj. est γεγενήσεται. G. D.]

Γίγνομαι, Nascor, Orior : cui signif. primum do locum ob Γείνομαι præcedens, quod hanc eand. habet. Od. Ξ, [141] : Οἶκον, ὅθι πρῶτον γενόμην καί μ' ἔτρεφον αὐτοί· Θ, [553] : Ἐπὴν τὰ πρῶτα γένηται. Hesiod. Op. [173] : Ἀλλ' ἢ πρόσθε θανεῖν, ἢ ἔπειτα γενέσθαι. [Æschyl. Eum. 349 : Γιγνομέναισι λάχη τάδ' ἐφ' ἁμὶν ἐκράνθη.] Hac quoque in signif. prosa aor. 2 med. et præt. med. frequentius quam alia tempora usurpat. D [Herodot. 1, 133 : Ἡμέρη ... τῇ ἕκαστος ἐγένετο· 8, 22 : Ἀπ' ἡμέων γεγόνατε.] Isocr. Ad Phil. [p. 109, E] : Μηδένας ἄλλους καταλείπεσθαι κληρονόμους πλὴν τοὺς ἐξ ἡμῶν γεγονότας. [Idem p. 88, E : Ἀπ' ἐκείνου γεγονότες. Paus. 1, 7, 2 : Ἐγεγόνει δὲ (ὁ ἀδελφὸς) ἐκ Φιλίππου τῇ Βερενίκῃ. Polyb. 6, 46, 6 : Τὸν Λυκοῦργον μόνον τῶν γεγονότων (solum hominum) τὰ συνέχοντα τεθεωρηκέναι.] Plato Ep. 9 : Ἕκαστος ἡμῶν οὐχ αὑτῷ μόνῳ γέγονεν, pro quibus Cic. dixit, Non nobis solum nati sumus. Ap. Eund. idem Cic. γίγνεσθαι vertit non solum Nasci, sed etiam Oriri, Gigni : ut videbis in meo Cic. Lex. Plut. [Mor. p. 109, F] : Ἀλλ' οἴει σὺ διαφορὰν εἶναι ἢ μὴ γενέσθαι, ἢ γενόμενον ἀπογενέσθαι; alioqui τῷ γίγνεσθαι opp. potius ἀπόλλυσθαι vel φθείρεσθαι. Plato Timæo, Γιγνόμενον καὶ ἀπολλύμενον, Cic. interpr. Quod gignitur et interit. Aristot. Eth. 2 : Καὶ ὅτι ἐξ ὧν γίγνεται, ὑπὸ τούτων καὶ αὔξεται καὶ φθείρεται. Plato etiam comp. usus est : in Epitaph. : Γιγνομένων χρημάτων καὶ παίδων καὶ διαφθειρομένων, Cic. interpr. Et nascentibus et cadentibus cum reliquis commodis, tum maxime liberis; γίγνεσθαι

τυράννου πατρὸς, Natum esse tyranno patre, VV. LL. Sæpe et cum annorum numero, ut [ap. Herodot. 1, 119 : Ἔτεα τρία καὶ δέκα κου μάλιστα γεγονώς·] γεγονὼς ἔτη εἴκοσι, Xenoph., Natus annos viginti. [Æschin. C. Timarch p. 7, 36 : Πολὺν ἀριθμὸν χρόνου γεγονότες.] Isocr., Γεγονὼς μὲν ἔτη τρία μόνον ἀπολείποντα τῶν ἑκατόν. Apud Eund. Panath. [p. 233, B] cum gen., si mendo caret locus, Ἡγοῦμαι γὰρ, οὐχ ἁρμόττειν, οὔτε τοῖς ἔτεσι τοῖς ἐνενήκοντα καὶ τέτταρσιν, ὧν ἐγὼ τυγχάνω γεγονώς. [Recte cod. Urb. ἄγω. Thom. M. p. 183 : Γέγονα ἔτη τοσαῦτα κάλλιον ἢ γέγονα ἐτῶν, ubi interpr. genitivi exempla indicant ex Luciani Macrob. c. 15, 17, 18, 23; Ælian. V. H. 3, 19. In postremo loco Luciani vetustus cod. Flor. accusativum præbet, Ἰσοκράτης ἓξ καὶ ἐνενήκοντα ἔτη γεγονὼς, quem non improbabile est etiam alibi ab librariis in genitivum esse mutatum. G. D.] Et cum numero ordinativo, γεγονὼς τριακοστὸν ἔτος, Naz. [Lucian. Macrob. c. 22 : Τὴν ἱστορίαν δὲ τέταρτον καὶ ὀγδοηκοστὸν ἔτος γεγονὼς ἤρξατο συγγράφειν.] Sæpe vero et c. adv., ut γίγνεσθαι καλῶς, pro Honesto loco nasci, vel Claris parentibus nasci, s. Claros natales habere. Demosth. [p. 1389] : Ἐπειδὴ δὲ γεγενῆσθαι καλῶς καὶ πεπαιδεῦσθαι σωφρόνως καὶ βεβιωκέναι φιλοτίμως συμβέβηκεν αὐτοῖς κ. τ. λ. [Aristoph. Eq. 218 : Γέγονας κακῶς, ἀγόραιος εἶ. Plato Theæt. p. 173, B : Εὖ δὲ ἢ κακῶς τις γέγονεν ἐν πόλει.] Sic γεγονέναι βέλτιον ἄλλων Isocrati, pro Nobiliori genere natum esse quam ceteri. [Lysias p. 153, 15 : Κάκιον γεγονέναι.] Jungitur autem adv. et in alia signif., ut paulo post docebo.

Γίνομαι, Sum, Fio : unde γέγονα, Fui vel Factus sum. Aristoph. [Pl. 346] : Γέγονας δ' ἀληθῶς ὡς λέγουσι πλούσιος; Itane factus es dives? Sæpe autem pro Sum. [Ejusmodi locis γίγνεσθαι non simpliciter pro εἶναι positum est, sed significat Fieri ut aliquid sit, ut ap. Herodot. 7, 11 : Καλὸν ὧν προπεπονθότας ἡμέας τιμωρέειν ἤδη γίνεται, ubi Wessel. ut γίνεται pro ἐστὶ positum esse ostenderet, male usus est alio ejusdem libri loco cap. 51.] In seqq. autem exemplis pro loco reddi vel hac vel illa v. potest. Demosthen. [p. 25] : Ὥστε δι' ὧν ἐκ χρηστῶν φαῦλα τὰ πράγματα γέγονε τῆς πόλεως, διὰ τῶν αὐτῶν τούτων ἐλπίζετε πράξεων ἐκ φαύλων αὐτὰ χρηστὰ γενήσεσθαι· [p. 17] : Ἵνα... φοβεροὶ φύλακες τῆς οἰκείας ἀκεραίου γένωνται. Thuc. : Ἰσοπαλὴς ἡ μάχη γίγνεται· [5, 26] : Γίγνεσθαι παρ' ἀμφοτέροις πράγμασι, pro Interesse. Xenoph. Cyrop. init. : Ἔννοια ποθ' ἡμῖν ἐγενήθη [ἐγένετο], periphr. pro ἐνενοήσαμεν. Observanda est autem et constr.; ut Plutarch. Publ. : Ἐπιτρέπω τῷ πολεμίῳ δικαστῇ γενέσθαι· Id. Comp. Lyc. et Num. extr. : Ἐκεῖνο μέν τοι τῷ Νουμᾷ μέγα καὶ θεῖον ὑπάρχει, τὸ ξένῳ καὶ μεταπέμπτῳ γενέσθαι. [Cum participio. Soph. Aj. 589 : Μὴ προδοὺς ἡμᾶς γένῃ· Philoct. 773 : Μὴ σαυτόν θ' ἅμα κἀμὲ... κτείνας γένῃ. Thucyd. 3, 68 : Οἱ Λακεδαιμόνιοι ἀποτετραμμένοι ἐγένοντο. Plato Sophist. p. 217, C : Μὴ τοίνυν... ἀπαρνηθεὶς γένῃ· Leg. 2, p. 670, B : Ὅσοι προσᾴδειν... γεγόνασι διηναγκασμένοι· 5, p. 737, C : Ὄγκος δὴ πλήθους ἱκανὸς οὐκ ἄλλως ὀρθῶς γίγνοιτ' ἂν λεχθείς. Xen. Mem. 4, 3, 8 : Ὅταν (ὁ ἥλιος) αὖ πάλιν ἀπιὼν γένηται. Aristid. vol. 1, p. 51 : Ὥσπερ τὰ πρῶτα ἔδωκας, οὕτω καὶ τὰ δεύτερα εἰσακούσας γενοῦ. Et similiter cum substantivis et adjectivis, ut φυγάδα γίγνεσθαι, ἀνάρπαστον γ., κωλυτὴν γ., μηνυτὴν γ., de quibus Duk. ad Thucyd. 3, 23, Hoogeveen. ad Viger. p. 231. Πάντα, Παντοδαπὸν, Παντοῖον γίγνεσθαι, In omnes formas se vertere, v. sub adjectivis illis. Τίς γένωμαι; Quis fiam? s. Quid me fiet? Lucian. Dial. mer. 9, vol. 3, p. 303 : Τίς γένωμαι; πῶς ἄν με ἡ γῆ καταπίοι; Aristæn. 1, 28 : Τί πράξω; τίς γένωμαι; Thomas M. p. 858. Frequentius neutro genere, Τί γένωμαι; ut ap. Æschyl. Sept. 297; et in Eum. 789, 818 : Τί ῥέξω; γένωμαι; ubi τί ex præcedentibus repetendum. Theocrit. 15, 51 : Ἀδίστα Γοργοῖ, τί γενώμεθα; Et in oratione obliqua, apud Æschyl. Prom. 905 : Οὐδ' ἔχω τίς ἂν γενοίμαν. Thuc. 2, 52, ejusque imitator Procop. Hist. p. 585, B : Οὐκ ἔχοντες ὅ τι γένωνται. Conf. Jacobs. ad Achill. Tat. p. 811. || Γίγνεσθαι de tempore dicitur quod fit, i. e. procedit, transit. Herodot. 2, 2 : Ὡς γὰρ διέτης χρόνος ἐγεγόνεε ταῦτα τῷ ποιμένι πρήσσοντι· 1, 113 : Ὡς δὲ τρίτη ἡμέρη τῷ παιδίῳ ἐκκειμένῳ ἐγένετο. Plato Phæd.

A p. 108, C : Ἕως ἂν δή τινες χρόνοι γένωνται, ὧν ἐξελθόντων..., ubi Heindorf. Diodori locum comparat 20, 109 : Ἐπεῖτα χρόνου γενομένου καὶ τῶν ἔργων ἤδη συντέλειαν λαβόντων. Lysias p. 109, 9 : Πρὶν ἡμέρας πέντε γενέσθαι. Xenoph. Cyrop. 5, 4, 51 : Ἐπεὶ δὲ πορευόμενος οὕτως ἐν ταῖς γιγνομέναις ἡμέραις ἀφικνεῖται πρὸς τὰ μεθόρια τῶν Σύρων, quod recte interpretatur Schneid. : « Interjectis diebus, qui quidem ad hoc iter faciendum erant necessarii. » Dio Cass. 39, 65 : Οὐκ ἐξὸν ἐκ τῶν νόμων, πρὶν πρώτην ὥραν γενέσθαι, ἐν τῷ δήμῳ τι χρηματισθῆναι. Conf. Διαγίγνομαι, Ἐκγίγνομαι, Προγίγνομαι. || Γίγνεσθαι de numeris qui collecti summam efficiunt. Aristophan. Vesp. 660 : Τούτων πλήρωμα τάλαντ' ἐγγὺς δισχίλια γίγνεται ἡμῖν· ἀπὸ τούτων νυν κατάθες μισθὸν τοῖσι δικασταῖς... ἓξ χιλιάσιν... γίγνεται ἡμῖν ἑκατὸν δήπου καὶ πεντήκοντα τάλαντα. Demosth. p. 914, 14 : Τῶν μὲν γὰρ ἑκατὸν εἴκοσι στατήρων γίγνονται τρισχίλιαι τριακόσιαι ἑξήκοντα (δραχμαί)... τὸ δὲ σύμπαν κεφάλαιον γίγνεται τόσον καὶ τόσον. || Apud Dialecticos Τὸ γιγνόμενον Id quod ex præ-

B missis colligitur. Epictet. Diss. 4, 1, 61, p. 544 : Εἰ γὰρ ὑποτάσσομεν κακῶς ... ἀνάγκη καὶ τὸ γενόμενον ἐξ αὐτῶν ἐπενεχθῆναι κακῶς. || Γίγνεσθαι τραγῳδοὺς, i. e. tragœdias in scenam produci. Æschin. C. Ctesiph. p. 59, 23 : Γινομένων γὰρ τῶν ἐν ἄστει τραγῳδῶν· p. 75, 26 : Μελλόντων ὥσπερ νυνὶ τῶν τραγῳδῶν γίνεσθαι. Ibid. p. 58, 32 : Τραγῳδῶν ἀγωνιζομένων καινῶν, codd. plur. γιγνομένων.]

Interdum vero et cum præpos., ut e Dem. Οἱ ἐν δυνάμει γινόμενοι, Qui sunt in imperio. [Xen. Anab. 1, 9, 1 : Ὡς παρὰ πάντων ὁμολογεῖται τῶν Κύρου δοκούντων ἐν πείρᾳ γενέσθαι, Qui cum Cyro consueverant.] Ex eod. : Οἱ τῶν κοινῶν ἐπί τῳ γεγενημένοι. Ex eod. : Γίνομαι ἐπὶ ταύτης τῆς γνώμης, Sum in hac opinione. Thucyd. : Γενόμενοι ἐπ' ἀμφότερα ταῖς γνώμαις. [De his omnibus v. s. Ἐπί.] Γίνονται μεθ' ἡμῶν, Dem. [Xen. H. Gr. 5, 2, 14 : Μετ' ἐκείνων γίγνεσθαι.] Γίνομαί σοι δι' ἔχθρας, Aristoph. [Ran. 1412], Sum tibi inimicus. Cum ead. præp. Ἐγεγόνει τῇ βουλῇ δι' ὀργῆς, Plut. Fabio [de his aliisque hujusmodi locu-

C tionibus v. s. Διά]; Solone, [Pompej. 27; Anton. 52] : Ἐπ' ἐλπίδος γίνεσθαι· quod exp. etiam verbo motus, In spem adduci. Sed ap. Æschin. C. Ctes. [p. 75, 20] : Γίνεσθαι τὴν διάνοιαν ἐν τῷ θεάτρῳ. [Quod dativo casu dicitur in locutione simili p. 80, 26 : Προσέλθετε δὴ τῇ διανοίᾳ καὶ εἰς τὴν στοὰν τὴν ποικίλην.] Sciendum est autem pro loco varie verti h. v. habita ratione præpositionis, cui adjungitur, ut Theophr. C. P. 3 : Γίνεται πῦρ ἐπὶ πῦρ, Ignis igni adjicitur. Et γίνεσθαι ἀνδρὶ ἑτέρῳ, 2 Rom. 7, [3] quidam interpr. Jungi alii viro. [Zonaras Annal. vol. 1, p. 169, 1 : Ἐντειλάμενος λάθρα, εἰ πάθοι τι παρ' Ἀντωνίου αὐτὸς, αὐτίκα τὴν Μαριὰμ ἀνελεῖν, ἵνα μὴ τεθνηκότος αὐτοῦ ἑτέρῳ διὰ τὴν ὡραιότητα γένηται. Et p. 189 de Glaphyra, Κἀκείνου δὲ τὴν ζωὴν μεταλλάξαντος Ἀρχελάῳ γίνεται. Ducang.] At γίνεσθαι ἀπό τινος, ut infra dicetur, Ab aliquo disjungi : γίνεσθαι ἐφ' ἑτέροις, Thuc., Aliis inniti, In aliis spem collocare. Et γενόμενος cum ἐν interdum vertitur Constitutus. Sed et sine præp. aliam atque aliam int. admittit, pro loco, ut, Γέγονε τῇ πόλει ὄνομα, Nomen

D urbi inditum est, vel datum est. Xenoph. Cyrop. 7, [4, 2] : Πιστὰ δ' ἠξίου γενέσθαι, Fidem sibi dari. || Frequenter autem redditur γίνεσθαι et verbo Accidere, s. Evenire, aut Contingere, aliisque hujusmodi : ut, Τί γέγονε; Quid accidit? Xenoph. Hell. 5, [2, 33] : Πρὶν τὰ νῦν πεπραγμένα γενέσθαι. Apud Isocr. Archid. [p. 124, A] nove, mihi quidem certe, cum ὥστε, sicut Lat., Accidit ut, vel Contigit ut, Εἰ δὲ πολλάκις γέγονεν, ὥστε καὶ τοὺς μείζω δύναμιν ἔχοντας, ὑπὸ τῶν ἀσθενεστέρων κρατηθῆναι... τί θαυμαστὸν κ. τ. λ. [Xenoph. Cyrop. 8, 2, 2 : Ἐπειδὴ δὲ ἐγένετο αὐτῷ ὥστε χρήμασιν εὐεργετεῖν· Hist. Gr. 5, 3, 10 : Οὐδ' ἂν γενέσθαι ὥστε ἅμα ἀμφοτέρους τοὺς βασιλέας ἔξω Σπάρτης εἶναι.] Cum infin. ap. eund. Isocr. : Γίγνεταί μοι τοῦτο ποιεῖν. [Sæpissime in formula optandi, ut ap. Aristoph. fr. 163 : Εἰ γάρ ποτ' ἐμοὶ... γένοιτο σκάψαι. Xenarch. ap. Athen. 10, p. 440, E : Ἐμοὶ γένοιτο... ἐλεύθερον πιοῦσαν οἶνον ἀποθανεῖν.] Aristot. autem De mundo, Πρὸς ἀγαθοῦ γίνεσθαι, Commode cedere, Feliciter evenire. Redditur et aliis verbis : ut ἐγένετο φόβος [ap. Xenoph. Cyrop.

5, 2, 32, ubi meliores libri ἐνεγένετο], Obortus est timor : γενομένης φήμης, Quum ortus esset rumor; vel, Quum rumor increbuisset. [Τὸ γιγνόμενον, Id quod res est, Verum. Plato Theæt. p. 161, B : Τὸ δὲ γιγνόμενον οὐκ ἐννοεῖς, ὅτι οὐδεὶς τῶν λόγων ἐξέρχεται παρ' ἐμοῦ, ἀλλ' ἀεὶ παρὰ τοῦ ἐμοὶ προσδιαλεγομένου· ubi Heindorfius Luciani exempla indicat Timon. 24 : Αὐτά που σχεδὸν φῂς τὰ γιγνόμενα· Hermotim. 3 : Αὐτὸ ἔφησθα τὸ γιγνόμενον.] Γίνομαι πρὸς τούτῳ, vel ἐν τούτῳ, vel περὶ τοῦτο, Versor in hac re, Incumbo in hanc rem, Occupatus sum hac in re. Demosth. [p. 287, 41] : Γίνομαι πρὸς τῷ σκοπεῖν. Plut. Artax. : Σφόδρα γενομένη πρὸς τῷ πράγματι, et Γενομένη περὶ τὴν παιδιάν. Ex Isocr. [Herodoto 2, 83] : Γενόμενοι ἐν ποιήσει, In poesi versati. Hermog., γίνομαι ἐν τούτοις. Isocrat. [Nicocl. p. 29, A] : Γίνεσθαι περὶ τὸ συμβουλεύειν. Plato, γίνεσθαι περὶ παιδείαν. Affertur autem et cum ἐπὶ e Dem. [p. 21, 19] : Γίνεσθαι ἐπὶ πράγμασι. [Plato De Leg. 7, p. 799, C : Πρὸς τούτῳ δὴ νῦν γενόμενοι τῷ λόγῳ· Phædro p. 263, B : Πρὸς ἑκάστῳ γιγνόμενον μὴ λανθάνειν, ἀλλ' ὀξέως αἰσθάνεσθαι. Philostr. p. 252 : Τὸν γὰρ καιρὸν τοῦτον καὶ οἱ Γυμνοὶ πρὸς ἱεροῖς γίγνονται· p. 675 : Πρὸς θήραν συῶν τε καὶ ἐλάφων γινόμενος, ubi alii libri θήρᾳ, recte. Agatharch. ap. Phot. p. 450, 10 : Ἐπὶ μὲν γὰρ τέτταρας ἡμέρας πρὸς ταῖς θήραις γίνονται. Memno ibid. p. 228, 11 : Πρὸς τῷ τελευτᾶν γεγονὼς, Quum morti proximus esset. || Ἐν. Plato Leg. 1, p, 635 : Γιγνόμενοι ἐν ταῖς ἡδοναῖς, ubi vid. Ast. p. 47. || Ἐπί. Cum genit. Dio Cass. 43, 48 : Ἐπὶ τῆς διοικήσεως ἐγένοντο, Ærarium administrarunt. Cum dativo. Demosth. p. 533, 4 : Ἐὰν ἐπὶ συμφοραῖς τινῶν γεγονότων ὀνομαστὶ μνησθῶ. || Περί. Diodor. 11, 75 : Περὶ τὰς παρασκευὰς ἐγίνοντο, ubi vid. Wesseling. Ibid. 14, 26, Περὶ τὰς ὁδοιπορίας ἐγίνοντο ex Stephani conjectura legitur : libri ἐπί.] Contrariam autem signif. habet cum præpos. ἀπὸ, ut, Γενόμενος ἀπὸ πράξεων ἐκείνων, Plut. Themist. [c. 19], Quum in illis negotiis occupatus esse desiisset. Idem [Moral. p. 40, D] : Ὅταν γενόμενοι καθ' αὑτοὺς ἀπὸ τῆς ἀκροάσεως. [Herodot. 2, 78 : Ἐπεὰν ἀπὸ δείπνου γένωνται. Polybii (1, 7 et 24; 3, 100), Diodori, Plutarchi, Josephi, Æliani, aliorum, exempla collegerunt Leopard. Em. 7, 1; Wessel. ad Diodor. 2, 13, p. 128, 18; Jacobs. ad Achill. Tat. p. 422. Interdum in ἐπὶ corruptum : vid. var. lect. ad Polyb. 3, 100; Ælian. N. A. 17, 5.] At cum gen. pers. Ἀπό τινος γενόμενος, Ab aliquo disjunctus. [|| Cum præp. ἐκ. Γίγνεσθαι ἐξ ἀνθρώπων, Mori. Pausan. 4, 26, 6 : unde eidem 3, 21, 5, ubi legitur Τὸν θηρεύσαντα ἁλιέα γενέσθαι λέγοντες ἐξ ἀνθρώπου, Kuhnius recte restituit ἀνθρώπων. Memno ap. Phot. Bibl. p. 228, 31.] Γίνομαι sæpe et verbis motum signif. redditur, Venio, Pervenio, Accedo, etc. ut Herodot. [1, 189] : Ἐπεὶ ἐγένετο [ἐγίνετο] ἐπὶ Γύνδῃ ποταμῷ, Ubi venit vel pervenit. Idem, Ἐγένοντο ἐπὶ τῇ διαβάσει ποταμοῦ. Sic autem et Gall. dicitur, *Quand il fut là*, pro *Quand il fut venu là*. Thuc. : Ἐγένοντο πρὸς τῷ ἰσθμῷ. [4, 83 : Ἐπεὶ δὲ ἐγένετο τῷ στρατῷ μετὰ τοῦ Βρασίδου ἐπὶ τῇ ἐσβολῇ τῆς Λύγκου.] Lucian. : Γενόμενος ἐν Λαμψάκῳ. Idem Caucaso [c. 19] : Ὁπόταν εἰς τὸν οὐρανὸν ἡ κνίσσα γένηται ἑλισσομένη περὶ καπνῷ. Cebes Theb. [p. 80 Cor.] : Πρὸς ἰατρὸν γίνεσθαι, pro παραγίνεσθαι. Io. 6, 21 : Καὶ εὐθέως τὸ πλοῖον ἐγένετο ἐπὶ τῆς γῆς εἰς ἣν ὑπῆγον, Pervenit ad regionem. [Fab. Æsop. 380 Fur. : Ἐπὶ λειμῶνας καὶ ἄλση γίνεται.] Redditur autem et aliis verbis in aliis loquendi genn., ut Γίνονται πάλιν ὑπὸ τοῖς Ῥωμαίοις, Plut. Fabio, [V. Pericl. 6, et al. sæpe], Veniunt in potestatem, vel Rediguntur in potestatem. Sic Chrysost. : Ἀτείχιστος πόλις ῥᾳδίως ἂν ὑπὸ τοῖς πολεμίοις γένοιτο. Plut. Rom. [c. 7] : Γενόμενοι ἐν αἰτίᾳ πρός σε, In crimen adducti; Solone [c. 14] : Ἐπ' ἐλπίδος γίνομαι, pro In spem adducor. E Thuc., γίγνεται ὠφέλεια, Mittitur subsidium. [7, 69 : Ἦγε τὸν πεζὸν πρὸς τὴν θάλασσαν ... ὅπως ὅτι μεγίστη τοῖς ἐν ταῖς ναυσὶν ὠφελία ἐς τὸ θαρσεῖν γίγνοιτο.] Redditur γίνομαι verbo motus et in hoc loquendi genere, γενόμενος ἐν ἑαυτῷ, sc. Ad se reversus. [Ex Act. Ap. 12, 11. Iisdem verbis Charito 3, 9, qui καθ' ἑαυτὸν γενόμενος dixit 4, 5. Polyb. 1, 49, 8 : Ταχὺ δ' ἐν αὑτῷ γενόμενος καὶ νοήσας... Soph. Phil. 950 : Ἀλλὰ νῦν ἔτ' ἐν σαυτῷ γενοῦ, ubi alii libri σαυτοῦ, quod ipsum quoque dici poterat. Idem OEdip. Col. 651 : Ὁ νοῦς ὅταν αὑτοῦ γένηται. Plato Phædro p. 250, A : Ἐκπλήττονται καὶ οὐκέθ' αὑτῶν γίγνονται. Cum præp. πρός. Plut. V. Anton. c. 32 : Ὁ δὲ Πομπήιος ἀκούσας καὶ πρὸς αὑτῷ γενόμενος βραχὺν χρόνον. || Γίγνεσθαι ἐφ' ἑαυτοῦ, Solum esse. Æschin. De f. leg. p. 33, 4 : Ἐπεὶ δ' ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν οἱ συμπρέσβεις ἐγενόμεθα.] Sed et Hom. τῷ γίνομαι motus signif. dedit : Il. Δ, [382] : Οἱ δ' ἐπεὶ οὖν ᾤχοντο ἰδὲ πρὸ ὁδοῦ ἐγένοντο, i. e. προώδευσαν, Eust. Et Σ, [525] : Οἱ δὲ τάχα προγένοντο. De quo in Προγίνομαι.

Γίνομαι cum adv., ut, Γίνεταί σοι καλῶς, Bene tecum agitur; contra γίνεταί σοι κακῶς, Dem., Male tecum agitur. [Herodot. 1, 8 : Χρῆν γὰρ Κανδαύλῃ γενέσθαι κακῶς, aliisque in locis, quos imitatur Procopius. G. Dind.] Et pro his, quæ ap. Cic. [Tusc. 5, 35] dicit Timotheus Platonem alloquens, Vestræ quidem cœnæ non solum in præsentia, sed etiam postero die jucundæ, legitur ap. Athen. [10, p. 419, D] : Ὡς οἱ παρὰ Πλάτωνι δειπνοῦντες, καὶ τῇ ὑστεραίᾳ καλῶς γίνονται· ap. Plut. autem [Moral. p. 686, B] : Ὡς οἱ παρὰ Πλάτωνι δειπνήσαντες, καὶ εἰς αὔριον ἡδέως γίνονται. [Ἡδέως s. Καλῶς γίνεσθαι sæpius ap. Plut. legitur, cujus locos v. ap. Wyttenb. vol. 6, p. 789, 825, ex quibus unum appono, in quo præcedit Πῶς γέγονεν; Moral. p. 189, B. Insolentius Aristophon ap. Athen. 13, p. 559, D : Κακὸς κακῶς γένοιθ' ὁ γήμας δεύτερος θνητῶν, ubi probabilis est Jacobsii emendatio γ' ὄλοιθ'. Plutarcho V. Lycurgi c. 11, ubi olim legebatur, Τῷ Λυκούργῳ ... χαλεπῶς γενέσθαι τοὺς εὐπόρους, nunc ex libris restitutum χαλεπούς. G. Dind.] Τί γέγονεν sequente ὅτι mira quadam phrasi dicitur. Io. 14, 22 : Κύριε, τί γέγονεν ὅτι ἡμῖν μέλλεις ἐμφανίζειν σεαυτὸν, καὶ οὐχὶ τῷ κόσμῳ; pro Quid est cur, vel Quid causæ est cur etc. Sic autem Lat. Quid factum est quod, dixerunt Petronius et Martialis.

Γίγνεσθαι cum gen. pers. Servum esse exp. a Bud. ap. Dem. [p. 953, 15] : Ἔδωκε Σατύρῳ τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα, ἑαυτοῦ ποτὲ γενομένῳ. [Xenoph. Cyrop. 1, 2, 15 : Τῶν γεραιτέρων γίνονται, In ordinem senatorum recipiuntur. Aristoph. Nub. 107 : Τούτων γενοῦ μοι. Dio Cass. 36, 11 : Τῆς βουλῆς γεγονὼς, Senator factus. 42, 15 : Τοῦ Πομπηίου γεγονότες, Qui sub Pompeio militaverant. 41, 11 : Τῶν Συλλείων ἐγεγόνει, Syllanas partes secutus erat. 61, 14 : Τῆς ἐπιθυμίας γίγνεσθαι, Cupiditati morem gerere. Ἐλπίδος γίγνεσθαι Plut. V. Timol. c. 3; Phoc. c. 23 : quod ἐπ' ἐλπίδος γίγνεσθαι dicit in V. Solon. c. 14. Τοῦ πλείονος γίγνεσθαι, Plus cupere. Eustath. ad Dionys. P. p. 68, 23 : Σὺ δέ που καὶ τόκου ζήτησιν ἡμῖν ἐπιγράφεις καὶ οὕτω γίνῃ τοῦ πλείονος, quocum Bernhard. apte comparat Demosth. p. 982 : Μήτε συγγνώμης μηδ' ἄλλου μηδενός εἰσιν ἀλλ' ἢ τοῦ πλείονος. Τῆς φυσικῆς θεωρίας γίγνεσθαι, Physicis studiis se dedere, Diog. L. 1, 23. Eunap. p. 17 : Ὁ Ἀλύπιος .. ἀφεὶς ἅπασαν φιλόσοφον ἐρώτησιν, τοῦ δὲ θεάτρου γενόμενος· ad quem l. Boisson. p. 194 : « Sensum esse puto, *se ad theatralem ostentationem componens*. Synes. Dion. p. 40, A : Κἂν γὰρ οὐ προσποιῆται, πάνυ τοῦ θεάτρου γίνεται καὶ χάριτος. » Maximus Conf. vol. 1, p. 144 : Γενώμεθα τοίνυν καὶ ἡμεῖς τῆς τῶν γεγραμμένων ἐννοίας. Insolentius Basil. Seleuc. V. Theclæ 1, p. 266, D : Γενώμεθα δὲ τῆς τοῦ βασιλικοῦ γυναίου σωτηρίας, ubi editor αἴτιοι addebat. G. Dindorf.]

Τὰ γιγνόμενα, Quæ proveniunt, Proventus, Fructus. Thuc. [6, 54] : Τῶν γινομένων εἰκοστὴν πρασσόμενοι. Plutarch. Solone [c. 13, coll. 24] : Ἐγεώργουν ἐκείνοις ἕκτα τῶν γινομένων τελοῦντες. Interdum dicitur τὸ γιγνόμενον cum ἐκ, ut τὸ γιγνόμενον ἐκ τούτου. [Demosth. p. 1046, 16 : Τῶν κριθῶν καὶ τοῦ οἴνου καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐκ τῆς ἐσχατιᾶς γιγνομένων.]

Γιγνόμενον ἀργύριον ἀποτίνειν, et τὸ γιγνόμενον τίμημα [ap. Demosth. p. 726, 25], item οἱ γιγνόμενοι τόκοι, Legitimæ usuræ et civiles. [Thucyd. 5, 49 : Τό τε αὐτῶν μέρος ἀφιέναι τοῦ ἀργυρίου καὶ ὃ τῷ θεῷ γίγνεται αὐτοὶ ὑπὲρ ἐκείνων ἐκτίσειν. Pausan. 6, 6, 6 : Τὸ μὲν τῷ θεῷ τοῦ ἀργυρίου γιγνόμενον ἐξέτισεν. Γίγνεσθαί τινι vel εἴς τινα sæpe de hereditate dicitur, quæ jure ad aliquem devenit. Isæus p. 84, 27 : Ἀνεψιοῦ παῖς, ᾧ μόνῳ κατὰ τοὺς νόμους ἐγίνετο ἡ κληρονομία· p. 41, 38 : Τῆς προικὸς εἰς αὐτὸν γινομένης, εἴ τι ἔπαθεν ἡ γυνὴ πρὶν

γενέσθαι παῖδας αὐτῇ. G. D.] Denique γιγνόμενον pro προσῆκον et ἁρμόζον, unde et οὐ γιγνόμεναι ἐλπίδες [ap. Lucian. Nigrin. 20] pro Absurdis expectationibus, vide ap. Bud. 54, 203. Et γιγνομένη τιμὴ, 137. [Γιγνομένη χάρις ap. Demosthen. p. 992, 2 : Οὐ δικαίαν οὐδὲ γιγνομένην χάριν ἀξιώσουσι κομίζεσθαι.]

[Γιγνῶν. V. Γιγγρί.]

Γιγνώσκω. Γινώσκω vel Γιγνώσκω (de qua scripturæ diversitate dicam infra, ubi agam et de hujus verbi derivatione a Νοῶ), Præter. ἔγνωκα, Fut. γνώσομαι, Præt. pass. ἔγνωσμαι, [aor. 1 ἐγνώσθην] : quæ sunt tanquam a Γνόω : (unde etiam aor. 1 ἔγνωσα : cujus particip. legitur ap. Herodot. : Ἄλλον γνώσας Κροῖσον. Sed ex Hesych. videri potius legendum ἀλλογνώσας, docebo post Ἀλλόγνωτος. [In loco Herodoti 1, 85 ἀλλογνώσας contractum ex ἀλλογνοήσας. Aoristi ἔγνωσα usus in scriptis veterum nullus est præterquam apud Iones in composito Ἀναγινώσκειν, ubi Persuadere significat : quod vide. Ab Galeno vol. 16, p. 223 ed. Kuhn., ἵνα προγνώσῃς non magis scribi potuit quam quæ eodem in libro leguntur activæ formæ verbi ἰᾶσθαι exempla. Librariorum errores quosdam indicavit Lobeck. ad Phryn. p. 735. || Aor. 1 medii ap. Maneth. legitur 2, 51, sed non sine vitii suspicione : Οἵδε μὲν ἐν πραπίδεσσιν ἀριφραδέες τελέθουσιν γνώσασθαι κύκλοι. Γνωσώμεθα pro γνωσόμεθα est ap. Theophan. Nonn. vol. 1, p. 212. G. D.]) At vero aor. 2 est ἔγνων, unde etiam γνῶθι in imperat.; item γνοίην in optativo, et γνῶ in conjunctivo tanquam a Γνῶμι [quod fingunt grammatici cum futuro γνώσω, ut Etym. M. p. 237, 20; 311, 57]. Monosyll. γνῶ non solum est conjunctivi modi (et tum existimatur potius debere scribi γνῷ cum ι subscripto, præsertim in tertia persona), sed invenitur et pro ἔγνω. Affertur enim ex Hesiodo [Th. 551], Γνῶ ῥ', οὐδ' ἠγνοίησε. Γνώω pleonasmo τοῦ ω dictum volunt pro γνῶ in subjunctivi tempore præsenti : Od. Ξ, [118] : Εἰπέ μοι, αἴκε ποθὶ γνώω. Alioqui et thema esse dicitur [ab Etym. M. p. 312, 8] futuri γνώσω, et ceterorum, quæ inde formantur, temporum; sed inusitatum id est, quippe pro quo γινώσκω usurpari soleat, quod et ipsum inde derivatum est. [Aoristi 2 optativi γνοίην forma depravata est γνώην, eximenda Æschylo Suppl. 215, ubi συγγνῴη, nec ferenda in locis Galeni et Dionis Chrys., quos Lobeck. affert ad Phryn. p. 347. Quanquam vitium hoc satis antiquum est, velut ap. Hom. Il. Ω, 688, ubi codex ab Joanne Bankesio ex Ægypto in Angliam translatus γνωιη præbet, alii nonnulli γνῴη. De plurali Mœris p. 112 : Γνοῖμεν Ἀττικῶς· γνοίημεν Ἑλληνικῶς. Et sic ξυγγνοῖμεν Soph. Antig. 926, γνοῖεν Idem in Philoct. 325, Plato Leg. 1, p. 639 extr.: sed γνοίησαν Demosth. p. 897, 7. Γνῴεν corrupte in Orph. Argon. 1211. Particip. γνοὺς, ut ap. Aristoph. Nub. 812, Eurip. Phœn. 23. In casibus obliquis et nomin. plurali ab librariis interdum per ω scribitur vitiose ut γνῶντες ap. Theophil. Instit. vol. 1, p. 208; Theodoret. vol. 5, p. 1039. || Aoristi 2 medii unus testis Æschylus est in Suppl. 216 : Συγγνοῖτο δῆτα καὶ παρασταίη πρόφρων. G. D.]

Γινώσκω, Lat. Nosco, detracta priore syllaba, item Cognosco, Novi. [Hom. Il. Θ, 176 : Γινώσκω δ' ὅτι μοι πρόφρων κατένευσε Κρονίων νίκην. Æschyl. Prom. 104 : Αἶσαν φέρειν ὡς ῥᾷστα, γιγνώσκονθ' ὅτι τὸ τῆς ἀνάγκης ἔστ' ἀδήριτον σθένος· 51 : Ἔγνωκα, τοῖσδε κοὐδὲν ἀντειπεῖν ἔχω. Eurip. Med. 935 : Κἀμοὶ τάδ' ἐστὶ λῷστα, γιγνώσκω καλῶς. Cum casibus conjuncti legitima hujus verbi constructio cum accusativo est : genitivo duobus in locis junxit Homer. Od. Φ, 36 : Οὐδὲ τραπέζῃ γνώτην ἀλλήλων· Ψ, 109 : Ἦ μάλα νῶι γνωσόμεθ' ἀλλήλων καὶ λώιον. Alia ratio tertii exempli est Il. Δ, 357 : Ὡς γνῶ χωομένοιο, ubi χωομένοιο genitivus absolutus est : qua constructione etiam Attici utuntur. Xenoph. Cyrop. 7, 2, 18 : Ἐπεὶ μέντοι ἔγνω καὶ μάλα ἄτοπα ἐμοῦ ποιοῦντος. Plato Apol. p. 27, A : Ἆρα γνώσεται ὁ σοφὸς δὴ ἐμοῦ χαριεντιζομένου.] Alicubi et pro Agnosco. Od. Λ, [389] : Ἔγνω δ' αἶψ' ἐμὲ κεῖνος, ἐπεὶ πίεν αἷμα κελαινόν. Xenoph. Cyrop. 8, [7, 3] : Ἐμοὶ μὲν τοῦ βίου τὸ τέλος ἤδη πάρεστιν· ἐκ πολλῶν τοῦτο σαφῶς γινώσκω. Cic. ap. Democritum, Οὔτις με ἔγνωκε, vertit, Non me quisquam agnovit. Idem illud

A Apollinis celeberrimum dictum, Γνῶθι σεαυτὸν, vertit, Nosce te. [Lex. Rhet. p. 233, 13 : Γνῶθι σαυτὸν, ἀπόφθεγμα. Οἱ δὲ Χείλωνός φασιν. Ἕρμιππος δὲ Δελφὸν εὐνοῦχόν φησιν εἰρηκέναι τὸ γνῶθι σαυτὸν καὶ ἐν τῷ ναῷ ἐπιγράψαι. Χαμαιλέων δὲ Θαλοῦ φησιν εἶναι τὴν γνώμην ταύτην.] Apud Plat. autem in Gorg. diversis modis verbum hoc reddit, ut videbis p. 6 mei Cic. Lex. Ibi autem animadverte simul diversas hujus verbi γινώσκω constrr. sc. Ἄλλως δὲ αὐτόθεν οὐ γινώσκεις ὅτι εὐδαιμονεῖ; et cum participio, Ὅτι οὐδὲ τὸν μέγαν βασιλέα γινώσκειν φήσεις εὐδαίμονα ὄντα. Et, Γινώσκω σε ἐπιθυμοῦντα, Xenoph. [Cyrop. 1, 4, 7.] Habet vero et aliam cum hac ead. parte orationis, nimirum cum participio, constructionem, quum dicitur ab Aristoph. Plut. [944] : Γινώσκω ἥττων ὢν, pro Cognosco me inferiorem esse. Ubi reddi etiam potest Intelligo, Animadverto. Tale est ap. eund. Comicum, [N. 912] : Χρυσῷ πάττων μ' οὐ γινώσκεις, Non cognoscis te conspergere me auro; vel, Non intelligis, animadvertis. Quidam interpr. etiam, Non sentis. Apud Lucian. B [Deor. dial. 22, 2] : Πατέρα δὲ γίνωσκε ἔχων Ἑρμῆν. eod. modo quo dicitur ἴσθι ἔχων. Itidem cum participio passivo, ut Ἔγνωσαν ἀποπεμπόμενοι, Thuc. [1, 102], Cognoverunt se dimitti. Dicitur et, Οὐ γινώσκω σε τίς εἶ, ut si dicas Latine, Non cognosco te, vel, Non novi te quis sis : ut Terent. dixit, Scin' me in quibus sim gaudiis? Item, Neque ejus patrem se scire qui fuerit. Sed et alia voce sequente quam τίς : ut Il. Χ, [10] : Οὐδέ νύ πώ με Ἔγνως ὡς θεός εἰμι· Ε, [85] : Τυδείδην δ' οὐκ ἂν γνοίης ποτέροισι μετείη. Apud Eund. aliquoties legimus γινώσκειν adjecto dativo φρεσί. Interdum hoc verbum vel Cognosco vel Intelligo reddi potest, uti dixi, sed alicubi non utrumque itidem admittit, verum hoc posterius duntaxat, veluti cum Thuc. scribit [1, 86] : Τοὺς μὲν λόγους τοὺς πολλοὺς τῶν Ἀθηναίων οὐ γιγνώσκω. [Apollon. De synt. p. 339, 8, ubi de locutione ἀπὸ τῆς σήμερον agit : Ἐπεὶ πῶς γινώσκει (quid affinitatis habet) τὸ σήμερον τὸ τῆς ἄρθρον καὶ θηλυκὸν καὶ γενικῆς πτώσεως καὶ ἑνικὸν, τῶν ἐπιρρημάτων οὐδὲν τοιοῦτον ἐμφανιζόντων; et paullo C post : Καὶ ἀνάπαλιν δὲ οὐ γινώσκει τὴν παράθεσιν τῆς προθέσεως κατ' ἰδίαν. Theophil. Instit. vol. 1, p. 564 : Κογνατικὰ δὲ οἱ ἐκ πόρνης μητρὸς τεχθέντες ἀδελφοὶ προβάλλονται πρὸς ἀλλήλους δίκαια, ὥσπερ καὶ πρὸς πάντα τὸν ἀπὸ μητρὸς αὐτοῖς γινωσκόμενον συγγενῆ. G. Dind.]

Γινώσκω, Censeo, Existimo, Judico, Statuo, Sentio. [Herodot. 1, 74 : Ἀλυάττεα ἔγνωσαν δοῦναι τὴν θυγατέρα Ἀστυάγει· 1, 78 : Οἱ Τελμησέες τάδε ἔγνωσαν, στρατὸν ἀλλόθροον προσδόκιμον εἶναι Κροίσῳ.] Isocr. Archid. [p. 122, A] : Τὸ τοίνυν μαντεῖον ἔγνω τότε ἡμετέραν εἶναι τὴν Μεσήνην. Xen. [Mem. 2, 6, 35]. Ἔγνωκας ἀνδρὸς ἀρετὴν εἶναι, νικᾶν τοὺς μὲν φίλους, εὖ ποιῶν, Viri virtutem esse censes, existimas, judicas : nam hic ἔγνωκας est pro γινώσκεις, itidemque particip. Ἐγνωκὼς pro γινώσκων, Censens, Judicans, Existimans, Sentiens, Statuens, quas interprr. ei dat Bud. in isto Demosth. loco [p. 118] : Τὸν χρόνον κερδᾶναι τοῦτον ὃν ἄλλος ἀπόλλυται, ἕκαστος ἐγνωκὼς, ὥς γέ μοι δοκεῖ, οὐχ ὅπως σωθήσεται τὰ τῶν Ἑλλήνων σκοπῶν, οὐδὲ πράττων. Affert etiam e Plut. hoc partic. ἐγνωκὼς D pro Certus, Cui certum est et decretum aliquid facere : Μάχης μὲν ἐγνωκὼς ἀπέχεσθαι. [Ita Vit. Pomp. c. 10; V. Anton. c. 37.] Sic Ἐγνώκασι aut Ἔγνωσαν τοῦτο μὴ ποιεῖν, Decreverunt hoc non facere, vel Statuerunt, vel, Statuerunt hoc sibi faciendum non esse. [Æsch. Sept. 650 : Σὺ δ' αὐτὸς ἤδη γνῶθι τίνα πέμπειν δοκεῖς· 652 : Σὺ δ' αὐτὸς γνῶθι ναυκληρεῖν πόλιν. Soph. Ajac. 677 : Ἡμεῖς δὲ πῶς οὐ γνωσόμεσθα σωφρονεῖν; Antig. 1089 : Ἵνα γνῷ τρέφειν τὴν γλῶσσαν ἡσυχωτέραν, Ut discat, quod alibi dicitur ἵν' εἰδῇ.] Nonnunquam cum adverbio jungitur, ut ὀρθῶς γινώσκειν, Bene sentire; et contra κακῶς γινώσκειν, Male sentire. Sæpe vero οὕτω γινώσκω, Ita sentio, Hæc est mea sententia. Xen. Cyrop. 4, [4, 2] : Ἐγὼ μὲν οὖν οὕτω γιγνώσκω· εἰ δὲ ἄλλος τις ὁρᾷ ἄμεινον, λεγέτω. (Apud Thuc. Οὕτω γνοὺς, pro Quum hoc decrevisset, vel statuisset.) Interdum additur περὶ cum suo gen.; diciturque, Οὕτω γινώσκω περὶ τούτου, s. τούτων· [Thucyd. 2, 22 : Ὀρθῶς γιγνώσκειν περὶ τοῦ μὴ ἐπεξιέναι.] Xenophonti autem familiare est οὕτω

duntur] cuspidem. Inde et ap. Hom. τανυγλώχινες et τριγλώχινες ὀϊστοί. [Simplex γλωχὶν apud Homerum uno tantum in loco legitur, Il. Ω, 274, ubi extremam lori jugalis partem significat, Ὑπὸ γλωχῖνα δ' ἔκαμψαν, ad quem l. Eustath. p. 1350, 22 : Γλωχῖνα δὲ κάμψαι φησὶ τὸ μετὰ δεσμὸν ὑποβαλεῖν τῇ καμπῇ τοῦ δεσμοῦ τὸ τοῦ ἱμάντος ἄκρον καὶ γωνιῶσαι αὐτό, ὡς ἂν εἴη εὔλυτον ὕστερον διὰ τῆς χυδαϊστὶ λεγομένης δηλέας. Οἱ δὲ γλωχῖνά φασι τὴν ἐκ τοῦ ῥυμοῦ καὶ ζυγοῦ γωνίαν, ἔνθα κάμπτεται περὶ τὸν μέσον τοῦ ζυγοῦ ὀμφαλὸν τὸ ζυγόδεσμον· δηλοῖ δὲ, φασὶ, καὶ γλωσσίδα τινά. Schol. min. : Τὴν γωνίαν· λέγει δὲ τὸ τέλος τοῦ ἱμάντος. Γλωχῖνα τριαίνης dixit Nonn. Dion. 36, 111. Γλωχῖνα κεραίης 1, 193; 34, 152; 36, 192. (Conf. Πολυγλώχιν.) Γλωχῖνας κεραίης (lunæ) Tryphiod. 516. Nonn. Io. p. 112, 20 : Τρηχαλέῃ γλωχῖνι λιθοβλήτου νιφετοῖο. De angulo terræ Dion. Per. 184 (coll. v. 281) : Πυμάτην μὲν ἐπὶ γλωχῖνα νέμονται ἀγχοῦ στηλάων Μαυρουσίδος ἔθνεα γαίης. Θαλάττης γλωχῖνα παρατεινομένην Agathias Hist. p. 327, 13. Angulos in doctrina Pythagorica γλωχῖνας dici ex Heronis Defin. geometr. l. 3 annotavit Schneid. In Geopon. 11, 26, p. 831 γλωχῖνες κρόκου sunt fila croci, quæ ex medio flore prominent tanquam cuspides.] || Γλῶχες, Spicæ vel Aristæ, ut exp. Schol. Hesiod. Sc. [398] : Τῆμος δὴ κέγχροισι περὶ γλῶχες τελέθωσι. Sic enim interpr. ea verba, ὅτε δὴ οἱ κέγχροι ἄρχωνται ἀνθέρικας ποιεῖν, ἤγουν στάχυας. Sed quidam Codd. ibi conjunctim habent περιγλῶχες. [Male. Ceterum γλωχῖνα et γλῶχα ejusdem esse stirpis vocabula unde γλῶσσα factum est, et literarum et significationum similitudo ostendit. Grammatici veteres, quorum sententias exponunt Etym. M. et Eustath. p. 563, 17, alii a γλύφειν s. γλάφειν, alii παρὰ τὸ γωνίας ἔχειν, quasi γωνιοχὴν dicas, derivabant, alii denique a verbo κλᾶν· οἱονεὶ, inquit Eust., κλωχίν τις ἡ κεκλασμένη, ταὐτὸν δ' εἰπεῖν κλάσμα ἔχουσα.]

Γνάθαινα, ἡ, Gnathæna, mulier dicta a Γνάθων, ut a γείτων dicitur γείταινα, a τέκτων τέκταινα. [Hæc ex Eustath. p. 1129, 12.] Est autem meretricis nomen, Athen. [13, p. 558, B; 567, F; 579, 580 ex Anaxila, Timocle, Machone. Ælian. V. H. 12, 13. Vixit autem temporibus Stilponis et Diphili comici, quos amatores habuit. ᾰ]

[Γνᾰθαινία, ἡ, Gnathænia, et Γναθαίνιος, ὁ, Gnathænius, nomina pr. ab Suida memorata. Γναθαινία vulgo legitur in loco Plutarchi s. Γναθαίνιον afferendo. G. Dindorf.]

[Γνᾰθαίνιον, ἡ, Gnathænium, meretrix, Gnathænæ ex filia neptis, ap. Athen. 13, p. 581-583, 585. || Sartrix Argolica ap. Plut. V. Æmil. P. c. 8, ubi librorum scriptura Γναθαινίας recte in Γναθαινίου mutatur ex V. Arati c. 54. G. Dindorf.]

[Γνᾶθις. V. Γνῶθις.]

[Γναθμός. V. Γνάθος.]

Γνάθος, ἡ, [Γνάθος, ὁ, sicubi legitur, librariorum errore legi videtur, ut in Etym. M. p. 155, 21, οἱ γνάθοι, ap. schol. Aristoph. Lys. 445 τοῖς γνάθοις. Τοὺς γνάθους Theodor. Prodr. in Boisson. Anecd. vol. 1, p. 429. Contrario vitio γναθμὸς femininum legitur in loco poetæ ap. Dion. Chrys. vol. 2, p. 29 : Γναθμῶν ἐκ πολιᾶν. G. D.] et Γναθμὸς, ὁ, Mala, Maxilla. Præcedere autem existimo γναθμὸς, quo utitur Hom., si sequenda sit formatio, quam affert Etym. [p. 236, 1.] Quam si quis non probat, is contra, cum Herodiano Gramm., γναθμὸς a γνάθος fieri dicat, interjecto μ. Volunt autem fieri γνάθος a γνάπτω, signif. i. q. γνάμπτω : at derivari γνάμπτω a κάμπτω dicetur : et ita fiet γναθμὸς s. γνάθος a κάμπτω, sed non immediate, ut ita loquar. [Hom. Il. N, 671, Π, 606, P, 617 : Τὸν βάλ' ὑπὸ γναθμοῖο καὶ οὔατος.] Od. Σ, [28] : Χαμαὶ δ' ἐκ πάντας ὀδόντας Γναθμῶν ἐξελάσαιμι· Il. Π, [405] : Γναθμὸν δεξιτερόν. Apud Eund. proci Penelopes rident γναθμοῖς ἀλλοτρίοις, Od. Υ, [347], q. d. Maxillis alienis. Quod proverbiale dictum mihi videtur optime respondere phrasi Gall. *Un ris emprunté,* ad verbum Risus non noster, sed quem ab alio mutuati sumus. Vox autem Γνάθος reperitur et ipsa ap. veteres scriptores : Hippocr. ἡ κάτω καὶ ἡ ἄνω γνάθος, Inferior et superior mala. Demetr. Phal. [§ 162] : Ὅτι Μηδόκης ὁ βασιλεὺς βοῦν ἔφερεν ὅλον ἐν γνάθῳ. Lucian. : Τὰς γνάθους σπαράττειν. Et in VV. LL. ex eodem ὑπεξυρημένος τὴν γνάθον [Timon. c. 22], Subrasus malam. Exp. et Subrasus mentum; sed perperam. Ibid. [Eun. c. 10] : Οὑτοσὶ τὰς γνάθους λεῖος, ad verbum Malis lævis, i. e. Malas habens læves. Puto autem vocem Lævis locum hic habere, cum ita dixerit Tibull. : Cui lævia fulgent ora. Possumus vero, ut opinor, γνάθους interpretari etiam Genas in hujusmodi locis : cum et genis tribuatur barba; sed malas tamen magis proprie et usitate dicitur vestire barba quam genas. In iisd. LL. γνάθου τοῦ [τὸ] λεπτὸν non nominato Auctore, exprimitur Gena, Bucca, Mandibula. Ab Herodoto, ut tradit Cam., γνάθος ponitur etiam pro Inferiore maxilla peculiariter [9, 83 : Γνάθος ἔχουσα ὀδόντας μουνοφυέας]. Interdum γνάθος pro Ipsis dentibus : Aristoph. Vesp. [370] : Ἀλλ' ἔπαγε τὴν σὴν γνάθον, Impinge maxillam tuam, pro Impinge dentes tuos. Citatur et γναθμοῖς ex Epigr. pro Morsibus, Lacerationibus. [Leonid. Tar. in Anth. Pal. 9, 99 : Κεῖρε, κάκιστε, γναθμοῖς ἡμέτερον κλῆμα τὸ καρποφόρον. Eur. Med. 1201 : Σάρκες δ' ἀπ' ὀστέων, ὥστε πεύκινον δάκρυ, γναθμοῖς ἀδήλοις φαρμάκων ἀπέρρεον, Occultis venenorum morsibus. Id. Hippol. 1223 : Αἱ δ' ἐνδακοῦσαι (πῶλοι) στόμια πυριγενῆ γναθμοῖς βίᾳ φέρουσιν, ubi alii libri γνάθοις, quo v. Hesychius γναθμοὶ interpretatur. Ἰωὴ γναθμῶν voracium piscatorum in fragm. quod Hesiodo tribuitur ap. Athen. 3, p. 116, A. Longus 4, 11 : Γνάθων, οἷα μαθὼν ἐσθίειν ἄνθρωπος καὶ πίνειν εἰς μέθην, καὶ οὐδὲν ἄλλο ὢν ἢ γνάθος καὶ γαστήρ. Clemens Al. p. 165 : Καί μοι δοκεῖ ὁ τοιοῦτος ἄνθρωπος οὐδὲν ἄλλ' ἢ γνάθος εἶναι. G. Dindorf.]

Γνάθοι, Buccæ : Γνάθους φυσᾶν, Buccas inflare, de quo loquendi genere vide in Φυσίγναθος. [Liban. vol. 1, p. 812, B : Παρ' οἷς οὐδὲν ἂν εὕροις πλὴν γνάθους πεφυσημένας· τὰ δ' ἔνδον λιμὸς πολύς. Hemst.]

|| Γνάθος de animalibus quoque dicitur, ac præsertim de equis. Ap. Eur. Alc. [492] dicit Admetus de illis Diomedis Thracis equis, Οὐκ εὐμαρὲς χαλινὸν ἐμβαλεῖν γνάθοις. Lat. autem dicunt Ori equi fræna injicere. Xen. De art. eq. [6, 8] : Τὸν μέγαν δάκτυλον τῆς ἀριστερᾶς χειρὸς εἴσω τῆς γνάθου τῷ ἵππῳ ποιῆσαι. Vide Ἑτερόγναθος. [Ἵππος τὴν γνάθον ἀκόλαστος, Pollux 1, 198. || Figurate fauces Propontidis τραχεῖα πόντου Σαλμυδησσία γνάθος dicuntur ab Æsch. Prom. 726. Ap. eundem γνάθος, ut γένυς, Aciem ferri significat ibid. 64 : Ἀδαμαντίνου σφηνὸς αὐθάδη γνάθον· quemadmodum Hesych. γναθμὸν interpretatur τομώτατον καὶ αἱρετικώτατον, ubi non opus videtur Kusteri correctione διαιρετικώτατον. De vi ignis in Choeph. 325 : Πυρὸς μαλερὰ γνάθος· Prom. 368 : Ποταμοὶ πυρὸς δάπτοντες ἀγρίαις γνάθοις ... λευροὺς γύας. Phrynich. ap. Tzetz. ad Lycoph. 433 : Παράκτιτον πλάκα ὠκεῖα μάργοις φλὸξ ἐδαίνυτο γνάθοις. De impetiginibus corpus absumentibus Æsch. Choeph. 280 : Ἀγρίαις γνάθοις λειχῆνας ἐξέσθοντας ἀρχαίαν φύσιν. || Γνάθος, i. q. Γνύθος, quod v. || Ὄνου γνάθος, nomen promontorii, v. s. Ὄνος. G. Dindorf.]

[Γνάθους, θηλείας, ἢ γυναῖκας mire interpretatur Hesychius.]

Γναθόω, Cædo in malis, maxillas; nam γναθοῦν Hesych. exp. εἰς γνάθους τύπτειν. Est autem γναθοῦν a γνάθος ita deductum, ut si a maxilla verbum Maxillare formaremus. [Antiattic. p. 87, 8 : Γναθοῖ, ἀντὶ τοῦ τὴν γνάθον τύπτει. Φρύνιχος Μονοτρόπῳ.]

Γνάθων, ωνος, ὁ, Parasitus, Hesych. Sic a bucca formarunt Lat. Bucconem, sed pro stolido, ut ap. Plaut. exp. : Bardi, blenni, buccones. Ego γνάθωνα existimo dictum Eum, qui adulatione aliisque malis artibus quærit μάσημα ταῖς γνάθοις : ut quendam ex hujusmodi hominum numero loquentem inducit Antiphanes ap. Athen. [1, p. 8, D] : Μακάριος ὁ βίος, ᾧ δεῖ μ' ἀεὶ καινὸν πόρον εὑρίσκειν, ὡς μάσημα ταῖς γνάθοις ἔχω. Eo autem lubentius hanc significationis vocabuli γνάθων rationem reddo, quod videam respondere nomini ψωμοκόλαξ, quo itidem Parasitus indicatur, Athen. [6, p. 261, 262], ubi et verbum ψωμοκολακεύων. Sed et ipsum κόλαξ a κόλον, signif. τροφὴ, deductum putatur. Quod autem ad illud loquendi genus attinet, Μάσημα ταῖς γνάθοις ἔχω, memini me et alia eiusd. generis in Comicis ab Athen. citt. ob-

servare. Huc porro pertinet illud Eur. in Autolyco priore, ap. eund. Athen. [10, p. 413, C] : Γνάθου τε δοῦλος νηδύος θ' ἡσσημένος. || Γνάθων, proprium nom. cujusdam obsonatoris Siculi, ut in VV. LL. e Plut. annotatur. [Moral. p. 707, E : Εἰ δὴ Γνάθων γέγονε δεινότατος ἄνθρωπος τἀλλότρια δειπνεῖν. Γνάθων parasiti nomen ap. Alciphr. 3, 34, Longum 4, 10, 11, et Terentium. *Gnathonum similes* dixit Cicero De amic. c. 25. || Gnatho Dipæensis olympionica ap. Pausan. 6, 7, 8. ᾰ G. Dindorf.]

[Γνᾰθώνειος, α, ον, Gnathonicus. Plut. Moral. p. 707, E : Ἀνελεύθερον εὖ μάλα καὶ Γναθώνειον. G. D.]

Γνᾰθωνίδης, ὁ, Gnathonides, patronym. ap. Suid. [Parasiti nomen ap. Lucian. Tim. 45, 48, vol. 1, p. 159, 160.]

[Γναμπτὴρ lectio vitiosa ap. Nonn. Dion. 12, 184.]

Γναμπτὸς, ἡ, ὸν, Inflexus, Incurvus, Flexibilis, et q. d. Curvabilis, ut ἀγκίστροισιν, Od. Δ, 369. Ubi Eust. γναμπτὸν eadem ratione appellari tradit, qua alibi περιηγές : quia περιάγεται, i. e. περικλᾶται, γνάμπτεται, quod est κάμπτεται. Il. Λ, 668, et alibi [Ω, 359; Od. Λ, 394; N, 398, 430; Φ, 283], γναμπτοῖσι μέλεσσιν. [Γναμπτῇσι γένυσσιν (apri) Il. Λ, 416. Hesiod. Op. 203 : Γναμπτοῖσι... ἀμφ' ὀνύχεσσι. Pind. Isthm. 1, 82 : Ἐν γναμπτοῖς δρόμοις (ἁρμάτων).] Et metaph. γν. νόημα, Il. Ω, 41, Animus, qui flecti potest et emolliri oratione. [Seqq. ex Indice.] Γναπτὸς, Flexus, Flexilis. Hesych. enim γναπτὰς ἕλικας exp. καμφθέντα ψελλία : afferens etiam γνάπτει pro κάμπτει. Unde intelligitur eum γνάπτω cum γνάμπτω confundere : cum non solum γνάμψαι exp. κάμψαι, κλάσαι, πεῖσαι, sed γνάμψεν etiam ἔξεσεν, ἤμυξεν. Veruntamen in Flectendi signif. γνάμπτω potius dicitur : in Carpendi autem, s. Vellicandi aut Radendi, γνάπτω, sine μ. [Γναπτὰς ἕλικας est ex Hom. Il. Σ, 401, ubi nunc recte γναμπτὰς legitur, quæ perpetua in his formis fluctuatio codicum est. Literam μ quatuor aliæ Hesychii glossæ habent, Γναμπτὰ, καμπύλα, πικτὰ (?), ὑγρά. Γναμπτῇσιν, ἀνακεκλασμέναις, ἐπικαμπέσι. Γναμπτὸν, εὔπιστον, ἔνυγρον. Γναμπτοὺς, χαλινούς. Qua postrema cum glossa comparatur alia ejusdem grammatici, Γλαμψοὶ, χαλινοὶ (codex γαληνοὶ) στόματος.]

Γνάμπτω, pro κάμπτω interdum, ut etiam derivatum ab eo tradit Etym. [p. 236, 10], Inflecto, Incurvo : unde et γναμπτὸν ἄγκιστρον, de quo habes paulo superius. Vide etiam Ἀναγνάμπτω, [Ἐπιγνάμπτω], et Ὑπογνάμπτω. Hanc autem signif. habet in metaph. etiam, sicut cum Lat. dicitur Flectere animum vel Inflectere, et a Virg. Inflectere sensus. Hinc γναμπτὸν νόημα. Ab Hesych. γνάμψαι exp. itidem πεῖσαι, præcedentibus duabus aliis expp., sc. κλάσαι et πεῖσαι. An autem κλάσαι in propria, an in metaph. signif. accipiatur dubium esse potest : a Lat. certe Frangere, quod propria signif. est κλάσαι, cum Flectere metaphorico copulari interdum scimus : ut cum dicit Cic. pro Sylla, Flecti animo atque frangi. [Il. Ψ, 731 : Ἐν δὲ γόνυ γνάμψεν. Apoll. Rh. 3, 1248 : Κεῖνο δόρυ γνάμψαι (ut Lycophro 1247)· 1349 : Γνάμψε δὲ γούνατ' ἐλαφρά. De animo Æsch. Prom. 995 : Γνάμψει γὰρ οὐδὲν τῶνδέ μ' ὥστε καὶ φράσαι. Oppian. Hal. 5, 574 : Νόον γνάμπτουσι σιδήρεον. Apud Thucyd. 3, 58 libri plures γναμφθῆναι ὑμᾶς καὶ μεταγνῶναι, unus κναμφθῆναι, sed optimi καμφθῆναι. Hesych. : Ἐγνάμφθη· ἐκάμφθη, ἐκλάσθη.] || Sed et pro Flectere, i. e. Flectendo transmittere, citatur ex Apoll. Rh. 2, [349] : Ῥῆβαν ὠκυρόην ποταμὸν ... Γνάμψαντας. [Et ibid. 944, 965, 1010; 4, 301.] || Γνάμπτω, Vellico, Discerpo, Lanio, Soph. [Aj. 1030] : Ἱππικῶν ἐξ ἀντύγων Ἐγνάμπτετ' αἰὲν, ἕς τ' ἀπέψυξεν βίον [recte ex aliis libris restitutum ἐκνάπτετο, de quo v. s. Κνάπτω], i. e. Laniabatur. Sunt tamen et qui Deprimebatur exponi posse censeant : quibus non subscribo. Nicand. Th. [423], γναμπτόμενοι, Schol. ξεόμενοι. [At hoc γναπτόμενοι potius scribendum videri et ap. Hesych. Γνάψεν, ἔξεσεν, ἤμυξεν, pro vulgato Γνάμψεν, pluribus dicetur s. v. Κνάπτω. Contrario modo codd. γνάπτω interdum præbent pro γνάμπτω, ut γναπτὸς pro γναμπτός : quæ forma non solum in tribus glossis Hesychii legitur, Γνάπτει, κάμπτει. Γναφῆναι, κλασθῆναι, καμφθῆναι. Ἔγναψεν, ἔπεισεν, ἔκαμψεν· sed etiam diserte

A probatur tanquam antiquior in Etym. M. p. 236, 10 : Γνάμπτω ἐκ τοῦ κάμπτω· σύνηθες δὲ τοῖς παλαιοῖς λέγειν γνάπτω. Ἀνεγνάφθη δὲ ἡ (δέ οἱ) αἰχμὴ (Il. Γ, 348), ἄνευ τοῦ μ· καὶ, Ἐπέγναψεν γὰρ ἅπαντας (Il. B, 14 et al.), ἄνευ τοῦ μ. Quibus in locis omnibus nunc μ insertum legitur. De utraque forma pluribus disputavit Dorvill. in Obs. miscell. vol. 9, p. 118. G. Dindorf.]

[Γνάμφαι. V. Γαμφαί.]

[Γνάμψις, εως, ἡ, Flexio. Etym. M. p. 235, 56 : Γνάθος, ἡ παρειά· παρὰ τὴν γνάμψιν καὶ κάμψιν ἢ κλάσιν, ἡ καμπτομένη σιαγών. Wakef.]

[Γνάπτω, Flecto. V. Γνάμπτω. || Vellico. V. Κνάπτω.]

[Γνάπτωρ. V. Κνάπτωρ.]

[Γναταὶ, ἀκταὶ, Oræ. Hesych. Γναμπταὶ (s. γναπταὶ) Kuster.]

[Γναφάδιον. Γναφάλιον. Γναφάλλιον. Γνάφαλλον. Γνάφαλος. Γναφαλώδης. Γναφεῖον. Γναφεύς. Γναφευτικός. Γναφεύω. Γναφικός. Γνάφος. Γνάφω. Γνάψις. V. s. Κν...]

[Γναφίσκος, ὁ, Gnaphiscus. Πυθεῖνος Γναφίσκου inscr. ap. Bœckh. vol. 2, p. 165, 43. G. Dindorf.]

B [Γναῦρος. V. Χνοῦβος.]

[Γνέφαλον. Γνέφαλος. V. Κνάφαλον.]

[Γνὴς, ητὸς, ὁ, Gnes. Chœrob. p. 1188 Bekk. : Γνὴς Γνητός· Γνῆτες δὲ λέγονται οἱ Ῥόδιοι καὶ Ἴγνητες (scr. Ἴγν.) οἱ γνήσιοι Ῥόδιοι, ὥσπερ καὶ ἀπὸ τοῦ Κρὴς Κρητὸς Ἔγκρης Ἔγκρητος. Male Γνῆς ap. Steph. Byz. qui ipse quoque utramque nominis formam annotavit. Γνὴς inter oxytona apud Arcad. p. 126, 14. Conf. Ἴγνη. G. Dindorf.]

[Γνησιάζω, Familiariter consuesco. Athanas. vol. 2, p. 175, A. Kall.]

[Γνησιεύω, Legitimus sum. Theod. Stud. Grets. p. 233, C : Τοὺς μὲν δυσμενεῖς καταποντίζουσα, τοὺς δὲ γνησιεύοντας διασώζουσα. Hase.]

[Γνησίθεος, ὁ, Gnesitheus, n. pr. ap. Hesych. s. v. Λάμιον : sed Photius p. 206, 21 Μνησίθεος. G. D.]

[Γνησιοδίδακτος, ὁ, ἡ, Vere edoctus. Ioann. Chrys. vol. 8, p. 487. Cramer.]

[Γνησιοπόθητος, ὁ, ἡ, Vere dilectus. V. Reisk. ad Constant. De cærim. p. 285. Boisson.]

C Γνήσιος, α, ον, quod dici puto quasi γονήσιος [« vel per syncopen pro γενήσιος. » HSt. Ms. Etym. M. p. 236, 21 : Γενήσω γενήσιος ... καὶ κατὰ συγκοπὴν γνήσιος ... ἢ ἀπὸ τοῦ γενητὸς γενητήσιος ἢ γενήσιος ... καὶ συγκοπῇ γνήσιος.], Originem habens legitimam et minime spurius. Proprie enim γνησίους παῖδας dici puto τοὺς γόνῳ γεγονότας παῖδας, ut Demosth. loqui dicetur [s. v. Γόνος. Id. p. 1099, 19 : Ἀδύνατόν ἐστιν υἱὸν γνήσιον ἐγκαταλιπεῖν, ἐὰν μὴ γόνῳ γεγονὼς ᾖ τινί.] Vide Hom. l. c. [Od. Ξ, 202], Υἷες γνήσιοι ἐξ ἀλόχων, in Ἰθαγενής. [Il. Δ, 102 : Υἷε δύω Πριάμοιο, νόθον καὶ γνήσιον. Eurip. Androm. 639 : Νόθοι τε πολλοὶ γνησίων ἀμείνονες. Lex Solonis ap. Aristoph. Av. 1664 : Νόθῳ δὲ μὴ εἶναι ἀγχιστείαν παίδων ὄντων γνησίων.] Sed tamen γνησίους παῖδας quidam annotant vocatos eos quoque qui legitima adoptione filii essent. [Γνησίους nonnisi τοὺς γόνῳ γεγονότας dici posse et in lege Attica distingui a filiis legitima adoptione (κυρίως κατὰ τὸν θεσμὸν) adscitis contra Leocharem demonstrat Dem. p. 1095.] Dicitur et [γνησία θυγάτηρ, ut ap. Isæum

D p. 71, 36; ἀδελφὸς γνήσιος, Arist. Av. 1660,] γυνὴ γνησία a Xenoph. Uxor legitima, ad differentiam concubinæ. [Cyrop. 4, 3, 1 : Γυναικῶν τῶν μὲν γνησίων, τῶν δὲ καὶ παλλακίδων. Γνήσια νυμφεύματα, Legitimum matrimonium, Eurip. Andr. 193. Lucian. Amor. 19, vol. 2, p. 419, de Venere : Σὺ γὰρ αὐτῶν (τῶν ἐρωτικῶν λόγων γνησιωτάτη μήτηρ. || Figurate γνήσιος de libris genuinis dicitur, ut νόθος de spuriis s. subditis. Galen. vol. 11, p. 122 : Ἐν τῷ πρώτῳ μέρει τοῦδε τοῦ βιβλίου τῷ κατὰ πάντας ὡμολογημένῳ γνησίῳ. Harpocratio s. v. Ἀδηφάγους· Λυσίας ἐν τῇ ὑπὲρ Εὐκρίτου διαμαρτυρίᾳ, εἰ γνήσιος ὁ λόγος, iisdemque verbis s. v. Ἀλκιβιάδης et alibi. Et sic sæpissime grammatici. || De costis Pollux 2, 181 (et 165) : Τῶν δὲ πλευρῶν αἱ μὲν μείζους γνήσιαι, αἱ δὲ ἐλάττους νόθαι, αἵ εἰσιν ὑπὸ τῷ στήθει. || Γνήσιον et νόθον ὕδωρ fluvii, i. e. aqua naturalis et aqua in glaciem mutata, ap. Ælian. N. A. 14, 26, ubi vid. Jacobs. p. 493. G. D.] Exp. et Germanus. [Demosth. p. 118, 24 : Ἀλλ' οὖν ὑπὸ γνησίων γε ὄντων τῆς Ἑλλάδος (i. e. ὑπὸ Ἰθαγενῶν Ἑλλήνων) ἠδικοῦντο. Scriptor Ἐπιταφίου

p. 1390, 9 : Τούτους δὲ γνησίους γόνῳ τῆς πατρίδος πολίτας εἶναι (non ἐπήλυδας). Γνήσιοι πολῖται Aristot. Polit. 3, c. 5.] A Quo pertinet quod scribit Strabo, Germanos a Romanis vocatos esse quasi γνησίους Γαλάτας, Bud. 998. [Strabo 7, p. 290 : Διὸ δίκαιά μοι δοκοῦσι Ῥωμαῖοι τοῦτο αὐτοῖς θέσθαι τοὔνομα, ὡς ἂν γνησίους Γαλάτας φράζειν βουλόμενοι· γνήσιοι γὰρ οἱ Γερμανοὶ κατὰ τὴν Ῥωμαίων διάλεκτον.] Sic γνήσιος ἀετὸς Aristot., Aquila germana, Vera aquila et incorruptæ originis, Bud. [H. A. 9, 32 : Ἔτι δ' ἄλλο γένος ἐστὶν ἀετῶν οἱ καλούμενοι γνήσιοι· φασὶ δὲ τούτους μόνους καὶ τῶν ἄλλων ὀρνίθων γνησίους εἶναι· τὰ γὰρ ἄλλα γένη μέμικται καὶ μεμοίχευται ὑπ' ἀλλήλων. « Plin. H. N. 10, 3 : Quintum aquilarum genus gnesion vocatur, velut verum solumque incorruptæ originis. » HSt. Ms.] Exp. γνήσιος alicubi etiam Non adulterinus, Non fucatus. [Eurip. Hippol. 309 : Ἣ σοῖς τέκνοισι δεσπότην ἐγείνατο νόθον, φρονοῦντα γνήσια. Sophocl. ap. Athen. 12, p. 513, D : Γνησίου φρονήματος. Pind. Ol. 2, 21 : Γνησίαις ἐπ' ἀρεταῖς. Isocr. p. 35, D : Ἀρεταὶ γνησιώταται καὶ βεβαιόταται. Polyb. 1, 30, 4 : Οἱ γνή- B σιοι τῶν ἀνδρῶν. Γνήσιον ἀργύριον Pollux 3, 86. Γνήσιοι ἱδρῶτες, Legitimi sudores, ap. Hippocr. p. 396, 23, ad quem l. Galen. vol. 11, p. 123 : Τὸ δὲ γνήσιοι οὐ κυρίως ἐπ' αὐτῶν λέγοιτ' ἄν· κατὰ γὰρ τὰς τῶν νοσημάτων ἰδέας ἐπιφέρειν εἰώθασι τὴν τοιαύτην προσηγορίαν οἵ τ' ἄλλοι τῶν ἀρίστων ἰατρῶν καὶ αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης.] Apud Lucian. autem [Pisc. 46, vol. 1, p. 613] cum gen., Γνήσιος τῆς φιλοσοφίας, exp. Proprius philosophiæ : ubi tamen alii vocem Germanus retinent. [Suidas s. v. Ὑπόβλητον· Γνήσια τῆς σῆς διανοίας τὰ εἰρημένα. Schæf.] Sed et Genuinus, quod τῷ γνήσιος ad verbum respondet, alicubi in ejus interpr. locum habet. [|| Recentiores Græci non raro pro Cognato vel Familiari dixerunt. Anna Comn. p. 401, B : Τοὺς γνησιωτάτους τῶν καθ' αἷμα. Οἱ γνησιώτατοι, Proximi cognati, ap. Cinnam. p. 17, D, 104, D. Id. p. 156, B : Διωμιλεῖτο γνησιώτατα, Perfamiliariter. Anna p. 257, A : Γνησιώτερον προσωμίλει. Ξυγγενὲς γὰρ φόβῳ μῖσος ap. Philostr. Heroic. p. 720 schol. a Boisson. editus p. 568 interpretatur γνήσιον, et Hesych. : Γνήσιος... ἴδιος, οἰκεῖος. C Qua signif. ap. Dion. Hal. A. R. 1, 79 : Εἶδον ἔξω τοῦ γνησίου ῥείθρου τὸν Τίβεριν ... ἐκτετραμμένον εἰς τὰ πεδία. || Comparat. Γνησιέστερος ap. Nicet. Eugen. 4, 220. G. Dindorf.]

Γνησιότης, ητος, ἡ, [Germanitas, Gl.] dicitur de eo qui legitimus sit et germanus. [Aristot. Rhet. 1, 5, p. 1360, 35 : Εὐγένεια ἡ ἀπ' ἀνδρῶν ἢ ἀπὸ γυναικῶν, καὶ γνησιότης ἀπ' ἀμφοῖν. G. D. || Suitas, in Nov. Justiniani quæ inscribitur Περὶ τρόπων γνησιότητος, De modis faciendi sui et legitimi. Glossæ Basil. : Σοῦον, γνήσιον. Ducang.]

[Γνησίοχος, ὁ, Gnesiochus. Schol. Apoll. Rh. 2, 351 : Τὴν Μαριανδυνῶν γῆν σὺν Γνησιόχῳ τῷ Μεγαρεῖ Βοιωτοὶ κατέσχον, ὡς Εὐφορίων (corr. Ἔφορος cum Marxio p. 197) ἱστορεῖ. G. Dindorf.]

[Γνήσιππος, ὁ, Gnesippus, n. pr. poetæ, de quo Cratini et aliorum comicorum locos attulit Athen. 14, p. 638. || Atheniensis quidam apud Xenoph. Anab. 7, 3, 28. G. Dindorf.]

Γνησίως, Germane, Legitime, Non adulterine. [Eurip. Alc. 678 : Ἀπὸ Θεσσαλοῦ πατρὸς γεγῶτα γνη- D σίως ἐλεύθερον. Isocr. Paneg. p. 45, B : Οὕτω καλῶς καὶ γνησίως γεγόναμεν. Demosth. C. Neær. p. 1353 extr. : Τοὺς φύσει πολίτας καὶ γνησίως μετέχοντας τῆς πόλεως. || Vere, Reapse, Sincere. Demosth. Epist. p. 1482, 14 : Εἰς ταύτην τὴν τάξιν γνησίως ἑαυτὸν ... δοῦναι. Lysias Epitaph. p. 179, 41 : Ἀποθανόντων δὲ μόνοι γνησίως τῆς δυστυχίας μετέχουσιν. Polyb. 4, 30, 2 : Οἱ δ' Ἀκαρνᾶνες τὸ δόγμα γνησίως συνεπεκύρωσαν. Diodor. 14, 95 : Συμμαχῆσαι γνησίως. || Familiariter. V. Annæ et Cinnami locos s. v. Γνήσιος citt.]

[Γνίδος et Γνίδιος. V. Κνίδος.]

[Γνὶς, γέρανος, Τυρρηνοί, Hesych., ubi Kust. ex serie literarum Γινὶς corrigit, Is. Voss. Γῖνς vel Γινίς.]

[Γνίφων, ωνος, ὁ, Parcus, Sordidus. Aspasius ad Aristot. Eth. Nic. fol. 52 recto : Κίμβικες καὶ κυμινοπρίσται καὶ γνίφωνες καὶ σκνιποὶ οἱ μικρὰ προϊέμενοι καὶ διδόντες. Lucian. Vit. Auct. 23, vol. 1, p. 564 : Τὸ δὲ γνίφωνα εἶναι καὶ τοκογλύφον. Γνίφων καὶ κίμβιξ ex Nicet. Annal. 2, 3 indicat Schneid. Theodor. Metoch. p. 547 : Δεσπότῃ γνίφωνι. || Gnipho, n. pr. fœneratoris ap. Lucian. Timon. 58, vol. 1, p. 175; Catapl. 17, ibid. p. 639. Alciphro 3, 34 : Οἱ δὲ λοιποὶ τῶν Ἀθήνησι νεοπλούτων Φείδωνός τέ εἰσι καὶ Γνίφωνος μικροπρεπέστεροι. ι haud dubie longum, ut in κνιπὸς et σκνιφός. G. Dind.]

[Γνιφωνίδης, ὁ, Gniphonides, n. pr. ap. Andocid. p. 3, 17. G. Dind.]

[Γνοέω. V. Νοέω.]

[Γνοῦρος. V. Γνύρος.]

[Γνόφαλλον. V. Κνάφαλον.]

[Γνόφεος. Γνοφερός. Γνοφέω. Γνοφομηνία. Γνόφος. Γνοφόω. Γνοφώδης. V. s. Δν....]

[Γνοφίας. V. Δνόφος.]

[Γνύα. V. Γνύξ.]

[Γνύθος, τὸ, Cavum, Fovea, Spelunca. Lycophr. 485 : Χαλκωρυχήσει καὶ τὸν ἐκ βόθρου σπάσει βῶλον, δικέλλῃ πᾶν μεταλλεύων γνύθος· ubi schol. : Βάθος, καὶ πᾶν κοίλωμα γνύθος καλεῖται. Pro γνύθος autem libri aliquot γνάθος præbent, quam antiquam esse in hoc vocabulo scripturæ diversitatem Hesychii glossa ostendit, qui masculina forma eaque oxytona Γνυθὸς, ὁ, utitur : Γνάθοι, βόθροι, κοιλώματα, σπήλαια, θαλάμαι. Καὶ τὰ ἐν τῷ βαδίζειν προσκόμματα. Ἔνιοι Γνυθούς.]

Γνύξ. Addendum his [derivatis a γόνυ] censui et adverb. Γνύξ : eo enim significatur ἐπὶ γόνυ, s. ἐπὶ τὰ γόνατα (ut exp. Hesych.), i. e. In genu, s. In genua : ut πεσὼν γνὺξ, vel ἐριπὼν γνὺξ, Lapsus in genu, in genua, Qui cecidit in genua. Adeo ut non dubitem quin γνὺξ dictum fuerit quasi γονύξ. [Sic Eustath. p. 550, 25; 1214, 37.] Extat autem ap. Hom. istud adverbium, quum alibi, tum Il. Υ, [417] : Γνὺξ δ' ἔριπ' οἰμώξας· quod exp. ἐπὶ γόνυ ἔπεσε. Sic E, [309] : Ἔστη γνὺξ ἐριπών. [Et ap. alios epicos, ut Apollon. Rh. 2, 96; 3, 1310; 4, 471; Arat. 591, 615.] Apud eund. poetam cum gen., [ib. 357] : Ἡ δὲ, γνὺξ ἐριποῦσα κασιγνήτοιο φίλοιο, ubi gen. huic adverbio additur, perinde ac si dictum esset πρὸς γόνατα, vel ἐς γόνατα, aut etiam ἐν γόνασι : ut ipse poeta paulo post loquitur, hoc in versu : Ἡ δ' ἐν γούνασι πίπτε Διώνης δῖ' Ἀφροδίτη, Μητρὸς ἑῆς. Redditur alioqui γνὺξ et aliter, sc. Genu flexo. Sed Flexus in genua potius declaratur adverbio Ὀκλὰξ, at prolapsus isto Γνύξ. [Galen. vol. 4, p. 366 : Κατ' ἐκεῖνα μάλιστα τὰ σχήματα τὰ καλούμενα γνύξ τε καὶ ὀκλάξ. G. Dind.] Ceterum in VV. LL. invenitur nomen Γνύα, pro Poplite : cui subjungitur hoc adv. Γνύξ. Ac posset certe Γνὺξ ab illo Γνύα derivatum videri ; sed alibi nusquam nomen istud invenio : verum Ἰγνύα tantum, et Ἰγνύς : adeo ut per errorem hoc vocab., sicut alia quamplurima, in VV. LL. irrepsisse crediderim.

Γνυπεσὸς, ap. Hesych. pro ἀργὸς, vel ἔκλυτος. Γνυπετοὶ ap. eund. exp. ἐκτεταμένοι, et δειλοί : item κατηφεῖς. [Proparoxytonum ap. Etym. M. p. 236, 39 (et in Lex. Rhet. p. 233, 10) : Γνύπετον, ἀργὸν ἢ ἔκλυτον. Γνύπετοι, στυγνοὶ καὶ οἷον νενυγμένοι. Καὶ τὸ κατεγνυπῶσθαι (κατεγνυπτῶσθαι Lex. Rhet.) ῥῆμα τοιοῦτον δηλοῖ. Ἡ ἐκτεταμένοι, δειλοί· ἄλλοι δὲ κατηφεῖς. (Conf. Γνυπῶνες.) Γρύπετος, vitiose γονύπετος scriptum, inter proparoxytona trisyllaba ap. Arcad. p. 81, 20. G. D.]

[Γρύπετος. V. Γνυπεσός.]

Γνυπέω. Γνυπήσει quum ab Hesych. exponatur γονυπετήσει, a γνὺξ originem habere manifestum est.

[Γνυπόω. Γνυποῦμαι, Demissus s. tristis sum. Hesych. : Ἐγνυπωμένον, ταλαίπωρον, κατηφές. Ἐγνυπώθη (codex ἐγνυπωσθῆ)· τρυφᾷ. Καὶ τὸ ἐναντίον. Conf. Καταγνυπόω et Καταγνυπτόω. Arcad. p. 149, 26 : Γρυπῶ τὸ γονυπετῶ, cui γνυπῶ restituendum ex cod. Havn. G. Dind.]

Γνυπτέω. Γνυπτεῖν Hesychio est μαλακίζεσθαι, sicu. et ἀσθενεῖν. [Apud Hesych. hæ interpretationes inverso ordine leguntur.]

Γνύπω. Γνύποντι Hesych. exp. ἀσθενοῦντι. [Γνυποῦντι, a γνυπέω s. γνυπόω, Kust.; γνυπῶντι Schneid.] Quin etiam videndum an particip. Γνύων huc pertineat, quod exponit νωθραίνων.

Γνυπῶνες, Hesychio sunt μαλακοί. [Γνυπῶνες, στυγνοὶ, κατηφεῖς, ἄτολμοι, παρειμένοι, καὶ μαλακοὶ, ἀπὸ τοῦ εἰς γόνυ πεπτωκέναι. Conf. Γνυπεσός. Γνυπῶνες autem, nisi, quod Schneid. dubitanter conjecit, ex partici-

pio γνυπῶντες, a Γνυπάω, corruptum est, rectius γνύπωνες scribi videtur, ex canone Arcad. p. 14, 18. G. Dind.]

[Γνύρος, ὁ, Gnyrus. Suidas, Γνύρου· Ἀνάχαρσις υἱὸς ἦν Γνύρου, μητρὸς δὲ Ἑλληνίδος. Apud Herodot. 4, 76 et Diogen. L. 1, 101 ex eoque ap. Eudociam p. 73, Γνούρου. G. Dind.]

[Γνυφή, ἡ. Γνυφαὶ, νάπαι, Valles, Hesych.]

[Γνύω. V. Γνύπω.]

[Γνῶδαξ. V. Κνῶδαξ.]

[Γνῶθις, ὁ, Gnothis, Thessalus, ap. Pausan. 5, 24, 4, ubi cod. Paris. γνᾶθις, Vindob. γᾶθις, Mosq. γυμνᾶθις. G. Dind.]

[Γνώθουρις et Γνωτέρα inter synonyma ballotæ ap. Dioscor. 3, 117. Boisson.]

Γνῶμα, τὸ, Id quo aliquid cognoscitur. [Soph. Trach. 593 : Ὡς οὐδ' εἰ δοκεῖς ἔχειν, ἔχοις ἂν γνῶμα μὴ πειρωμένη. Herodot. 7, 52 : Τῶν ἔχομεν γνῶμα μέγιστον. Aretæus M. A. 1, 1 : Τάδε μέντοι τῆς λύσιος τῆς νούσου γνώματα.] Aristot. H. A. 6, 23 : Ἐὰν τέκῃ πρὶν τὸ γνῶμα λείπειν. Sed quidam ibi reponunt τὸν γνώμονα pro τὸ γνῶμα, quod bis etiam eo in capite legitur in vet. Ald. Ed. Intelligit autem γνώματος s. γνώμονος nomine Dentem ætatis indicem, h. e. Dentem e cujus inspectione et consideratione cognoscitur quot annorum equus sit vel asinus : hos autem γνώμονας esse dicit τετάρτους, Quartos, h. e. Quarta vice natos : Plin. Postremos vocat, quoniam post eos non renascuntur alii : item Immutabiles. Vide librum ejus 11, c. 37. [Recte γνῶμα legitur. Hesych. : Γνῶμα, τὸν βαλλόμενον ὀδόντα, δι' οὗ τὰς ἡλικίας ἐγνώριζον τῶν τετραπόδων. Καὶ ὁ κατηρτυκὼς ἤδη λιπογνώμων. Λέγεται δὲ καὶ γνῶσις. Photius Lex. p. 226, 1 : Γνῶμα καὶ γνώμων ὁ τῶν ὑποζυγίων ὀδούς. Eustath. p. 1404, 61, ex Aristophane grammatico, Ὅτι ἔνιοι τὸν ῥηθέντα ὀδόντα οὐ γνώμονα καλοῦσιν, ἀλλὰ γνῶμα, οἷον, Νέα δ' ἔτ' ἐστὶν, οὐχ ὁρᾷς; καὶ γνῶμ' ἔχει. Καὶ πάλιν, Γνῶμα γοῦν βέβληκεν ὡς οὐσ' ἐπτέτης. (Comicorum, ut videtur, versus.) Ἔστι δὲ τὸ γνῶμα κατὰ τὸ βρώμη βρῶμα. Οὕτω γὰρ καὶ ἐκ τοῦ γνώμη τὸ γνῶμα. Schol. Luc. Lexiph. 6, vol. 2, p. 330, cit. Schæf. || I. q. Γνώμη, Sententia. Æsch. Ag. 1352 : Κἀγὼ τοιούτου γνώματος κοινωνὸς ὤν. Eurip. Herc. f. 408 : Ἓν δὲ πάντων γνῶμα ταὐτὸν ἐμπρέπει. Photius Lex. p. 493, 22 : Ῥῶμα τὴν ῥώμην, ὡς γνῶμα τὴν γνώμην. G. D.]

Γνώμα, Suida teste, dictus Locus quidam extra imperatoris tentorium, veluti forum, ubi legationes et nuntios audiri solitos ait, et fieri alia negotia imperatoria. Sed metuo ne peregrinum sit vocabulum illud, non Græcum. [Est Latinum *Gromu* s. *Gruma*. Nonius Marc. : « *Grumæ* sunt loca media, in quæ directæ quatuor congregantur et conveniunt viæ. » Aliam signif. exponit Festus p. 166 : « *Groma* appellatur genus machinulæ cujusdam, quo regiones agri cujusque cognosci possunt, quod genus Græci dicunt γνώμονα. » Vid. Salmas. Exerc. Plin. p. 472 et Schel. ad Hyginum Gromaticum p. 55. G. Dind.]

[Γνωμάτευμα. Γνωματευτέον. V. Γνωματεύω.]

Γνωματεύω. Pro γνωμολογῶ, verbo composito, invenitur et simplex verbum Γνωματεύω, quo tamen an usi sint veteres, mihi dubium est : ap. illum quidem certe gramm. [Eustath.] aliquoties occurrit, ut Comm. in lib. Γ [Iliad.] p. 388 : Ἔνθα καὶ γνωματεύει ὁ βασιλεὺς οὕτως, Αἰεὶ δ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν φρένες ἠερέθονται, Sententiam eloquitur, s. loquitur, Sententiosum dictum profert. [Et γνωματευτέον p. 131, 14.] Apud eundem habetur et hujus verbale Γνωμάτευμα, in illo ipso loco unde afferam infra vocem γνωμικόν. Postquam enim dixit, Πρῶτόν ἐστιν ὧδε γνωμικὸν παρὰ τῷ Ποιητῇ, καὶ κατὰ τὸν εἰπόντα ὑφεστηκυῖα γνώμη σοφὴ, subjungit, Ἤγουν γνωμάτευμα καθολικὸν περὶ βιωτικοῦ τινος πράγματος. [Et in Opusc. p. 98, 16 : Σοφόν τι χρῆμ' ἄνθρωπος· παλαιᾶς τουτὶ μούσης γνωμάτευμα.] Ubi γνωμάτευμα nihil aliud est quam Dictum sententiosum : perinde ac si a γνωμολογέω formaretur γνωμολόγημα. [|| Dijudicatio. Zonaras p. 445 : Γνωμάτευμα, διάκρισις, διάγνωσις ἀκριβής· ἢ τὸ βούλευμα. Eustath. Opusc. p. 319, 30 : Καὶ τοῦ γνωματεύματος οὐ καταυχήσεται ἔφεσις. Γνῶμα per γνωμάτευμα interpretatur Triclin. ad Soph. Antig. 174.] Verum sciendum est, verbum hoc γνωματεύω aliam quoque signif. habere, sc. Dignosco, Judico, ut interpr. Bud. afferens e Philostr. V. A. 2 : Πολλὰ μὲν ὀφθαλμοὶ τῶν ἀνθρωπίνων ἠθῶν ἑρμηνεύουσι, πολλὰ δ' ἐν ὀφρύσι καὶ παρειαῖς κεῖται γνωματεύειν τε καὶ θεωρεῖν. Invenitur etiam ap. Synes., necnon ap. Themist. At in VV. LL. γνωματεύω redditur Discerno, Consilium capio : sine ullo exemplo, aut auctore. [Timæus Lex. p. 72 : Γνωματεύοντα, διακρίνοντα καὶ διαγινώσκοντα, ad quem l. Ruhnken. : « Hoc e Suida reposui pro nihili verbo γνωμονεύοντα. Plato De rep. 7, p. 516, E : Τὰς δὲ δὴ σκιὰς ἐκείνας πάλιν εἰ δέοι αὐτὸν γνωματεύοντα διαμιλλᾶσθαι τοῖς ἀεὶ δεσμώταις ἐκείνοις, ubi v. scholia. Sext. Emp. Adv. Log. 7, p. 435 : Εἰ τοῖς συμφώνως περί τινος ἀποφαινομένοις χρὴ γνωματεύειν. Synes. De insom. p. 143, D : Γνωματεύσαις ἂν οὕτω καὶ δαιμονίαν φύσιν ἐν ἡτινιοῦν τάξει. Præter ceteros hoc verbum trivit Themistius Or. 2, p. 36, B : Πήχει καὶ μέτρῳ γνωματεύοντες τὴν ἀρετήν· 15, p. 188, D ; 20, p. 235, A. Adde Etym. M. p. 236, 46. » Eustath. Opusc. p. 303, 59 : Δεινοὶ γνωματεύειν ἤθη τῶν οἷς περιτύχωσι, omninoque scriptores recentiores sæpissime hoc verbo utuntur.]

Γνώμη, ἡ, [Γνώμα, ap. Dorienses et in melicis tragicorum carminibus]. Nomen Γνώμη in h. l. [post derivata a Γινώσκω] reservavi, partim quod sub se derivata multa habeat, quæ secundæ et tertiæ personæ præt. passivi verbalia (i. e. quæ a secunda et tertia persona sunt formata) nimis procul a verbo removissent : partim quod σ non habeat tanquam ab ἔγνωσμαι, ut habent reliqua. Longe tamen magis consentaneum rationi videtur ut γνώμη ab ἔγνωσμαι esse dicamus, quam ut Heraclidi assentiamur, dicenti poni pro νώμη. Scribit enim is ap. Eust. [p. 1064, 9 ; Etym. M. p. 236, 43] in γνώμη abundare γ : siquidem a νοῶ, νοήσω, esse νώμη : e quo γνώμη. [Plato Crat. p. 411, D : Εἰ δὲ βούλει, ἡ γνώμη παντάπασι δηλοῖ γονῆς σκέψιν καὶ νώμησιν· τὸ γὰρ νωμᾶν καὶ τὸ σκοπεῖν ταὐτόν. De signif. hujus v. Ioann. Damasc. vol. 1, p. 230 : Ἰστέον δὲ ὡς τὸ τῆς γνώμης ὄνομα πολύτροπον καὶ πολυσήμαντόν ἐστιν ... καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν κατὰ εἴκοσι καὶ ὀκτὼ σημαινόμενα λαμβάνεται. G. D.] Est autem Γνώμη, Sententia, Opinio. Idem enim valent, ἡ ἐμὴ γνώμη, et ὃ γινώσκω, Quod sentio. Sed pro loco alias etiam admittit interprr. nomen hoc γνώμη : redditurque interdum Propositum, aliquando Voluntas, interdum Consilium, nonnunquam Cogitatio, aliisque modis, ut e sequentibus patebit. Pro sententia variis verbis jungitur. Dicitur enim, ταύτην τὴν γνώμην ἔχω, sequente præp. περὶ cum suo gen., ad verbum, Hanc habeo sententiam, pro Hæc mea est sententia, In hac sum sententia, Ita sentio. Itidemque τίνα γνώμην ἔχεις, et τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχω. Xen. Cyrop. 6, [1, 2] : Τίνα γνώμην ἔχεις περὶ τῆς διαλύσεως τοῦ στρατεύματος. Isocr. Archid. : Περὶ τοῦ δικαίου πάντες τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχομεν, περὶ δὲ τοῦ συμφέροντος ἀντιλέγομεν· ibid. : Μὴ τὴν αὐτὴν γνώμην ἔχειν περὶ τῶν πραγμάτων. Apud Aristoph. N. [157] sequente infin., Ὁποτέραν [Ὁπότερα] τὴν γνώμην ἔχοι, τὰς ἐμπίδας Κατὰ τὸ στόμ' ᾄδειν, ἢ κατὰ τοὐρροπύγιον. Apud Thuc. sequente itidem infin., 2, Γνώμην ἔχοντες, οἱ μὲν, μὴ ἐκπλεῖν, ubi reddi potest, Sentientes non esse navigandum ; vel, Statuentes non navigare. Apud eund. scriptorem [5, 13], τὴν γνώμην ἔχειν, cum præp. πρὸς, alium usum habet, de quo alibi dicam : quod in eo loquendi genere nomen γνώμη aliam signif. habeat. Quin etiam cum dicitur γνώμην ἔχειν sine adjectione, tum aliud declarat γνώμη, ut suo loco docebo. At vero οὕτω τὴν γνώμην ἔχω, sequente aut etiam præcedente ὡς, prout interpretabimur, ita vel locum hic habebit, vel non : quod exemplis declarabo. Thuc. 7, p. 237 meæ Ed. [c. 15] : Καὶ νῦν ὡς ἐφ' ἃ μὲν ἤλθομεν τοπρῶτον, καὶ τῶν στρατιωτῶν καὶ τῶν ἡγεμόνων ὑμῖν μὴ μεμπτῶν γεγενημένων, οὕτω τὴν γνώμην ἔχετε· ἐπειδὴ δὲ κ. τ. λ. Hic certe οὕτω τὴν γνώμην ἔχετε, est Ita sentite, Ita existimate, In ea opinione estote. Nec male reddetur etiam, Hoc persuasum habetote : ut olim reddidi in iis quæ ascripsi interpretationi Vallæ, in margine meæ Ed. Ibi enim totum h. l. ita sum interpretatus, Et hoc quidem persuasum habetote, ita milites pariter et duces officio suo functos esse in iis rebus,

quarum causa huc veneramus, ut nullus sit vobis de iis conquerendi locus. Sic ap. Xenoph. cum οὕτως, sequente ὡς cum præterito, nec non cum præsenti: Cyrop. 6, p. 93 meæ Ed. [c. 2, 4]: Καὶ ὁ μὲν πλεῖστος στρατὸς οὕτως εἶχε τὴν γνώμην ὡς ἤδη παντελῶς κεκρατηκώς, καὶ οὐδὲν ὄντα τὰ τῶν πολεμίων, Bona pars exercitus in ea opinione erat, ut plenam victoriam se adeptam esse crederet. Minus enim commode hic voce Sententia utemur. Sed et simplicius ac brevius interpretari possimus, non minus recte tamen, ut opinor, Existimabat se etc. Id certe est quod Gallice dicimus, *Il faisoit son compte d'avoir tout gagné*. Vel ut nunc loquuntur quidam, formula dicendi utentes magis recenti, *Il faisoit estat d'avoir tout gagné*. Philelph. quoque satis apte reddidisse videtur, Et quamplurima exercitus pars hac erat mente, tanquam omnino jam vicisset, essentque res hostium nihil. Neque vero prætermittendum est, subjungi a Xen. [Cyrop. 6, 2, 5], Ἐπεὶ δὲ οὕτω διακειμένων ἦλθον οἱ Ἰνδοὶ κ. τ. λ., ubi si dicamus οὕτω διακειμένων esse i. q. οὕτως ἐχόντων τὴν γνώμην, vel potius hoc esse i. q. illud, quoniam ei subjungitur, alia interpr. quærenda videri possit. Verum ut idem utroque loquendi genere significetur, necesse non est; sed potius dicendum, οὕτω διακειμένων, ut sc. διάκεινται illi οἳ οὕτως ἔχουσι τὴν γνώμην ὡς παντελῶς κεκρατηκότες. Est certe οὕτω διακειμένων, Sic animo affectis. Sed venio ad illud loquendi genus οὕτω γνώμην ἔχω, non cum præterito, sed cum futuro junctum, Thuc. 7, p. 258 meæ Ed. [c. 72]: Καὶ οἱ μὲν ὡς κατὰ γῆν ἀναχωρήσοντες ἤδη ξύμπαντες τὴν γνώμην εἶχον. In hoc certe loco aliisque hujusmodi aliam interpr. poscit istud loquendi genus, οὕτω γνώμην ἔχω, quam in præcedentibus. Valla reddidit, Ita cuncti ad discedendum terrestri itinere animum adjecerunt. Existimo autem et his modis posse reddi, De discedendo cogitabant, Discedere in animo habebant, Ea mente erant ut discedere vellent, vel, discessum pararent, Eorum consilium erat discedere. Valebit autem et hic illud loquendi genus Gallicum, licet in diversa constr., *Ils faisoyent leur compte de se retirer*. [Οὕτω γνώμης ἔχειν ap. Cinnamum p. 37, A. G. D.] Antequam vero discedam ab accus. γνώμην cum verbo ἔχω, dicam et de gen. γνώμης cum ἔχομαι: afferens exempla e Thuc. Is igitur 8, p. 287 [c. 81]: Ἀεί τε τῆς αὐτοῦ γνώμης ἐχόμενος, Suam sententiam retinens, In sua sententia permanens; vel, In proposito manens s. permanens. Apud eund. scriptorem dicit Pericles, 1, [140]: Τῆς μὲν γνώμης, ὦ Ἀθηναῖοι, ἀεὶ τῆς αὐτῆς ἔχομαι, sequente infin., μὴ εἴκειν Πελοποννησίοις. Et quemadmodum dicit τῆς αὐτῆς γνώμης ἔχεσθαι, sic etiam τῆς αὐτῆς γνώμης εἶναι, sed alia signif.: nam τῆς αὐτῆς γνώμης εἶναι est Idem sentire cum alio: ad verbum, Ejusdem esse sententiæ; nam et Latini hac constr. utuntur. Utitur autem 1, [113]: Καὶ ὅσοι τῆς αὐτῆς γνώμης ἦσαν, Et quotquot ejusdem sententiæ erant. Sed redditur etiam, Earundem partium erant. Pendet certe unum ex altero. [Anna Comn. p. 136, B: Τοιαύτης γνώμης γεγονότας. G. D.] Ap. eund. scriptorem legitur aliquoties γνώμην ποιοῦμαι, sequente infin.: ubi γνώμην licet nemo negare possit habere Sententiæ significationem, s. Propositi, aut Consilii, potius tamen unico verbo illum accusativum una cum suo verbo interpretamur: sc. Statuo, Delibero, Cogito; aut certe Statui, Decrevi. Thuc. 1, [128]: Καὶ γνώμην ποιοῦμαι, εἴ καί σοι δοκεῖ, θυγατέρα τὴν σὴν γῆμαι, Decrevi, Statui. Idem 2: Γνώμην δὲ ἐποιοῦντο, κηρύγμασί τε χρήσασθαι ἐπιτηδείοις, Cogitabant, Statuebant, Deliberabant. Gallice verbum ποιοῦμαι ad verbum reddi possit in hoc loquendi genere, si γνώμην interpretemur Deliberationem. Est enim γνώμην ἐποιοῦντο, quod dicimus, *Ils faisoyent leur délibération*. Usus est hoc loquendi genere eod. modo Arrianus: ut cum scripsit 3, [19, 2]: Γνώμην δὲ ἐποιεῖτο Δαρεῖος, εἰ μὲν ἐπὶ Σούσων καὶ Βαβυλῶνος μένοι Ἀλέξανδρος, αὐτοῦ προσμένειν καὶ αὐτὸς ἐν Μήδοις. Sic et Plut. Themist. [16]: Γνώμην ἐποιεῖτο λύειν. Quamvis porro dixerim γνώμην ποιοῦμαι reddi potius unico verbo, ex eorum numero quæ paulo ante protuli: possumus tamen et nomine uti, habente nominis γνώμη significationem: ut in illo Arriani loco, Γνώμην ἐποιεῖτο προσμένειν, Consilium ejus erat manere, vel In animo habebat. At vero, Ita ferebat sententia, est ποιητικώτερον. Sed possit reddi etiam, Certum illi erat. Ceterum quoniam in exemplis omnibus quæ attuli, γνώμην ποιοῦμαι jungitur infinitivo, addam unum in quo accus. plural. γνώμας construitur cum præp. περί: ex eod. Thuc. 3: Περὶ δὲ τῶν ἀνδρῶν γνώμας ἐποιοῦντο, ubi aliam interpr. istud loquendi genus postulat. Dicitur enim γνώμας ἐποιοῦντο, tanquam de judicibus. Bud. vertit Censebant, In suffragia ibant. Sequendo autem Vallam, redderemus, Ad consilium referebant. Quidam interpr. etiam Consultabant. [Synes. De provid. 2, p. 119, B: Γνώμην ἐποιοῦντο δρῶντές τι καὶ παθεῖν καὶ σχεῖν ἐντάφιον τὴν ἀρετήν.] Ut autem eadem opera agam de aliis loquendi generibus, in quibus γνώμη de judice aut tanquam de judice usurpatur, sciendum est dici γνώμην ἀποφαίνεσθαι, et γνώμην λέγειν, s. εἰπεῖν, nec non γνώμην εἰσηγεῖσθαι, item γνώμην τίθεσθαι. Apud Demosth. [p. 169, 12], Γνώμην ἀποφαίνεσθαι, Sententiam pronuntiare. [Eurip. Suppl. 335: Κἀπεφηνάμην γνώμην ὑφ' οἵων ἐσφάλη βουλευμάτων. Plato Gorg. p. 446, C: Πότερον αὐτὸς ταῦτα λέγεις καὶ γνώμην σαυτοῦ ἀποφαίνει, ἢ ἐμὲ ἐρωτᾷς; ubi vid. Heindorf.] Ex eodem [Demosth. p. 362] Bud. Γνώμην θέσθαι affert, Γνώμην θέσθαι περὶ τοῦ τῶν Φωκέων ὀλέθρου. [Aristoph. Eccles. 658: Κἀγὼ ταύτην γνώμην ἐθέμην. Soph. Phil. 1448: Κἀγὼ ταύτῃ γνώμῃ τίθεμαι, de quibus locis s. v. Τίθημι dicetur. Herodot. 1, 120: Ταύτῃ πλεῖστος γνώμην (aliquot libri γνώμῃ) εἰμὶ ... ἐξήκειν τὸν ὄνειρον· 7, 220: Ταύτῃ καὶ μᾶλλον τῇ γνώμῃ πλεῖστός εἰμι· 5, 126: Ἀρισταγόρῃ ἡ πλείστη γνώμη ἦν ἐς τὴν Μύρκινον ἀπάγειν.] (At vero γνώμας προσθεῖναι producit e Thucyd. [3, 36] pro In consilium mittere, Censendi potestatem facere; sed ego προθεῖναι ap. Thuc. repono, et quidem ex aliis ejus ipsius locis.) [Dio Cass. 40, 64: Γνώμας περὶ αὐτοῦ προέθηκεν.] Illud denique γνώμην λέγειν s. εἰπεῖν (quod est ad verbum, Sententiam dicere), Idem reddit Censere, nec non Auctorem sententiæ esse (sicut εἰσηγεῖσθαι γνώμην), afferens e Plut. Demetr. p. 287 [c. 26]: Ἀλλὰ Στρατοκλέους γνώμην εἰπόντος Ἀνθεστηριῶνα τὸν Μουνυχιῶνα ἐψηφίσαντο καλεῖν. [Γνώμην ἐσφέρειν ap. Herodot. 3, 80. Γνῶμαι τρεῖς προκέατο ibid. 83. Dio Cass. 38, 30: Εἰσήνεγκε μὲν ἐς τὸ βουλευτήριον τὴν ὑπὲρ αὐτοῦ γνώμην. Γνώμας ἐπιψηφίζειν v. s. Ἐπιψηφίζω.] || Suid. γνώμας exp. etiam δημηγορίας, in h. l. [Aristoph. N. 432]: Ἀπὸ τοῦ νῦν Ἐν τῷ δήμῳ γνώμας οὐδεὶς νικήσει πλείονας ἢ σύ. Forsan igitur Concionem signif., qua sententiam suam aperit aliquis. [Γνώμη h. l. nihil aliud significat quam in exemplis modo allatis.]

Venio tandem ad eum usum, quem habet γνώμη cum præpp., aut etiam absque illis, ubi itidem voce Sententia, simul vero et aliis reddi potest. Dicitur aliquis a Demosth. [p. 281, 17] facere quidpiam ἀπὸ γνώμης hujus vel illius, cum e sententia hujus vel illius id facit, et eum auctorem habet. Quidam interpr. etiam Jussu, quæ interpr. minime placet. At vero ap. Thuc. 4, p. 143 meæ Ed. [c. 68], Ἀφ' ἑαυτοῦ γνώμης, vix reddi itidem queat E sua sententia, propter ambiguitatem. Ita enim scribit: Ξυνέπεσε γὰρ καὶ τὸν τῶν Ἀθηναίων κήρυκα ἀφ' ἑαυτοῦ γνώμης κηρύξαι, τὸν βουλόμενον ἰέναι Μεγαρέων μετὰ Ἀθηναίων θησόμενον τὰ ὅπλα. Ubi Valla vertit Suopte consilio, ita h. l. interpretans, Contigit enim ut præco Atheniensium suopte consilio denuntiaret, Quisquis vult Megarensium ad Athenienses transeat armis depositis. Fortassis reddi possit Suo ipsius impulsu, aut etiam Sua sponte. Videtur certe hic ἀφ' ἑαυτοῦ γνώμης esse quod Gallice dicimus *De son propre mouvement*. In alio autem ejusd. scriptoris loco ἀπὸ τοιᾶσδε γνώμης commodius reddi posse non videtur quam Isto consilio: sc. 3, [92], ubi scribit, Ὑπὸ δὲ τὸν χρόνον τοῦτον Λακεδαιμόνιοι Ἡράκλειαν τὴν ἐν Τραχινίαις, ἀποικίαν καθίσταντο ἀπὸ τοιᾶσδε γνώμης. Ubi tamen Valla vertit, Hac de causa. [Hesych. s. v. Ἀγρεῖον ἰδών, Ἡ μὴ ἀπὸ γνώμης γελῶσα. Hemst. Æsch. Eum. 674: Ἤδη κελεύω τούσδ' ἀπὸ γνώμης φέρειν ψῆφον δικαίαν. Plut. Mor. p. 44, D: Δικάζοντα δεῖ μήτε πρὸς χάριν μήτε πρὸς ἔχθραν ἀκούειν, ἀλλ' ἀπὸ γνώμης πρὸς τὸ δίκαιον· ubi vid.

Wyttenb. vol. 6, p. 384. Diodor. vol. 2, p 570 extr.: Λέγοντας ὡς ἀπὸ τῆς ἐκείνου γνώμης ἅπαντα πέπραχεν ὁ Πλημμήνιος. Ibid. p. 574, 98 : Πιστότατον αὐτὸν εἶχε φίλον καὶ ἀπὸ τῆς τούτου γνώμης πάντα ἔπραττε. Contrariam signif. habet ἄπο γνώμης, Contra animi sententiam, ut apud Pausan. 7, 1, 4 : Καί πως ταῦτα τῷ Ἴωνι ἐγένετο οὐκ ἄπο γνώμης.] Ut porro cum ἀπὸ, sic cum ἐκ jungitur genitivus γνώμης : sed in diverso loquendi genere, cum sc. dicitur ἐκ μιᾶς γνώμης, pro Uno consensu. Demosth. Philipp. 4, [p. 147, 1] : Ἐὰν μὲν ὑμεῖς ὁμοθυμαδὸν ἐκ μιᾶς γνώμης Φίλιππον ἀμύνησθε. Sed posset videri abundare ἐκ μιᾶς γνώμης post ὁμοθυμαδὸν, præsertim cum particula copulativa non inseratur : quæ præfigi solet iis quæ velut per epexegesin ponuntur. Quidam hæc interpr. Concorditer unoque animo; quidam simpliciter, Communi consensu. [Isocrat. Paneg. p. 69, A : Ὅταν τὰ μὲν τῶν βαρβάρων καταστῇ καὶ διὰ μιᾶς γένηται γνώμης. || Ἐπί. Polyb. 4, 34, 10 : Ἐπ' ἄλλης ἐγένοντο γνώμης· 27, 13, 10 : Ἐπὶ τῆς ἀρίστης ὑπῆρχε γνώμης. Unde 3, 110, 3 : Ὑπὲρ τῆς ἐναντίας ὑπάρχοντος γνώμης, in ἐπὶ mutandum videtur cum Scaligero. Hermias Irris. Gent. p. 404, D : Πλὴν ἔτι γε τῆς Ἀριστοτελοῦς γνώμης στήσομαι. Recte Galeus ἐπί. G. D.] Accus. γνώμην jungitur frequenter cum κατὰ, itemque cum παρὰ, in contraria signif. : cum quibus præpp. habet γνώμη eum usum, quem Latinis Sententia, præfixo gen. Animi : qui tamen non semper præfigitur. [Demosth. p. 14, 3 : Ἂν τι μὴ κατὰ γνώμην ἐκβῇ. Plut. V. Oth. c. 14 : Ἀνὴρ ὑπατικὸς τῶν τότε μὴ κατὰ γνώμην, ἀλλ' ἀνάγκῃ μετὰ τοῦ Ὄθωνος γενομένων. Dionys. A. R. 6, 81, p. 1226, 13 : Βραχὺ μὲν ὑπάρχον τοῦ δήμου τὸ μὴ κατὰ γνώμην ἀδικοῦν. Apollon. Perg. præfat. Conic. citat Hemst. : Εἰ καὶ τὰ ἄλλα κατὰ γνώμην ἐστί σοι.] Nam κατὰ γνώμην redditur Ex animi sententia; at παρὰ γνώμην, Contra animi sententiam a Polit. in h. l. Herodiani, 6, [3, 1] : Καλούντων δ' αὐτὸν καὶ τῶν ἐκεῖσε ἡγεμόνων, ἀσχάλλων μὲν καὶ παρὰ γνώμην, ὅμως δ' ἔσχε περὶ ἔξοδον, Vocantibus illuc se ducibus, ægre sc. tandem contraque animi sententiam ad expeditionem se præparat. [Exempla Plutarchea collegit Wyttenb. vol. 6, p. 385.] Legitur παρὰ γνώμην non raro et ap. Thuc., sed qui videtur non una in signif. uti; nam cum dicit 5 : Παρὰ γνώμην μὲν ἀποβαίνοντος σφίσι τοῦ πολέμου [ut 4, 40], non idem sonat, παρὰ γνώμην hoc in loco, quod 1, [70] : Οἱ μὲν παρὰ δύναμιν τολμηταὶ καὶ παρὰ γνώμην κινδυνευταί. Nam παρὰ γνώμην ἀποβαίνειν dicitur bellum, quod non habet exitum ex animi sententia, s. cujus exitus est contra opinionem a nobis conceptam; at vero παρὰ γνώμην κινδυνευταὶ, sunt qui periclitantur præter consilium etiam : i. e., etiam ultra id quod initum consilium suadet. Vel (ut exposui in iis quæ ascripsi margini Interpretationis Vallæ), Cum ad rem ventum est, etiam majora aliquando iis, quæ deliberarint, gerunt. Valla reddiderat, Majora hominum opinione pericula subeuntibus. Alicubi autem παρὰ γνώμην ap. eund. scriptorem i. propemodum esse videtur q. ἀπροσδοκήτως. [Æsch. Suppl. 454 : Γένοιτο δ' εὖ παρὰ γνώμην ἐμήν. Demosth. p. 15, 14 : Τοῦτο πρῶτον αὐτὸν ταράττει παρὰ τὴν γνώμην γεγονός.] Sed ut revertar ad illud huic oppositum, κατὰ γνώμην, sciendum est, cum inseritur pronomen ἐμὴν, et dicitur κατ' ἐμὴν γνώμην, tunc id esse quod Latinis est Mea quidem sententia, Meo quidem judicio. [Herodot. 2, 26; 5, 3 : Κατὰ γνώμην τὴν ἐμήν· 4, 53 : Κατὰ γνώμας τὰς ἡμετέρας. Polyb. 4, 31, 2 : Κατά γε τὴν ἐμὴν γνώμην. Et omisso γνώμην ap. Aristoph. Eccl. 153 : Κατά γε τὴν ἐμὴν, et in exemplis Platonicis a Kœnio citatis ad Greg. Cor. p. 31, et ab Heusd. Spec. Plat. p. 102. Atticam hanc ellipsin dicit Phrynich. in Bekk. Anecd. p. 32, 25.] Verum omissa interdum præp. dicitur ἐμὴν γνώμην, s. γνώμην ἐμήν : ut, Γνώμην ἐμὴν ἐξιέναι μέλλει, quod ex Aristoph. [Pac. 232] affertur. [Adde Vesp. 983 : Ἐγὼ γὰρ ἀπεδάκρυσα νῦν γνώμην ἐμὴν οὐδέν ποτ' ἀλλ' ἢ ... Eccl. 349 : Γνώμην γ' ἐμήν.] Dat. autem γνώμῃ cum jungitur particulæ μιᾷ, i. valet q. ἐκ μιᾶς γνώμης : et significat Uno consensu. [Polyb. 3, 13, 4 : Μιᾷ γνώμῃ κυρίαν ἐποίησαν τὴν τῶν στρατοπέδων αἵρεσιν· 30, 2, 8 : Συμπνεύσαντες καὶ μιᾷ γνώμῃ χρησάμενοι. Thucyd. 6, 17 : Οὔτε λόγου μιᾷ γνώμῃ (ὁμονοοῦντας schol.) ἀκροᾶσθαι οὔτε ἐς τὰ ἔργα κοινῶς τρέπεσθαι.] Quidam interpr. etiam Una eademque sententia, ap. Isocr. At γνώμῃ sine adjectione, nonnunquam sonat Consulto, De industria. Lysias, Ὅσοι δὲ τοῦτο γνώμῃ ἔπραξαν, οὐδεμιᾶς συγγνώμης ἄξιοί εἰσι. [Xenoph. Anab. 2, 6, 9 : Καὶ γνώμῃ δὲ ἐκόλαζεν, Cum ratione puniebat.]

Γνώμη, Decretum, Senatus consultum, Bud. e Plut. Pertinet autem hæc signif. ad proxime præcedentem, qua usurpatur pro Sententia; atque adeo sub ea tanquam generaliori includi potest. Huc referri debet et illa interpr. loci Thuc. quam supra ex eo attuli : sc. Περὶ δὲ τῶν ἀνδρῶν γνώμας ἐποιοῦντο, In suffragia ibant. [Γνώμῃ τινὸς, Ex decreto s. voluntate alicujus. Demosth. p. 250 : Βουλῆς γνώμῃ πρυτάνεις καὶ στρατηγοὶ ἐχρημάτισαν τὰ ἐκ τῆς ἐκκλησίας. Sic ib. p. 265, 6 et 18. Pausan. 1, 30, 3 : Τελευτήσαντα δὲ Ἀπόλλωνος γνώμῃ μεταβαλεῖν λέγουσιν αὐτὸν ἐς τὸν ὄρνιθα. Sic γνώμῃ Ἀρτέμιδος ib. 40, 2; 43, 1. Herodot. 6, 99 : Παρέστησαν ἐς τῶν Περσίων τὴν γνώμην. Μετὰ τῆς τῶν θεῶν γνώμης, Diis volentibus, Polyb. 32, 7, 2. Χωρὶς τῆς αὐτοῦ γνώμης, Invito eo, 3, 21, 7. Theophil. Instit. vol. 1, p. 140 : Τὴν τοῦ τελευτήσαντος γνώμην (Defuncti voluntatem) ἀναπληρῶν· quocum comparari potest ἐκπιμπλάναι s. ἐμπιπλάναι τὴν γνώμην, de quo vid. s. his verbis. G. Dindorf.]

Γνώμη, Consilium, Prudentia, ut Idem interpr. afferens e Dem. : Τοῦτο δὲ γνώμῃ χρησαμένων ἀνθρώπων ἐστί (fuit quidem et supra reddita hæc vox nomine isto Consilium; sed in ea potius signif., qua dicitur Consilium est hoc facere) : at in VV. LL. γνώμῃ χρησαμένων ap. Dem. redditur Ratione utentium, cum alioqui in iisdem afferatur ex Aristoph. Ach. [395] Εἰ γνώμην ἔχεις pro εἰ φρόνιμος εἶ καὶ συνετός· [Thucyd. 3, 37 : Ὡς ἐν ἄλλοις μείζοσιν οὐκ ἂν δηλώσαντες τὴν γνώμην, schol. τὴν πολυμαθίαν·] ibidem e Soph. pro Prudentem esse. Additur tamen expositio Græca non omnino alteri illi similis; nam οὐ γνώμαν ἔχεις apud eum [El. 214] exp. οὐ νοεῖς, οὐ γινώσκεις. [Herodot. 3, 4 : Γνώμην ἱκανὸς καὶ τὰ πολέμια ἄλκιμος. Hesych. : Ἀφ' οὗ γνώμη 'στί (codex γνωμηστός)· ἀφ' οὗ μέμνημαι. Aristot. Eth. Nic. 6, 11 : Ἡ δὲ καλουμένη γνώμη, καθ' ἣν εὐγνώμονας καὶ ἔχειν φαμὲν γνώμην, ἡ τοῦ ἐπιεικοῦς ἐστι κρίσις ὀρθή. G. Dindorf.]

Γνώμη, Ingenium. Aristoph. [N. 477] : Διακίνει τὸν νοῦν αὐτοῦ, καὶ τῆς γνώμης ἀποπειρῶ. Hoc enim exemplum affert Idem illius signif.

Γνώμη, Mens, Animus. [Xenoph. Cyrop. 1, 3, 10 : Καὶ ταῖς γνώμαις καὶ τοῖς σώμασι σφαλλομένους. Dio Cass. 38, 21 : Ῥᾷον οἴομαι εἶναι τῆς εὐεξίας τῆς γνώμης ἐπιμεληθῆναί τινι ἢ τῆς τοῦ σώματος. Ἐκπτοῆσαι τὰς γνώμας et ἐκπατάξαι τὰς γνώμας de fulgure et tonitru dictum, Poll. 1, 118.] Dem. In Philipp. [p. 44, 26] : Δεῖ γὰρ ἐκείνῳ τοῦτο ἐν τῇ γνώμῃ ἐκπαραστῆναι [παραστῆναι]. Lysias [p. 93, 17] : Ταῦτα πάντα εἰς τὴν γνώμην εἰσῄει, Hæc mentem subibant. Quemadmodum autem accus. γνώμην, significans Sententiam, s. Consilium (i. e. quam vocamus vulgo Deliberationem), jungitur verbo ἔχειν, ita etiam cum Mentem significat, s. Animum : ut γνώμην ἔχειν πρὸς τὴν εἰρήνην, Thuc. 5, [13], quod nos diceremus *Avoir le cœur à la paix*, Esse animo ad pacem propenso, Inclinare ad pacem. Redditur etiam Spectare ad pacem, 3, [25] : Καὶ πρὸς τοὺς Ἀθηναίους ἧσσον εἶχον τὴν γνώμην, ὥστε ξυμβαίνειν· ubi Valla reddit, Minus ad Athenienses animo inclinabantur, ut cum eis convenirent. Dubito certe an reddi possit, Minus Atheniensibus mentem adhibebant, ut transigerent cum illis; vel, ut componerent. Affertur ex eod. scriptore, Γνώμην εἶχον πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους, pro Sentiebant cum Lacedæmoniis. [Pausan. 1, 35, 2 : Τὴν πόλιν γνώμῃ τὸ πλέον Μακεδόσιν ἐνδοῦναι· 7, 6, 4 : Ἐς τὴν συμμαχίαν ἦσαν οἱ Ἀχαιοὶ πρόθυμοι Πατρεῦσι καὶ ἐς τοὺς Ἀθηναίους οὐχ ἧσσον εἶχον γνώμην, ubi cod. Vindob. γνώμης. Ἐν γνώμῃ γίγνεσθαί τινι, Alicui in mente esse, dilectum esse, Herodot 6, 37 : Ἦν δὲ ὁ Μιλτιάδης Κροίσῳ τῷ Λυδῷ ἐν γνώμῃ γεγονὼς, ubi Coraes comparat 9, 111 : Αὐτή τε μοι κατὰ νόον τυγχάνει κάρτα ἐοῦσα.] (Huc pertinet et προσέχειν τὴν γνώμην [de quo v. s. Προσέχω] : atque adeo possit in hujusmodi ll. videri ἔχειν simplex fungi

officio compositi προσέχειν : nisi quod hoc dativum potius habet. [Γνώμην ἔχειν πρός τινι, Animum advertere. Æschin. C. Ctesiph. p. 81, 31 : Οἱ δὲ δικασταὶ ὥσπερ ἐπῳδὴν ἢ ἀλλότριόν τι πρᾶγμα ἀκροώμενοι πρὸς ἑτέρῳ τινὶ τὴν γνώμην ἔχουσιν.] Sunt et alii duo usus præterea hujus accus. γνώμην cum verbo ἔχειν : duo, inquam, quorum exempla proferre possum (fieri enim alioqui potest ut plures sint duobus). Unus extat ap. Dem. Pro cor. : Οὐχ ὡς ἂν εὔνους οὐδὲ δίκαιος πολίτης ἔσχε τὴν γνώμην, οὐδ' ἐδάκρυσεν, οὐδ' ἔπαθεν οὐδὲν τοιοῦτον τῇ ψυχῇ. Ubi reddendum censuerim, Non ita fuit affectus animo. Alter usus est ap. Isocr. Trapez. [p. 360, C] : Πανταχόθεν δέ μοι τοσούτων κακῶν προσπεπτωκότων, τίν' οἴεσθέ με γνώμην ἔχειν; Qui locus mihi in memoriam aliquot Ovidii locos revocat, e quibus interpretandum illud loquendi genus lectori relinquam : Metam. 5 : Quid mihi tunc animi miseræ fuit? anne quod agnæ, Si qua lupos audit circum stabula alta frementes? Idem in alio ejusd. operis loco, Quid mihi tunc animi fuit? aut quid debuit esse? Et in quadam Epist. : Quid mihi tunc animi credis, germane, fuisse? Nec vero dicit solum Quid animi, verum etiam Quem animum (ubi ipsa quoque orationis forma Græcæ respondet, nam Quem animum est τίνα γνώμην : at Quid animi, q. d. τί γνώμης), ita scribens, Quem mihi tunc animum dira in regione jacenti Inter Sauromatas esse Getasque putas? [Soph. Antig. 42 : Ποῦ γνώμης ποτ' εἶ; El. 922 : Οὐκ οἶσθ' ὅποι γῆς οὐδ' ὅποι γνώμης φέρει.] Addam ex eodem illo scriptore, nimirum Isocr., hunc eund. accus. cum eod. verbo, sed longe diversa signif. ob præp. περὶ, quæ ei adjungitur. Locus est in Symm. : Τοιαύτην γνώμην ἔσχον περὶ ἡμᾶς, ad verbum, Hunc animum habuerunt erga nos : pro, Eo animo fuerunt in nos, sc. ita infenso, Adeo male animati in nos fuerunt : sive, erga nos. Apud Thuc. quoque γνώμη pro Animo plerisque in locis occurrit, nec non ap. alios. Sed ap. Herodian. aliquoties inveni γνώμην et ψυχὴν copulata : quod ap. alium invenire me non memini. [Herodian. 4, 5, 15 : Γνώμας καὶ ψυχὰς διῃρημένοι· 8, 5, 15 : Μιᾷ τε γνώμῃ καὶ ψυχῇ ὁμοίως Μαξιμῖνος μεμίσηται. Ὅλῃ τῇ γνώμῃ, Toto animo, Dio Cass. 42, 15; Anna Comnen. p. 126, A, 465, D. Τῆς ψυχῆς τὴν γνώμην, Mentem animi, Plato Leg. 2, p. 672, B. (Ab librariis interdum confusa esse γνώμη et ψυχὴ infra notabimus.) Γνώμης δόξα, Mentis opinio, Demosth. p. 652, 26 : Ἡ δὲ τῆς γνώμης δόξα ἀφ' ὧν ἂν ἀκούσωσι παρίσταται. Γνώμης σύνεσις, Animi prudentia, Thucyd. 1, 75. Γνώμη εὖ φρονοῦσα Demosth. C. Neær. p. 1394, 10. Γν. καθαρὰ in Hymno Orph. 57, 9 : Καθαραῖς γνώμαις μύστῃσι συνέρχου. Aristoph. Ran. 355 : Ὅστις ... γνώμῃ μὴ καθαρεύει. Miro modo γνώμην manibus tribuit poeta infimæ ætatis cujus versus inter Euripideos leguntur in Iphig. Aul. 601 : Δεξώμεθ' ὄχων ἄπο (Clytæmnestram et Iphigeniam) μὴ σφαλερῶς ἐπὶ τὴν γαῖαν, ἀγανῶς δὲ χεροῖν μαλακῇ γνώμῃ. Γνώμην et χεῖρα sæpius conjunxerunt scriptores recentiores. Anna Comn. p. 131, D : Ὅλῃ χειρὶ (ψυχῇ male marg.) καὶ γνώμῃ ὑπὲρ αὐτοῦ μάχεσθαι. Conf. ib. p. 179, C, 298, D, 368, B, 390, D, 395, C. Et omisso ὅλῃ p. 135, D : Γενναίως καὶ χειρὶ καὶ γνώμῃ ἀντικαθίστατο· 410, D : Μεταθῶνται πρὸς τὸ ὑμέτερον κράτος καὶ χεῖρα καὶ γνώμην. G. D.]

Γνώμη reddi Justitia, a Polit. ap. Herodian., testantur VV. LL. sed locum non afferunt : nec vero, etiamsi afferatur, ei possim hanc interpr. concedere. [Fortasse ex 2, 4, 5 : Πίστει γνώμης, ὅτι μηδένα ἑκὼν ἀδικήσει ποτέ.]

Γνώμη, Dictum aliquod insigne, præsertim e genere eorum quæ ad nos instituendos conducunt. Lat. itidem Sententia. Ideo autem contra morem meum, hanc signif. Sententiæ non tractavi supra una cum altera, quod multa derivata hinc manarint, quæ inter reliquas signiff. minime miscenda (ne ipse veluti cursus tractationis interrumperetur), sed potius ad calcem rejicienda existimavi. Ab Aphthonio γνώμη definitur, Λόγος ἐν ἀποφάνσεσι κεφαλαιώδης, ἐπί τι προτρέπων ἢ ἀποτρέπων. [Ab Aristot. Rhet. 2, 21 : Ἀπόφανσις ... περὶ ὅσων αἱ πράξεις εἰσὶ καὶ αἱρετὰ ἢ φευκτά ἐστι πρὸς τὸ πράττειν.] A Cornificio autem (si hic est au- A ctor Rhetorices ad Herennium) [4, 17], hoc modo : Oratio sumta de vita, quæ aut quid sit aut quid esse oporteat in vita, breviter ostendit. Denique et Fabius ita de hac voce, Sed consuetudo jam tenuit ut mente concepta, Sensus vocaremus : lumina autem, præcipueque in clausulis posita, Sententias. Paucis interjectis, Antiquissimæ sunt quæ proprie, quamvis omnibus idem sit nomen, Sententiæ vocantur, quas Græci γνώμας appellant. Utrumque autem nomen ex eo acceperunt, quod similes sunt consiliis aut decretis. Reliqua ap. eum videnda tibi relinquo, 8, 5. Quid autem de præcedentibus illis definitionibus sentiam, docui in tractatu quodam, quem Comicorum græcorum Sententiis præfixi : mihi illa mea definitio, licet extemporalis, non pœnitenda videtur. [Demetr. De eloc. 9 : Εἰ δὲ ἐκτείνοιτό τις τὴν γνώμην ἐν μακροῖς, διδασκαλία γίνεταί τις καὶ ῥητορεία ἀντὶ γνώμης.] Dicebant autem veteres scriptores plerumque cum adjectione, γνώμας τῶν ποιητῶν. Isocr. ad Nic. [p. 23, C] : Ἔτι δ' εἴ τις ἐκλέξειε καὶ τῶν προεχόντων B ποιητῶν τὰς καλουμένας γνώμας· additque, illos ἐπὶ ταύταις μάλιστα σπουδάσαι. Æschines itidem In Ctes. [p. 73, 1] : Διὰ τοῦτο γὰρ οἶμαι ἡμᾶς παῖδας ὄντας τὰς τῶν ποιητῶν γνώμας ἐκμανθάνειν, ἵν' ἄνδρες ὄντες αὐταῖς χρώμεθα, Ideo enim nos in pueritia sententias poetarum ediscere existimo, ut quum ad virilem ætatem pervenerimus, iis utamur. Quo e loco obiter et consuetudinem illius temporis discere possumus. Eum gen. non addidit Xen. in suo de Venatione libello [13, 3], ubi in Sophistas invehitur, Ὅτι τὰ μὲν ῥήματα αὐτοῖς ἐζήτηται, γνῶμαι δὲ ὀρθῶς ἔχουσαι, αἷς ἂν παιδεύοιντο οἱ νεώτεροι ἐπ' ἀρετὴν, οὐδαμοῦ. Observanda sunt autem hæc verba, quæ addit, ὀρθῶς ἔχουσαι : quæ an ad restringendam hujus nominis signif., tanquam alioqui latius patentem, adjecta fuerint, dubium alicui fortassis videri possit. Sed ego mihi persuadeo, potius verba illa adjici tanquam perpetuum illarum epithetum, ut ita dicam. Plut. in Homero γνώμας et παραινέσεις apophthegmatis similes esse scribit.

[Γνώμη i. q. γνώρισμα, Indicium. Aristot. H. A. C 6, 22, p. 576, 14, de dentibus equorum ætatem indicantibus : Ὅταν πάντας ὦσι βεβληκότες, οὐ ῥᾴδιον γνῶναι τὴν ἡλικίαν· διὸ καὶ λέγουσι γνώμην ἔχειν, ὅταν ἄβολος ᾖ, ὅταν δὲ βεβληκὼς, οὐκ ἔχειν. Duo codd. γνώριμα : unde Camus γνώρισμα. Schneid. Theognid. comparat v. 60 : Οὔτε κακῶν γνώμας εἰδότες οὔτ' ἀγαθῶν. ‖ In codd. γνώμη cum tribus potissimum vocabulis permutatur : cum casibus obliquis v. γλῶσσα, ut ap. Aristoph. Eccles. 574, Ran. 355; Soph. El. 1175. Cum ῥώμη : vid. Schæf. Epimetr. ad Aristoph. Plut. p. xxix. Cum ψυχὴ ap. Aristoph. Equit. 482 : Ἄγε δὴ σὺ τίνα νοῦν ἢ τίνα ψυχὴν ἔχεις, ubi cod. Rav. γνώμην. In Nub. 415 : Καὶ τὸ ταλαίπωρον ἔνεστιν ἐν τῇ ψυχῇ, ubi aliquot codd. et Diog. L. 2, 27 γνώμη. Apud Polluc. 6, 131 : Ὃς ἐπὶ τῆς αὐτῆς τιμῆς ἀρετήν τε καὶ κακίαν ἄγει, codd. plures γνώμης, quod ex præcedente πολύστροφος τὴν γνώμην ortum videtur. G. Dindorf.]

[Γνώμη, ἡ, Gnome, n. pr. meretricis ap. Athen. 6, p. 345, D, ex Lynceo. ‖ Nomen canis ap. Xenoph. Cyneg. 7, 5. G. Dindorf.]

D Γνωμηδὸν, Per sententias, ut ap. Dionys. H. A. R. 8, [43], γνωμηδὸν πυνθάνεσθαι, quum sc. senatores in senatu singulatim rogantur sententias. [Quem l. Eustath. affert p. 927, 61.]

[Γνωμιδιώκτης, ὁ, Sententiarum captator. Cratin. ap. Schol. Platon. p. 330 : Θεατὴς ὑπολεπτολόγος γνωμιδιώτης, ubi γνωμιδιώκτης corrigendum ex alio cod. ap. Seidler. De fragm. Aristoph. p. 22. Γνωμοδιώκτης Schneider.]

Γνωμίδιον, τὸ, Sententiola, Bud. ap. Aristoph. Equit. [100] : Ἢν γὰρ μεθυσθῶ, πάντα ταυτὶ καταπάσω Βουλευματίων καὶ γνωμιδίων καὶ νοϊδίων. Redditur etiam Ratiuncula, afferturque et ex aliis ejusdem comici locis. [Nub. 320 : Γνωμιδίῳ γνώμην νύξασα. Alciphro 3, 22 : Ἀργαλέος ἄνθρωπος καὶ δριμὺς, γνωμίδια καὶ προβουλευμάτια συνεχῶς ἐπὶ τῆς Πυκνὸς Ἀθηναίοις εἰσηγούμενος, ubi cod. Vat. 140 apud Bast. γνωμίδας Simile quid est γνώμιες in loco Archytæ ap. Stob. Ecl. phys. vol. 1, p. 788, sed corruptum ex γνώσιες. G. Dindorf.]

Γνωμικὸς, ἡ, όν. A composito Γνωμολόγος transeo A
ad simplex nomen Γνωμικός : quod fortassis aliquis
huic præfigi maluisset : nec ego quin hoc fiat valde
repugnarim. Est autem Γνωμικὸς, Pertinens ad γνώ-
μας, i. e. Sententias, Conveniens sententiis, Senten-
tiosus : veluti si dicam alicujus orationem esse γνωμι-
κήν. In VV. LL. γνωμικὴ περίοδος, Sententiosa periodus,
et arguta sententiis; sed absque auctoris nomine.
Donatus in illud Terentianum, Andr. 3, 3, Amantium
iræ, amoris redintegratio est, annotat, Sententia
γνωμικὴ, in qua a specie receditur, et in omnes ali-
quid dicitur : παροιμία est autem Sine auctore sen-
tentia. Hæc ille. Ab Eust. τὸ γνωμικὸν substantive
usurpatur pro γνώμη : cum alibi, tum Comm. in Il.
A, [80] : Κρείσσων γὰρ βασιλεὺς ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηϊ,
ubi annotat primum hic esse γνωμικὸν ap. hunc poe-
tam. Sed γνωμικὸν ab alia etiam nominis γνώμη si-
gnif. sumtum, usurpat Damascenus, cum γνωμικὸν
θέλημα vocat τὸ θελητὸν, Quod constituimus, Propo-
situm, quod διαφέρει τοῦ φυσικοῦ θελήματος. [Tzetz.
Chil. 7, 80 : Ὅθεν οὕτως ὁ Πίνδαρος τὸ γνωμικὸν εἰρή- B
κει. In codd. dictis sentensiosis ab librariis adscribi
solet γνωμικόν : de quo Boisson. ad Nicet. Eug. vol. 2,
p. 67 : « Codex Par. ad marg. Γνωμικόν : apographum
vero Venetum Γνώμη : et sic aliis in locis ubi Par.
exhibet γνωμικὸν per compendium, Venetum apogra-
phum habet γνώμη. Sed fere crediderim librum ipsum
Venetum habere, non totis literis γνώμη, sed id
compendium, quo γνωμικὸν repræsentari solet, quod-
que non semper ab editoribus probe lectum fuit.
Continuo Brunck. ad Ar. Plut. 805 illud non recte
vertit γνώμη. Ea est hujus compendii forma ut ac-
centus in vocis fine positus esse videatur, atque syl-
laba ον vox claudatur. In Xenoph. cod. Reg. 1641
ad ista Exp. Cyri 2, 1, 4, Τῶν γὰρ τὴν μάχην νικώντων
καὶ τὸ ἄρχειν ἐστὶ, et rursus ad ista 2, 5, 41, Δίκαιον
γὰρ ἀπόλλυσθαι τοὺς ἐπιορκοῦντας, adscriptum est com-
pendium quod interpretandum fuit γνωμικόν. Variæ
sunt illius compendii formæ, quas typi imitari non
possunt. In Nicetæ cod. Paris. quatuor sunt ad mi-
nimum compendii figuræ, p. 6, 18, 22, 32. Nonnun- C
quam illud eo modo librarii scribunt, ut syllaba me-
dia μι conspicua sit, ex. gr. in cod. Reg. 1399, p. 207,
2, ad Pausan. 5, 25, p. 111, 7; hinc nihil incerti
esse potest, et γνωμικόν, non vero γνωστὸν aut γνώμη
esse legendum statim patet. » Schol. Hom. Od. H,
310. Ibid. O, 74 : Τοῦτο τὸ σχῆμα καλεῖται γνωμικόν.
Γνωμικὸς στίχος ib. Δ, 691.] || Apud eundem Eustath.
legitur adverb. Γνωμικῶς, ubi scribit, Ὁ δὲ Νέστωρ,
εἰπὼν ὅτι μάλα μέντοι ἐγὼν ἐθέλοιμι καὶ αὐτὸς οὕτως εἶναι,
ἐπάγει γνωμικῶς τὸ, Ἀλλ' οὔπως ἅμα πάντα θεὸς δέδωκεν
ἀνθρώποισι. Utitur et Plut. in Homero, Πάντων ποιη-
τῶν καὶ φιλοσόφων γνωμικῶς τινὰ ἀποφαίνεσθαι ἐπιτηδευ-
σάντων. Utrobique γνωμικῶς reddi potest Sententiose.
[Athen. 5, p. 191, E. Donat. in Ter. Eun. 4, 5, 4.
Γνωμικώτατα Clem. Alex. Strom. 5, p. 611. Angl. Ex
sententia, i. e. Propria voluntate, Consulto. Anast.
Sin. Hod. p. 356, 11 : Ἑκουσίως καὶ γνωμικῶς τὰ πάθη
κατεδέξατο. Idem mox, οἰκείᾳ γνώμῃ. Hase.]

[Γνωμοδιώκτης. V. Γνωμιδιώκτης.]

Γνωμοδοτέω, Sententiam s. Consilium do, γνώμην D
δίδωμι, Suid. [et Zonar. p. 445. Cyrill. Alex. ad Jes.
48, 2 : Μὴ ὀκνήσητε γνωμοδοτῆσαι τῷ θεῷ. Suicer.
Eustath. Opusc. p. 164, 59 : Καὶ μαρτύρεται τῷ λόγῳ
τούτῳ καὶ ὁ γνωμοδοτήσας ὡς ἔνθα τι χρὴ ψεῦδος λέγεσθαι,
λεγέσθω. German. Epist. in Cotel. Mon. Eccl. Gr.
vol. 2, p. 472, A : Παῦλος διὰ τοῦ ἐμοῦ στόματος γνω-
μοδοτεῖ. Georg. Pach. Mich. Pal. 4, 9, p. 183, C : Τοῖς
πατριάρχαις ἐπ' ἐκείνῳ γνωμοδοτεῖν. G. D. || Inde
subst. Γνωμοδότημα, τὸ, apud Moschop. Περὶ σχεδ.
p. 124. Boisson.]

[Γνωμοδότημα. V. Γνωμοδοτέω.]

[Γνωμοδότης, ὁ, Consiliarius, Consiliator, Suasor,
Gl. Ioann. Chrys. Serm. 72, vol. 6, p. 733. Seag.
Didym. De Trin. p. 83, A. Cramer. Asterius in Co-
teler. Mon. Eccl. Gr. vol. 2, p. 66.]

Γνωμολογέω, Sententiam eloquor s. Sententias : vel,
Sententias loquor, ut Terent. Utitur [Aristot. Rhet.
2, 21 : Τίσιν ἁρμόττει χρῆσθαι τῷ γνωμολογεῖν ἐν τοῖς
λόγοις,] Plut. De frat. caritate [p. 530, C] : Ποῖος δ'

ἂν ἦν ὁ Ἀτρεὺς, εἰ τοιαῦτα δειπνίσας τὸν ἀδελφὸν ἐγνωμο-
λόγει πρὸς τοὺς παῖδας; Extat et ap. Athen. 10 : Ἐν
τούτοις φαίνεται ἡ αὐτοῦ λαιμαργία, μετὰ τοῦ μηδὲ ἐν
δέοντι τὰ περὶ τῆς γαστρὸς γνωμολογεῖν, Sententiose
loqui de ventre. Invenitur item ap. Diog. L. Epi-
charmo [8, 78] : Οὗτος ὑπομνήματα κατέλιπεν, ἐν οἷς
γνωμολογεῖ, φυσιολογεῖ, ἰατρολογεῖ. [Iambl. V. P.
p. 159. Io. Zonar. Annal. p. 3, B : Γνωμολογεῖν τε
καὶ ἠθικεύεσθαι. G. Dind.]

Γνωμολογητέον, Sententiis utendum est. [Aristot.
Rhet. ad Alex. c. 33. Kall.]

Γνωμολογία, ἡ, Sententiarum prolocutio, s. Sen-
tentiæ. [Aristot. Rhet. 2, 21 init.] Aut etiam, Senten-
tia quam aliquis loquitur. Plut. [V. Cat. maj. c. 2] :
Καὶ πολλὰ μεθηρμηνευμένα κατὰ λέξιν ἐν τοῖς ἀποφθέγμα-
σιν αὐτοῦ καὶ γνωμολογίαις τέτακται· Polit. Præc. [p.
813, A] : Δέχεται δὲ ὁ πολιτικὸς λόγος δικανικοῦ μᾶλλον
καὶ γνωμολογίας καὶ ἱστορίας καὶ μύθους καὶ μεταφοράς.
[Phot. Bibl. p. 495, 12 : Φέρονται δὲ αὐτοῦ ἀποφθέγματα
πλεῖστα καὶ γνωμολογίαι.] Quidam annotant esse ver-
bum Sophistarum Platoni in Phædro [p. 267, C]. In
VV. LL. Γνωμολογία redditur Dictio sententiæ, Col-
lectio sententiarum, Dicendi acrimonia. Quarum
signiff. exempla desidero. Apud Suid. quidem certe
γνωμολογία de Libro dicitur γνώμας complectente;
nam de Theognide inter alia scribit, Καὶ πρὸς Κύρνον
τὸν αὐτοῦ ἐρώμενον γνωμολογίαν (ἔγραψε) δι' ἐλεγείων.
Bud. vertit, Librum sententiis confertum et coagmen-
tatum. Dixerat autem antea, γνώμας δι' ἐλεγείας· quo
magis mirum est addi γνωμολογίαν. [Plut. Mor. p. 16,
C : Ἐμπεδοκλέους ἔπη... καὶ θηριακὰ Νικάνδρου καὶ γνω-
μολογίαι Θεόγνιδος.]

Γνωμολογικὸς, ἡ, ὄν, Gnomologiæ conveniens, Ad
gnomologiam pertinens. Quoniam autem γνωμολογία
redditur interdum Sententia, sicut γνώμη, quidam
γνωμολογικὸς interpr. Sententiosus. In Thuc. Vita [p.
xvi Bekk.] legimus, Τὸ δὲ γνωμολογικὸν αὐτοῦ, πάνυ
ἐπαινετὸν, ubi dicere possumus τὸ γνωμολογικὸν nihil
aliud esse quam αἱ γνωμολογίαι : et hoc non aliud
quam γνῶμαι. Nisi quis malit τὸ γνωμολογικὸν intelli-
gere Rationem et methodum qua utitur in utendo
γνώμαις, s. in adhibendis orationi γνώμαις. Apud
Demetr. Phal. autem [§ 9] γνωμολογικὸν est Conve-
niens gnomologiæ, Conveniens γνώμαις s. Sententiis :
eod. modo quo ἀποφθεγματικὸν, Conveniens apophthe-
gmatis, ubi scribit, Ἔστι γὰρ καὶ ἀποφθεγματικὸν ἡ
βραχύτης καὶ γνωμολογικόν. [Proclus ap. Phot. Bibl. p.
322, 35 : Τὰ δὲ γνωμολογικὰ δῆλον ὅτι παραίνεσιν
ἠθῶν ἔχει.]

Γνωμολογικῶς, Sententiose : Suid. γνωμοτυπικῶς,
γνωμολογικῶς. [Theo in Walz. Rhet. vol. 1, p. 206;
schol. Soph. Antig. 67.]

Γνωμολόγος, ὁ, q. d. Sententiæ prolocutor vel sen-
tentiarum.

[Γνωμονεύω lectio vitiosa. V. Γνωματεύω.]

Γνωμονικὸς, ἡ, ὄν, Peritus, Sciens, Doctus, Bud.
afferens e Xen. Ἀπ. 4, [2, 10] : Ἀλλὰ μὴ ἀρχιτέκτων
βούλει γενέσθαι, γνωμονικοῦ γὰρ ἀνδρὸς καὶ τοῦτο δεῖ.
Videtur alioqui γνωμονικὸς aliam potius ἀπὸ τοῦ γνώ-
μονος signif. accipere, velut quum Idem in Annott.
γνωμονικὴν esse scribit Partem astrologiæ quæ sola-
riorum discriminatis umbris horas gnomone perno-
tat. (Afferuntur enim ista ex ejus Annott., ubi alio-
qui et hæc verba invenio, Gnomon pro umbilico so-
lis : a quo ars γνωμονικὴ dicta, quæ solariorum ratio-
nem perquirit. Et aliquot paginis ante, Solarium au-
tem præter alia significata, Locum significat in quo
horæ ad solem denotantur, veruto umbram faciente,
vel pinnula : cujus rei inventionem et rationem γνω-
μονικοὶ profitentur.) Vitruv. autem 1, 3, architecturæ
partem facit gnomonicen. Partes ipsius architecturæ,
inquit, sunt tres, ædificatio, gnomonice, machina-
tio. [Probl. Arithm. in Anth. Pal. 14, 139 : Γνωμονι-
κῶν Διόδωρε μέγα κλέος. Schæf. || Adverb. Γνωμο-
νικῶς ap. Strabon. 2, p. 87 et Polluc. 4, 8, cui ibid.
7 γνωμονικὸς restituendum pro γνωμικός. G. Dind.]

[Γνωμοσύνη, ἡ, Mentis prudentia. Solon ap. Clem.
Al. p. 694 et Theodoret. vol. 4, p. 713 : Γνωμοσύ-
νης δ' ἀφανὲς χαλεπώτατόν ἐστι νοῆσαι μέτρον. Kall.]

[Γνωμοτυπέω, Sententias formo. Arist. Thesm. 55.]

Γνωμοτυπία, ἡ, γνωμολογία ἀκριβής, Hesych. Affert et alia quædam de hujus voc. significatione, sed suspecta. [Pertinent ad v. Γνώμων.]

Γνωμοτυπικὸς, ή, όν, in VV. LL. redditur Qui animo sententias imprimit, Facile formans sententias. Sed nullum exemplum, nullus auctor producitur. [Legitur ap. Aristoph. Eq. 1379.] Videtur certe γνωμοτυπικὸς esse Qualis est τῶν γνωμοτύπων : ut si dicas λόγοι γνωμοτυπικοὶ, Sermones tales quales sunt οἱ τῶν γνωμοτύπων, Convenientes ἀνδράσι γνωμοτύποις, ut quidem vocat Aristoph. in loco jam proferendo. || Apud Suidam legitur adverb. Γνωμοτυπικῶς, et quidem expositum γνωμολογικῶς, de quo dictum fuit supra.

Γνωμοτύπος, ὁ, ἡ, q. d. Sententiarum excusor. Sic enim ad verbum reddi posse existimo, quum simile sit τῷ χαλκοτύπος, atque aliis hujus generis. Alioqui dixerim etiam Sententiarum fabricator. In VV. LL. redditur Sententiarum effictor. [Aristot. Rhet. 2, 21: Οἱ γὰρ ἀγροῖκοι μάλιστα γνωμοτύποι εἰσὶ καὶ ῥᾳδίως ἀποφαίνονται.] Invenitur apud Aristoph. hoc vocab., cumque ejus inventorem fuisse arbitror, suo more ludere volentem, Ran. [877]: Διὸς ἐννέα παρθένοι ἁγναὶ Μοῦσαι, λεπτολόγους ξυνετὰς φρένας αἳ καθορᾶτε Ἀνδρῶν γνωμοτύπων. Ubi Schol. γνωμοτύπων esse vult τῶν τὰς οἰκείας γνώμας διὰ τῶν λόγων τυπούντων· vel, τῶν τύπους αὐτὰς τοῖς ὕστερον καταλιμπανόντων· vel, τῶν ταῖς γνώμαις ἀλλήλους τυπτόντων. Apud eund. comicum N. [952] legimus γνωμοτύπους μερίμνας, ubi scribit, Τοῖς περιδεξίοισι λόγοισι, καὶ φροντίσι καὶ Γνωμοτύποις μερίμναις, ubi quis γνωμοτύπους interpretari fortasse possit Cum consilio excusas s. fabricatas; vel Cum prudentia. VV. LL. interpr. Animo impressas cogitationes.

[Γνωμοφθόρος, ὁ, Animi s. Opinionum Sententiarumve corruptor. Georg. Alex. V. Chrys. p. 232.]

Γνώμων, ὁ, ἡ, Cognitor, Index. Xen. Ἀπ. 1, [4, 5]: Τίς δ' ἂν αἴσθησις ἦν γλυκέων καὶ δριμέων, εἰ μὴ γλῶττα τούτων γνώμων ἐνειργάσθη; Ubi non verear reddere etiam Dijudicatrix, Exploratrix. Itidemque ap. Plut. [Mor. p. 968, F]: Ἀλώπεκα ποιοῦνται γνώμονα τῆς τοῦ πάγου στεῤῥότητος, verterim γνώμονα, Exploratorem. [Æsch. Ag. 1130 : Θεσφάτων γνώμων ἄκρος. Thucyd. 1, 138, de Themistocle, Τῶν παραχρῆμα δι' ἐλαχίστης βουλῆς κράτιστος γνώμων.] Quibus in ll. γνώμων gen. additum habet; sed affertur [ab Hesych.] et γνώμων sine hac adjectione, e Soph. pro συνετὸς, i. e. Prudens. Sic Athenis magistratus erant quidam dicti γνώμονες, quasi Accuratæ diligentiæ ac prudentiæ homines, Bud. Idem γνώμονας vertit Inspectores, ap. Lysiam p. 109 : Γνώμονας πέμποντες καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν. [In loco Lysiæ p. 110, 28 ed. Steph. Harpocratio ἐπιγνώμονας legit, de quo v. suo loco. Γνώμονες tamen dicuntur ab aliis grammaticis. Lex. Rhet. p. 228, 23 : Γνώμονας, ἄρχοντάς τινας εἶναι τοὺς ἐπισκεπτομένους καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν τὰ χωρία πάντα, μή πώς τις ἐξέκοψε τὰς μορίας. Etym. M. p. 236 extr. : Γνώμονες ἄρχοντές τινες Ἀθήνησι λέγονται· καὶ οἱ ἀκριβεῖς ἀπὸ τοῦ γνῶναι. Γνώμων, Inspector, ap. Cinnamum p. 122, B. G. D.] || Γνώμων (interdum addito gen. ὡρολογίου, ut Plut. Plat. Quæst. [p. 1006, E] : Καὶ γὰρ οἱ τῶν ὡρολογίων γνώμονες, οὐ συμμεθιστάμενοι ταῖς σκιαῖς, ἀλλὰ ἑστῶτες, ὄργανα χρόνου καὶ μέτρα γεγόνασι, μιμούμενοι τῆς γῆς τὸ ἐπιπροσθοῦν τῷ ἡλίῳ), Stylus horas indicans, Solis umbilicus, cujus umbra internoscuntur horæ, quem Lat. Græco nomine Gnomonem vocant. Ita VV. LL. e Plin. scribente l. 2, [72]: Solis itaque umbilici (quem Gnomonem appellant) umbra in Ægypto etc. [Herodot. 2, 109 : Πόλον καὶ γνώμονα καὶ τὰ δυώδεκα μέρη τῆς ἡμέρης παρὰ Βαβυλωνίων ἔμαθον οἱ Ἕλληνες. Dicitur autem Γνώμων non modo Stylus horologii umbra sua horam diei indicans, verum etiam Horologium totum, et quidem non solum Solarium, sed et Aquatile horologium s. Clepsydra. Sic ap. Athen. 2, p. 42 memoratur ὕδωρ ἐν τοῖς γνώμοσι ῥέον. Schweigh. Hesych. : Λέγεται καὶ τὰ ἐν τοῖς ἡλιοτροπίοις κέντρα· καὶ τὸ παρὰ τοῖς τακτικοῖς. Quæ verba male s. v. γνωμοτυπία leguntur. Quod de tacticis dicit, ad signif. spectat, quam infra memorat HSt. ex Festo. De gnomone autem horologii v. Salm. in Exerc. Plin. p. 449 et cf. vv. Ἡλιοτρόπιον, Πόλος, Ὡρολόγιον.] In VV. LL. exponitur etiam, Veruculum quod stans in medio amusio collocatur ad umbras indagandas. Unde et σκιαθήρας dicitur. Vitruv. 1, 6, [6] : Collocetur æneus gnomon, indagator umbræ, qui Græce σκιαθήρας dicitur. Hujus antemeridiana circiter horam quintam sumenda est extrema gnomonis umbra, et puncto signanda. Deinde etc. Additur ex Eod., γνώμονα esse etiam Totam illam machinulam qua utimur in designandis et metandis urbium viis, ad avertendam eis vim ventorum molestam; ejusque fieri mentionem et a Plin. 18, 34. Est vero et Gnoma, teste Sexto Pompeio, machinulæ genus quæ Græcis γνώμων. [V. s. Γνώμα.] Γνώμων, inquit Bud., recte redditum est Norma a Laurentio ap. Herodot. [2, 109]. Est enim Norma Latine, quemadmodum Græce γνώμων, Pars et geometrici et architectonici instrumenti : qua norma ut recti anguli a geometris, sic lapides ac structuræ orthogonæ, i. e. rectis angulis exactæ, ab architectis et fabris deprehenduntur. Vulgo Quadra vocatur, i. e. Squierra, ut κανὼν Id quod Regula Latine dicitur. [Aristot. Categ. 11 : Τὸ τετράγωνον γνώμονος περιτεθέντος ηὔξηται μὲν, ἀλλότριον δὲ οὐδὲν γεγένηται, ubi interpres male reddidit *gnomone*, recte Argyropul. *norma*. Euclides 2, 1 : Παντὸς παραλληλογράμμου χωρίου τῶν περὶ τὴν διάμετρον αὐτοῦ παραλληλογράμμων ἓν ὁποιονοῦν σὺν τοῖς δυσὶ παραπληρώμασι γνώμων καλείσθω. Hero Dasypodii p. 40 : Καθόλου γνώμων ἐστὶ πᾶν τὸ προσλαβὸν ὁτιοῦν εὔρυθμον ἢ σχῆμα ποιεῖ τὸ ὅλον, ὃ προσείληφεν. Budæus Annot. prior. ad Pandect. p. 455. Philo De sept. mirac. p. 7 : Συνάγεται τὸ πᾶν ἔργον εἰς πυραμίδα καὶ γνώμονος σχῆμα. (Polyæn. 4, 3, 21 : Ὥστε γνώμονι σχῆμα παραπλήσιον ἦν.) In Apollod. Poliorcet. p. 18 γνώμων τρυπάνου Cuspidem terebræ significare videtur. Schneid. De loco Apollodori non liquet. In doctrina numerorum Pythagorica γνώμονες dicuntur numeri impares, qui quadratis appositi nova efficiunt quadrata, nomine a similitudine figuræ ducto : vid. schema a Bœckhio positum in libro de Philolao p. 143. Theonis Smyrnæi et Iamblichi locos attulit Ast. ad Theolog. Arithm. p. 285. || Norma portitorum (*le tarif*). Lex. Rhet. p. 233, 28 : Γνώμων, σύνταξίς τις γραμμάτων, καθ' ἣν τὰ τέλη πράττεσθαι χρὴ τοὺς ἐκ τῆς ἀλλοδαπῆς εἰσκομίζοντες ὧν ἂν ἐκφέρωνται· ubi aut εἰσφέρωνται aut καὶ ὧν ἂν ἐκφ. scribendum. || Figurate Γνώμων de norma agendi dicitur, ut ap. Theognid. 543 : Χρή με παρὰ στάθμην καὶ γνώμονα τήνδε δικάσσαι, Κύρνε, δίκην, quocum comparandum quod v. 805 præcipitur, Τόρνου καὶ στάθμης καὶ γνώμονος ἄνδρα θεωρὸν εὐθύτερον χρή μιν ... φυλασσέμεναι...] Lucian. [Hermot. 76, vol. 1, p. 820] : Ὁποῖον χρὴ τὸν κανόνα εἶναι καὶ γνώμονα τοῦ κατ' ἀρετὴν βίου, Qualem oportet canonem et gnomonem esse vitæ secundum virtutem degendæ. [Idem Harmon. 3, ibid. p. 855]: Γνώμων, φασὶ, καὶ ὁ ὀρθὸς κανὼν τῶν τοιούτων. || Dens pullinus, quod sit ætatis in jumentis index, ὁ ἀποπίπτων ὀδοὺς τῆς ἡλικίας ὢν γνωριστικὸς, inquit Pollux [1, 182]. Frequentius tamen plur. γνώμονες, quod et ap. Xenoph. [De re eq. 3, 1] extat, de equis. [Aristot. H. A. 6, 23 : Ὄνος... βάλλει τοὺς τετάρτους (ὀδόντας)· τούτους δὲ γνώμονας καλοῦσι. G. Dind.]

Γνωρίζω, Noscito, Agnosco. Ponitur autem et pro Notum facio, Notitiam do s. præbeo (uno verbo Notifico, quod ap. Ovid. et Gellium invenitur), dubitarique possit utra sign. præcedere debeat. Sed illi signif., qua ponitur pro Noscito s. Agnosco, priorem locum dedi, quod plura ejus exempla (præterquam in N. T., ubi altera perfrequens est) invenisse mihi viderer. Si quis tamen alteram præcedere malit, facile cedam. [Soph. OEd. tyr. 538 : Τοὔργον ὡς οὐ γνωριοῖμί (libri γνωρίσοιμί) σου τόδε δόλῳ προσέρπον. Eurip. Alc. 567 : Εἰ τῶν ἐμῶν τι πημάτων ἐγνώρισε· Electr. 630 : Ὅστις γνωριεῖ μ' ἰδών.] Plut. Amat. Narr. [p. 775, A] : Τόδε τὸ φώνημα γνωρίζειν ὅτι τοῦ Φώκου εἴη, Vocem illam, ut quæ Phoci esset, agnovisse, Polit. Herodian. 1, [17, 9] : Γνωρίσασα δὲ τὴν Κομμόδου χεῖρα, ταύτῃ καὶ μᾶλλον ἐσπούδασε διεξελθεῖν τὴν γραφὴν, Agnita dein Commodi manu, ut Idem vertit. Eod. modo dixit 2, [1, 23] : Λαβὼν τουτὶ τὸ γραμματεῖον

(γνωρίζεις δὲ τὴν Κομμόδου χεῖρα, οὔσης σοι τῆς ἀναγνώσεως ἐν συνηθείᾳ) ἐπίσκεψαι. Sic et pass. Γνωρίζομαι, Agnoscor, ap. Eund. [5, 4, 12]: Τὸ γένειον ἀποκειράμενος, ὡς μὴ γνωρίζοιτο, Detonsa barba, ne agnosceretur. Itidemque ap. Lucian. Timone [5]: Οὐκέτι γνωρίζομαι πρὸς αὐτῶν, Non amplius agnoscor ab eis. Ita enim malo quam Cognoscor ab eis, ut habent VV. LL. (Licet alioqui, ut γνωρίζω, Cognosco, ita γνωρίζομαι reddi alicubi possit Cognoscor.) Bud. quum de ἐπιγινώσκειν locutus esset, quod dicit significare Agnoscere, i. e. Noscitare, subjunxit, Idem γνωρίζω significat. Lucian.: Γνωρίζω τὴν εἰκόνα, καί φημι ὅμοιος εἶναι αὐτῷ. Cui loco addit illum Herodiani, paulo ante a me allatum, Γνωρίσασα τὴν Κομμόδου χεῖρα, Agnito Commodi chirographo. Quum alioqui, inquit, γνωρίζω significet Cognosco, et Indico, et Notum facio. Unde γνώρισμα, Indicium, ut pulsus in febre. De quibus Budæi verbis dicam aliquanto post. Nunc redeo ad illum Luciani locum, Γνωρίζω τὴν εἰκόνα κ. τ. λ. In hoc enim quum γνωρίζω reddat Agnosco, in iis verbis quæ modo ex eo protuli, alibi vertit etiam Non renuo: exponens Græcis verbis itidem οὐκ ἀναίνομαι. Locus autem (ut melius de eo judicari possit) est hic in principio libelli adversus eum scripti, qui ipsum in verbis Prometheum esse dixerat; ita enim illum orditur: Οὐκοῦν Προμηθέα με εἶναι φῄς; εἰ μὲν κατὰ τοῦτο, ὦ ἄριστε, ὡς πηλίνων κἀμοὶ τῶν ἔργων ὄντων, γνωρίζω τὴν εἰκόνα, καί φημι ὅμοιος εἶναι αὐτῷ. Occasionem autem sumsit Bud. interpretandi illud γνωρίζω, Non renuo, e proxime sequentibus ipsius Luciani verbis; nam subjungit, Οὐδ' ἀναίνομαι πηλοπλάθος ἀκούειν. Non dubium est certe quin et hic locum habeat verbum Agnoscere; sed eum usum habens, quem in isto Cic. loco De amic. [c. 2]: Tu autem, Fanni, qui mihi tantum tribui dicis quantum ego nec agnosco, nec postulo. Sic ap. Eund. pro Milone [c. 14]: Facti illius gloriam libens agnovisset. Sed et ap. Herodian. γνωρίζειν a vulgari verbi Agnoscere signif. discedit, 8, [6, 4]: Προθέντες δὲ τὰς εἰκόνας Μαξιμίνου καὶ Βαλβίνου, Γορδιανοῦ τε Καίσαρος, στεφάνοις καὶ δάφναις κεκοσμημένας, αὐτοί τε εὐφήμουν, καὶ τοὺς στρατιώτας ἠξίουν γνωρίσαι καὶ ἀνειπεῖν εὐφημῆσαί τε τοὺς ὑπὸ Ῥωμαίων συγκλήτου ἀναδειχθέντας αὐτοκράτορας, Polit. Proponunt Maximini et Balbini ac Gordiani Cæsaris imagines, coronis et lauro redimitas. Quibus ipsi acclamantes, etiam hortabantur exercitum ut agnoscerent salutarentque et lætis exciperent vocibus quos senatus populusque Romanus imperatores elegisset. Hoc certe in loco non Latinum loquendi genus e Græco, sed potius Græcum e Latino petitum esse crediderim. Existimo enim hoc loco Herodianum vocem Agnoscere, qua illi ut valde propria usi erant, voluisse ita interpretari ut verbum verbo redditum esset; ideoque illo γνωρίζειν uti non dubitasse, licet exemplum hujus usus fortasse non habentem. Itidem certe et alia Græca verba ad usum Latinorum accommodasse illum memini me observare. Habet porro nostrum Gallicum verbum *Recognoistre* (quum proprie sit Agnosco, i. e. Noscito), hanc quoque verborum Agnoscere et γνωρίζειν signif. Dicimus enim, *Je le recognoy seigneur*, vel *roy*, aut *empereur*: pro Agnosco illum dominum, regem, imperatorem. Sæpe tamen alia quoque constr. dicere solemus, *Je le recognoy pour seigneur* etc. || Γνωρίζω interdum non est Agnosco, sed potius Cognosco. Bud. quum dixisset γνωρίζω esse Agnosco, et hujus signif. exempla protulisset, subjunxit, ut supra docui, Quum alioqui γνωρίζω significet Cognosco, et Indico, et Notum facio. Quibus verbis videri possit signif. illam, qua pro Agnoscere ponitur, non censere esse primam et maxime propriam, quod ego aliter se habere existimo. Quod autem subjungit, inde esse γνώρισμα, pro Indicium, ne hoc quidem affirmari potest, quum derivando γνώρισμα ab ea verbi γνωρίζω signif. qua ponitur pro Agnosco, possit exponi, Id quo aliquem s. aliquid agnoscimus. Sed tamen de hoc alios pronuntiare malens, venio ad exempla quibus illa Cognoscendi sign. probari potest. Ibi certe nullum ipse affert; sed alibi hoc producit ex Aristot. Metaph. 9: Καὶ τὴν ἐπιστήμην μέτρον τῶν πραγμάτων λέγομεν, καὶ τὴν αἴσθησιν, ὅτι γνωρίζομέν τι αὐταῖς. Ex Eod.: Ὥσπερ εἰ ἄλλου ἡμᾶς μετροῦντος ἐγνωρίσαμεν πηλίκοι ἐσμέν. Quin etiam e Dem. affert γνωρίζω, pro Cognosco, Novi. Itidemque partic. ἐγνωρισμένος pro Cognitus, inveniri tradit. [Demosth. p. 924, 925: Ἐγὼ γὰρ ... αὐτὸς μὲν οὐδ' ὁπωστιοῦν ἐγνώριζον τοὺς ἀνθρώπους τούτους ... οὗτοι προσῆλθόν μοι ... ὁπόθεν δήποτε ἐγνωρισμένοι τούτῳ.] Ex Isocr. quoque affertur γνωρίζειν pro Cognoscere, Πειρῶ γνωρίζειν τοὺς λέγοντας, ὁποῖοι καὶ τίνες εἰσὶ, Da operam ut noris eos qui et quales sint qui loquuntur. Sic etiam e Galeno pro Cognoscere, s. Deprehendere, Ad Glauc. 1: Ἀμφημερινὸν δὲ πυρετὸν τοῖσδ' ἂν μάλιστα γνωρίσαις. Item, Γνωριεῖς δὲ τὰς τοιαύτας ἐμφράξεις ταῖς ἀνωμαλίαις τῶν σφυγμῶν. Ad hanc signif. referenda est ea, quam dat Polit. isti verbo ap. Herodian. 2, [14, 9]: Ἦσαν δέ τινες τῶν πρεσβυτέρων καὶ γνωριζόντων τρόπον· vertit enim, Qui consuetum ipsius haberent ingenium. Miror tamen cur potius reddiderit Consuetum haberent quam Cognitum haberent; atque adeo suspicari quis possit hoc, non illud, ab eo scriptum fuisse. Invenitur alioqui et in VV. LL. γνωρίζω expositum Consuetudinem ineo et familiaritem. Cui sign. subjungitur ex Aristide, Οὐ χαλεπῶς ἀλλήλους ἐγνώριζον. Sed incertum est an hic Aristidis locus pro illius signif. exemplo afferatur, quum ibid. illam proxime præcedat ea cui primum locum dedi: sc. Agnosco, Noscito. [Aristid. vol. 1, p. 195, 17: Ἐξ ὧν ὁμόνοια μὲν καὶ πίστις ἀλλήλων ἤνθει κατὰ τὴν πόλιν· εἰ δέ που καὶ διασταῖεν, οὐ χαλεπῶς ἀλλήλους ἐγνώριζον, Reconciliabantur.] || Γνωρίζω, Notum facio, reddo, Cognitum reddo, Notitiam præbeo, Indico. [Antiattic. p. 87, 26: Γνωρίσαι ἀντὶ τοῦ ἑτέρῳ γνώριμον ποιῆσαι. Æsch. Prom. 487: Κληδόνας τε δυσκρίτους ἐγνώρισ' αὐτοῖς. Basil. M. vol. 3, p. 451, D: Γνώρισον ἡμῖν τὴν αἰτίαν δι' ἣν πάλαι οὐ γέγονε τὰ προστεταγμένα.] Greg. Naz. de Basilio, Ἀθῆναι γάρ μοι τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐγνώρισαν τελεώτερον. Idem, Ἵνα καὶ τὴν φύσιν παραδείξῃ καὶ γνωρίσῃ τὴν δύναμιν. Idem, Ἐκείνῳ γνωριεῖς τὴν ἁμαρτίαν. At ap. Athen. [12, p. 539, B] redditur Indicare, Ὁ Περσῶν βασιλεὺς ἠθλοθέτει τοῖς τὰς ἡδονὰς αὐτῷ γνωρίζουσι, Iis præmia proponebat, qui novas voluptates indicabant. In N. T. frequentissimum est hoc vocab. (unde etiam videri possint Greg. Naz. et reliqui Theologi lubenter hoc fuisse usi) in hac transitiva sign., sc. pro Notum facio, Declaro, qua usi prius fuerant LXX Interprr., ut videmus quum alibi, tum in Ps. 15: Ἐγνώρισάς μοι ὁδοὺς ζωῆς· Io. 17, 26: Καὶ ἐγνώρισα αὐτοῖς τὸ ὄνομά σου καὶ γνωρίσω, Et notum feci eis nomen tuum et notum faciam. Sic ad Rom. 9, [23], de Deo, Ἵνα γνωρίσῃ τὸν πλοῦτον τῆς δόξης αὐτοῦ. Sic ibid., versu proxime præcedenti, Καὶ γνωρίσαι τὸ δυνατὸν αὐτοῦ, Notam reddere potentiam suam. Aut etiam, Patefacere potentiam suam. Quo verbo reddi apte potest et in Ep. ad Ephes. 1, [9]: Γνωρίσας ἡμῖν τὸ μυστήριον τοῦ θελήματος αὐτοῦ. Utitur autem et alibi hoc ipso verbo cum eod. accus. Apud Eund. frequens est γνωρίζω ὑμῖν ὅτι, quum dicturus est aliquid, quod ab illis sciri magni referre existimat: perinde ac si diceret, Vos autem hoc ignorare nolim. Vel potius, Vobis autem aperte significo. Non male tamen interpr. qui et hic reddunt Notum facio. Apud Eund. vero ubi dicit, Πάντα ὑμῖν γνωρίσει Τυχικὸς, reddi etiam potest, Omnia vobis exponet, De omnibus certiores faciet. Invenitur tamen γνωρίζω et pro Cognosco, Novi: Ep. ad Philipp. 1, 22: Καὶ τί αἱρήσομαι οὐ γνωρίζω, ubi οὐ γνωρίζω redditur etiam Ignoro, recte. At de usu quem habet ap. Eund. passiva vox γνωρίζομαι, dicam mox ubi de illa agam. Nunc de alia signif. verbi hujus γνωρίζω, quæ ad istam, cujus exempla tot allata fuerunt, pertinet: sic tamen ut tanquam particularior sub generaliori includatur. Ea est qua ponitur pro συνίστημι καὶ προξενῶ, ut exp. Bud. afferens e Plut. Fabio [c. 24]: Καὶ γνωρίζει τὸν ἀδελφὸν αὐτῷ ἡ γυνή. Interpr. autem ibi non addit, sed alibi reddit, Conciliat illi et insinuat. Quidam certe γνωρίζει et hic simpliciter interpr. Notum reddit. [Commendare, ap. Appian. Maced. 4: Φλαμινίνου δὲ αὐτὸν τῇ βουλῇ γνωρίζοντος

ἰσχυρῶς.] || Pass. Γνωρίζομαι (sequendo signiff. datas A
activæ voci Γνωρίζω) est Agnoscor, cujus signif. habuisti duo exempla supra in Γνωρίζω, unum ex Herodiano, alterum e Luciano. Item, sicut Γνωρίζω pro Cognosco etiam poni interdum dictum est, ita Γνωρίζομαι pro Cognoscor poni sciendum est : unde ἐγνωρισμένος, Cognitus. Denique ut Γνωρίζω est Notum facio, sic Γνωρίζομαι, Notus fio, Innotesco, Patefio. Quibus modis reddi potest ap. Paulum : fortasse autem alicubi et Cognoscor. [Γνωρισόμενον signif. act. ap. Theophylact. Hist. p. 112, B : Ἐς Χοσρόην ἐξέπεμψεν ἄγγελον ταῦτα δὴ γνωρισόμενον. G. D.]

Γνώριμος, ὁ, ἡ [et η, ον. Plato Rep. 10, p. 614, E : Ἀσπάζεσθαί τε ἀλλήλας ὅσαι γνώριμαι, ubi tamen libri multi γνώριμοι. Γνωρίμη Aristid. et Lucian. V. infra. G. D.], Notus, Cujus notitiam habemus. Demosth. [p. 34] : Ἔσται δὲ βραχὺς καὶ γνώριμος ὑμῖν ὁ λόγος· οὐ γὰρ ἀλλοτρίοις ὑμῖν χρωμένοις παραδείγμασιν, ἀλλ' οἰκείοις, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εὐδαίμοσιν ἔξεστι γενέσθαι. Plut. De Pyth. orac. [p. 406, B] : Ἀμοιβῇ γὰρ ἔοικε
νομίσματος ἡ τοῦ λόγου χρεία· καὶ δόκιμον καὶ αὐτοῦ τὸ B
σύνηθες ἐστὶ καὶ γνώριμον, ἄλλην ἐν ἄλλοις χρόνοις ἰσχὺν λαμβάνοντος. Alex. Aphr. De anima 2, γνωριμωτάτην et ἀγνωστοτάτην inter se opposuit, eodemque in loco voci γνώριμον addidit ἀναμφίλεκτον, ita scribens, Ἀλλ' ἔστι πολλὰ τῶν ὄντων ἃ τὴν μὲν ὕπαρξιν ἔχει γνωριμωτάτην, ἀγνωστοτάτην δὲ τὴν οὐσίαν· ὥσπερ ἥ τε κίνησις καὶ ὁ τόπος· ἔτι δὲ μᾶλλον ὁ χρόνος· ἑκάστου γὰρ τούτων τὸ μὲν εἶναι γνώριμον καὶ ἀναμφίλεκτον· τίς δέ ποτέ ἐστιν αὐτῶν ἡ οὐσία, τῶν χαλεπωτάτων ὁραθῆναι· quæ Bud. ita vertit (sensum exponens, non singula verba interpretans), Tempus esse et locum omnes noverunt, sed quæ sit eorum essentia sive natura, et definitio, scire difficillimum. [Pausan. 1, 27, 3 : Ἃ δέ μοι θαυμάσαι μάλιστα παρέσχεν, ἔστι μὲν οὐκ ἐς ἅπαντας γνώριμα.] Γνώριμος annotatur significare etiam Cognitu facilis, sed nullum signif. hujus exemplum additur : videndum autem an non illi Demosth. loco convenire possit ut sc. γνώριμος ibi non sit Notus, sed Cujus facilis sit notitia, Cognitu facilis. Neque tamen et illam interpr.
ferri posse nego. Γνώριμον alicubi legisse mihi videor C
non simpliciter pro Eo qui notus sit, sed pro Eo qui sit clarus et celeber. Apud Aristot. Polit. 4, [4] οἱ γνώριμοι distinguuntur ἀπὸ τοῦ δήμου, dicunturque δήμου εἴδη esse, οἱ γεωργοὶ, τὸ περὶ τὰς τέχνας, τὸ ἀγοραῖον κ. τ. λ., at γνωρίμων εἴδη esse, πλοῦτος, εὐγένεια, ἀρετὴ, παιδεία. [Ibid. 5, 8 : Ἐνδέχοιτο γὰρ ἂν καὶ τοὺς γνωρίμους καὶ τὸ πλῆθος ἔχειν ἃ βούλονται ἀμφοτέρους. Xenoph. H. Gr. 2, 2, 6 : Σφαγὰς τῶν γνωρίμων ποιήσαντες. Plut. V. Niciæ c. 2 : Τῶν πλουσίων καὶ γνωρίμων. Dio Chr. vol. 2, p. 32 : Πολίτας οὐ τοὺς τυχόντας, ἀλλὰ τοὺς γνωρίμους καὶ πλουσίους. Οἱ βέλτιστοί καὶ γνωριμώτατοι ap. Plut. V. Timol. c. 1.] In VV. LL. ponitur et Γνώριμον, tanquam substantivum, quod redditur, Fides, reique exploratæ et compertæ fiducia. Quibus verbis additur hæc exp. Græca, sine auctoris nomine, Πιστὸν καὶ ἀσφαλές· ὃ ἡμεῖς πεπείσμεθα. Sed quamvis de hac expositione, nisi locus adeatur, difficile sit judicare, quicunque ejus est auctor, non videtur γνώριμον illud pro substantivo
accipere. || Γνώριμος, Notus. Sed hic me loqui scito D
non jam de participio Notus, quod est Cognitus, sed de nomine Notus : i. e. de Notus quod e participio in nomen, sicut et alia quædam ap. Latinos quoque, transit, et pro Familiari ponitur (scio enim et extra hanc signif. nominis loco haberi nonnumquam), ut ap. Horat. Sat. 1, 1, Non uxor salvum te vult, non filius; omnes Vicini oderunt, noti, pueri atque puellæ. Usus est autem hoc γνώριμος et Hom., sed uno duntaxat (ut tradit ex aliis Eust.) in loco : sc. Od. Π, non procul a principio, Εὔμαι', ἦ μάλα τίς τοι ἐλεύσεται ἐνθάδ' ἑταῖρος, Ἢ καὶ γνώριμος ἄλλος. Ubi annotat idem Grammaticus, discrimen poni inter ἑταῖρον et γνώριμον : ac fortasse τιμιώτερον esse ἑταῖρον quam eum qui simpliciter sit γνώριμος : fortasse etiam esse γνώριμον quiddam generalius, sub quo comprehendantur et ἑταῖρος et alii quolibet modo συνήθεις. Ergo certe illi in utroque assentior; nam latius multo γνώριμον patere quam ἑταῖρον, et majore hunc quam illum in pretio esse, varii scriptt. aperte ostendunt loci.

Ap. Dem. certe ut φίλος minus quam ξένος, ita hoc φίλος plus esse quam γνώριμος videmus, [p. 320] : Ἐκ ποίας γὰρ ἴσης ἢ δικαίας προφάσεως Αἰσχίνῃ τῷ Γλαυκοθέας τῆς τυμπανιστρίας, ξένος, ἢ φίλος, ἢ γνώριμος ἦν Φίλιππος; q. d. Tantum abest ut justa aliqua de causa potuerit illi esse ξένος, ut nec φίλος, atque adeo ne γνώριμος quidem. Sæpe autem redditur hoc γνώριμος Latina voce Familiaris. Bud. interpr. Familiaris et quicum consuevimus : afferens e Xen. [Cyrop. 5, 5, 10] : Εἴ τις κύνας, ἃς σὺ τρέφεις, θεραπεύων, γνωριμωτέρας ἑαυτῷ ἢ σοι ποιήσειε. Interdum οἰκεῖοι et γνώριμοι, nonnunquam γνώριμοι et συνήθεις copulantur : utriusque usus exemplum extat ap. Plat. Legitur enim ap. eum de Rep. 1 : Ἀπέχθεσθαι τοῖς οἰκείοις καὶ γνωρίμοις. Apud Eund. libro ejusd. operis 2, τοῖς γνωρίμοις καὶ συνήθεσι opp. οἱ ἀγνῶτες. Ita enim scribit, Οἶσθα γάρ που τῶν γενναίων κυνῶν ὅτι τοῦτο φύσει αὐτῶν τὸ ἦθος· πρὸς μὲν τοὺς συνήθεις τε καὶ γνωρίμους ὡς οἷόν τε πρᾳοτάτους εἶναι, πρὸς δὲ τοὺς ἀγνῶτας τοὐναντίον. Itidem copulantur ista duo nomina ab Aristot., sed duobus his alia duo opp.; neque enim ἀγνῶτες solum illis duobus opponit, sed ἀγνῶτες et ἀσυνήθεις : Eth. 4, 6 : Ὁμοίως γὰρ πρὸς ἀγνῶτας καὶ γνωρίμους καὶ συνήθεις καὶ ἀσυνήθεις αὐτὸ ποιήσει. Rursum autem Plato in Charmide ἀγνῶτας et γνωρίμους inter se opposuit : Τοὺς μὲν καὶ ἀγνῶτας ἐμοὶ, τοὺς δὲ καὶ πλείστους γνωρίμους. [Aristid. vol. 2, p. 428, 7 : Προέσθαι τὴν σαυτοῦ γνωρίμην. Lucian. Somn. 9, vol. 1, p. 12 : Συνήθης σοι καὶ γνωρίμη.] Nec vero solum γνώριμός τινι, sed et γνώριμός τινος dicebant : unde affertur etiam γνώριμος ἐμός. Peculiari magis signif. γνώριμοι appellabantur οἱ μαθηταί. [Sext. Emp. p. 392. Hemst.] Suidas postquam γνώριμοι exposuit φοιτηταὶ, h. l. affert, Πυθαγόρας ὁ Σάμιος γνωρίμους ἔσχε πλείους ἢ ἑξακοσίους. Quo pertinet Plut. De virt. mor. [p. 448, E] : Ἀντὶ γνωρίμων καὶ μαθητῶν ἐρασταὶ καλούμενοι καὶ ὄντες. [Cum genit. Longin. fr. 5, 2 : Ὁ τούτου γνώριμος. Strabo 1, p. 7 : Θαλοῦ γεγονότα γνώριμον καὶ πολίτην. Cum dat. Xen. Mem. 2, 3, 1 : Ἀδελφὼ μὲν ὄντε ἀλλήλοιν, ἑαυτῷ δὲ (Socrati) γνωρίμω. Dionys. De comp. verb. c. 19 : Ἡ Ἰσοκράτους καὶ τῶν ἐκείνῳ γνωρίμων αἵρεσις. Inscr. Attica ap. Boisson. ad Max. Planud. Paraphr. Ovid. p. 263 : Ὁ γνώριμός μ' ἔστησε τὸν διδάσκαλον. || Γνώριμα παιδία, ab Hippocr. p. 256, 53 dicuntur noti et vulgares fœtus qui post legitimum novem mensium tempus eduntur, minus robusti quam οἱ δεκάμηνοι.]

[Γνωριμότης, ητος, ἡ, Cognitio, Notitia. Stob. Ecl. Eth. p. 130; Tzetz. Chil. 4, p. 76. Angl. Eustath. Opusc. p. 337, 3 : Οἰκειούμενος ἑαυτῷ μεγάλου ἀνθρώπου γνωριμότητος.]

Γνωρίμως, Familiariter, More eorum qui sunt familiares, Plane. Possint vero et aliæ interpretationes huic adverbio dari, sequendo eas quæ nomini γνώριμος datæ fuerunt. [Familiariter, apud Demosth. p. 1247, 14 : Γνωρίμως εἶχέ μοι καὶ πάλαι. Plane, Perspicue, ibid. p. 722, 15 : Ἁπλῶς καὶ πᾶσιν ὁμοίως γνωρίμως γεγράφθαι. Eurip. El. 943 : Γνωρίμως αἰνίξομαι.]

Γνώρισις, εως, ἡ, Agnitio, Actio reddendi quempiam notum alii. Plato, Πολλήν χάριν οἶδά σοι τῆς Θεαιτήτου γνωρίσεως, Quod mihi notum et familiarem feceris Theætetum, Bud. [Plut. Mor. p. 491, B : Ἔν τε κλήσεσι καὶ γνωρίσεσιν ἡγεμόνων. Cognitio, ap. Platon. Leg. 6, p. 763, B : Φυλακῆς τε καὶ γνωρίσεως ἕνεκα πάντων ἀεὶ τῶν τόπων.]

Γνώρισμα, τὸ, Id e quo aliquem s. aliquid agnoscimus, Indicium. Synes. : Καὶ καθάπερ ἱερείου διαπεπραγμένου τὸ δέρμα λείπεται, γνώρισμα τοῦ πάλαι ποτὲ ζώου. Lucian. [Dial. mort. 20, 4] : Ἅπαντες φαλακροί εἰσιν· ὥστε ἁπάντων εἴη τοῦτο τὸ γνώρισμα. Plut. [Mor. p. 855, B] : Οἷον ἴχνη καὶ γνωρίσματα διηγήσεως. Bud. (ut antea dixi) hoc verbale vult esse ab ea verbi γνωρίζω signif. qua ponitur pro Indico, Notum facio; exponitque Indicium : addens, ut pulsus in febre : ap. Galen. : Ταῦτα μὲν αὐτῶν τῶν ἐφημέρων γνωρίσματα. Apud Eund. : Μέγιστα μὲν δὴ τοῖς πυρέσσουσιν ἔν τε τοῖς σφυγμοῖς ἐστὶ καὶ τοῖς οὔροις γνωρίσματα. Apud Xen. quoque γνωρίσματα reddi potest Indicia, Cyrop. 2, [1, 13] : Συναρμόσαι ταῦτα εὐπετῶς, ἣν ἔχῃ γνωρίσματα, ὥστε εὔδηλον εἶναι ἐξ ὁποίας χώρας ἕκαστον αὐτῶν ἐστίν. [Suidas s. v. Ἀππιανός : Ὅσον εἰς γνώρισμα μόνον αὐτῶν

μέμνηται, Obiter tantum.] || Γνώρισμα, Insigne, Ornamentum, Decus, Id propter quod aut res aut civitas visenda est. Bud. afferens e Greg. Naz. Oratione de Basilio, Ἄλλαι μὲν γὰρ τῶν πόλεων ἄλλοις ἀγάλλονται καλλωπίσμασιν, ὅπως ἂν οἶμαι τῶν διηγημάτων ἔχωσιν ἢ τῶν δρωμένων· τῇ δὲ λόγοι τὸ γνώρισμα, Propter literarum studia visitur, de Cæsarea Cappadociæ. Sic γνωρίσματα τῆς βασιλείας affertur pro Insignibus imperii. Item, Φιλοσοφίας γὰρ φέρει γνωρίσματα, ex Alex. Aphr. in præf. Probl. 2, de medicina, Insignia gestat philosophiæ. || Γνωρίσματα plur. numero, Monumenta; sed accipiendo hanc vocem Latinam in certa et peculiari signif. Terent. Eun. 4, 6, [15]: Abi tu, cistellam Pythia domo effer, cum monumentis. Ubi Donatus, Monumenta sunt quæ Græci dicunt γνωρίσματα καὶ σπάργανα. [Hesych.: Γνωρίσματα, τὰ συνεκτιθέμενα τοῖς παισὶν ἔξω τῶν περιδεραίων (codex περιδυραίων).] Cujus signif. aptissimum videtur exemplum habere iste Paus. locus, in Atticis [c. 27, 8]: Κρηπῖδας Αἰγέα ὑπὸ πέτρᾳ καὶ ξίφος θεῖναι, γνωρίσματα εἶναι τῷ παιδί. Pertinet autem potius hæc signif. ad illam cui primus locus datus est, quam ad eam cui secundus. Ceterum (ut de hoc obiter lectorem moneam) convenire optime videtur ille Terentii locus cum isto Plauti in Rudente, Quia leno ademit cistulam ei, quam habebat, ubique habebat Qui suos parentes noscere posset: veretur ne perierit. Ubi observa etiam verbum Noscere quod est γνωρίζειν, unde γνωρίσματα. [Plut. V. Thes. c. 4: Ὀνομασθῆναι Θησέα λέγουσι διὰ τὴν τῶν γνωρισμάτων θέσιν. Longus 1, 3: Κομίζει πάντα πρὸς τὴν γυναῖκα ... καὶ τὰ γνωρίσματα καὶ τὸ παιδίον· et 5: Παρέκειτο καὶ τούτῳ σπάργανα, γνωρίσματα, μίτρα διάχρυσος. Schæf. De γνωρισμάτων figura in statua pueri, Viscont. Mus. Piocl. t. 3, p. 20. Hase.]

[Γνωρισμὸς, ὁ, Cognitio, Agnitio. Etym. M. p. 735, 25 et Suidas s. v. Σύνθημα· Σύσσημον, λόγος ἐν πολέμῳ ἐπὶ γνωρισμῷ τῶν οἰκείων διδόμενος. Tzetz. ad Lycophr. 494: Διὰ γνωρισμὸν τοῦ πατρός. Memorat h. v. Pollux 4, 32.]

[Γνωριστέον, Cognoscendum. Aristot. p. 1180, 22, ubi var. lect. γνωστέον. Alex. Trall. 1, p. 28.]

[Γνωριστὴς, ὁ, Cognitor. Antipho p. 140, 37: Νῦν μὲν οὖν γνωρισταὶ γίνεσθε τῆς δίκης, τότε δὲ δικασταὶ τῶν μαρτύρων· νῦν μὲν δοξασταὶ, τότε δὲ κριταὶ τῶν ἀληθῶν. Seag. Γνωρίστης ap. Aquil. Deuter. 18, 11 Montef. e cod. Basil. Sed scribendum esse γνώστης intelligitur ex Aquilæ versione Lev. 19, 31; 20, 6. Schleusn. Sed tamen 4 Reg. 23, 24: Τοὺς θελητὰς, καὶ τοὺς γνωριστάς. Hase.]

Γνωριστικὸς, ή, όν, Notitiam præbens, et quasi quis dicat Notificatorius. Sed ap. Polluc. [1, 182] reddi potest Index, ubi scribit γνώμονα vocari τὸν ἀποπίπτοντα ὀδόντα τῆς ἡλικίας ὄντα γνωριστικόν. [Gregor. Nyss. vol. 2, p. 3, C: Τοῖς γνωριστικοῖς τῶν ὑποστάσεων ἰδιώμασιν· p. 5, C: Μόνας τὰς τῶν ὑποστάσεων γνωριστικὰς ἰδιότητας. || Facultatem cognoscendi habens. Iambl. Protrept. 7, p. 124: Αἴσθησις δὲ πᾶσα δύναμίς ἐστι γνωριστικὴ διὰ σώματος. Plut. Mor. p. 79, D: Γνωριστικὸς τοῦ καλοῦ καὶ οἰκείου γεγονέναι. Pollux 1, 195: Ἵππος γνωριστικὸς τῶν ἐχθρῶν. In γνωριστὸν corruptum ap. Justin. Mart. p. 98, B. G. Dind.]

[Γνωσίας, α, ὁ, Gnosias, n. pr. viri Syracusani ap. Xenoph. H. Gr. 1, 1, 29. G. Dind.]

[Γνωσιγραφία, ἡ. Apsines Ms.: Ἔτι ἀναμνήσωμεν ἐπὶ τῆς καλουμένης γνωσιγραφίας. Walz. Γνωσιγραφία ab Apsine Art. Rhet. p. 709 definitur ἀπόφασις δικαστῶν. Ernest. Lex. rhet.]

[Γνωσίδημος, ὁ, Gnosidemus, Orita apud Æschin. C. Ctesiph. p. 68, 20. G. Dind.]

[Γνωσίδικος, ὁ, Gnosidicus, Cous, Nebri, clarissimi Asclepiadarum, filius, ap. Steph. Byz. s. v. Κῶς, Hippocr. p. 1271, 32, Galen. vol. 11, p. 15. G. D.]

Γνωσιμαχέω, de quo quæ e Bud. habeo, deinde et meam sententiam proferam. Ita igitur Bud. de illo, Γνωσιμαχεῖν, κυρίως τὸ γνῶναι τὴν ἑαυτοῦ ἀσθένειαν καὶ τοῦ ἐχθροῦ δύναμιν, εἶτα μετανοεῖν τε καὶ ἡσυχάζειν· propter quod pro Resipiscere post cœptum bellum ponitur. Herodot. 3, [25]: Εἰ μέν νυν μαθὼν ταῦτα ὁ Καμβύσης ἐγνωσιμάχεε, καὶ ἀπῆγε ὀπίσω τὸν στρατὸν ἐπὶ τῇ ἀρχῆθεν γενομένῃ ἁμαρτάδι, ἦν ἂν σοφὸς ἀνήρ· νῦν δὲ οὐδένα λόγον ποιεύμενος, ἤιε αἰεὶ ἐς τὸ πρόσω. Cui loco subjungit hunc ejusd. historici, 8, [29]: Ὦ Φωκέες, ἤδη τι μᾶλλον γνωσιμαχέετε μὴ εἶναι ὁμοῖοι ἡμῖν. [Add. 7, 130.] Affert vero et ex aliis exempla, nimirum e Paus. et Isocr. E Paus. in Bœoticis [7, 4], Σύλλα δὲ ἐσβαλόντος εἰς τὴν Βοιωτίαν, δεῖμα ἔσχε τοὺς Θηβαίους· καὶ ἐγνωσιμάχησάν τε αὐτίκα, καὶ ἐτράποντο εὐθὺς εἰς τὴν Ῥωμαίων φιλίαν. Ex Isocr. autem Ad Phil. [p. 83, D] h. l. profert, Τοιούτων δὲ ὄντων τῇ πόλει τῶν λεγομένων ἡμῖν, ἤλπισαν, ὥσπερ ἤκουσαν, διαδοθέντος τοῦ λόγου διαλύσεσθαι τὸν πόλεμον ἡμᾶς, καὶ γνωσιμαχήσαντας βουλεύσεσθαί τι κοινὸν ἀγαθὸν περὶ ἡμῶν αὐτῶν. Hactenus Bud. Comm. Superest ut dicam quid et ipse de hoc verbo sentiam. Dico igitur videri quidem habere illam Resipiscendi signif. quam ei dat Bud. post [Lex. Rhet. p. 233, 20,] Hesych., Suid. et Schol. Aristoph. [Av. 533]; sed proprie γνωσιμαχεῖν esse Repugnare suæ sententiæ s. priori sententiæ, et eam veluti reprehendere: ut γνῶσις in hoc verbo idem valeat quod γνώμη. [Phrynich. in Bekk. Anecd. p. 33, 15: Γνωσιμαχῆσαι, τὸ μεταγινώσκειν καὶ συνιέναι τοῦ ἁμαρτήματος, οἷον τῇ προτέρᾳ γνώμῃ, ἣν ἔσχε, μάχεσθαι.] Quoniam autem qui repugnat priori suæ sententiæ, eam mutat, commode etiam reddi potest Mutare sententiam; sic tamen ut hoc tenendum sit, γνωσιμαχεῖν multo ἐμφατικωτέραν signif. habere, quum proprie id significet quod dixi: nec esse Mutare sententiam, eo modo quo leves et inconstantes eam mutant, sed mutare sententiam velut præcedente quadam in animo nostro disceptatione. Quod autem addunt quidam Lexicographi et Scholiastæ, γνωσιμαχεῖν esse Cognoscere vires suas infirmas, et adversariorum robur, s. Cognoscere et perpendere quanto vires nostræ sint inferiores adversariorum viribus; vel, Ubi cognoveris tibi μάχην esse adversus potentiorem, quiescere, s. sententiam mutare: hæc, inquam, quæ inter alios affert Hesych., nimium restringunt hujus verbi signif., habita ratione, ut opinor, duorum locorum Herodoti. Nisi potius propter verbum μάχεσθαι, inclusum hoc in verbo, imaginati sunt hanc exp.: quum alioqui minime eo spectet, ut apparet ex iis quæ dixi. Hoc porro addendum est superioribus quæ de signif. hujus verbi disserui, quum Herodotus ei infin. addit (et si quis præterea sic utitur), tunc ut cohæreat oratio, verti non posse Mutare sententiam, sed debere verti, Mutata sententia cognoscere s. agnoscere, aut etiam fateri: ut in illo loco l. 8, p. 299 meæ Edit. [c. 29]: Ὦ Φωκέες, ἤδη τι μᾶλλον γνωσιμαχέετε μὴ εἶναι ὁμοῖοι ἡμῖν. Hæc enim ita vertenda censeam, Nunc, Phocenses, mutata sententia, magis etiam quam prius vos nobis nequaquam pares esse agnoscite. At Valla duobus modis in hujus loci interpretatione peccavit: tum quod interrogative hæc legerit, tum quod verbo γνωσιμαχέετε interpr. plane ab eo alienam dederit. Vertit enim, Nunquid dissimulatis amplius, Phocenses, agnoscere non esse vos nobis pares? Sed unum peccatum ex altero est ortum; quum enim hæc interrogative legeret, verbo isti interpr. ab eo alienam excogitare necesse habuit. Suspicor autem Ionum fuisse hoc vocab., ideoque lubenter Herodotum eo uti solitum, a quo ceteri mutuati sunt. [Semel legitur ap. tragicos, in Eurip. Heracl. 706: Χρῆν γνωσιμαχεῖν σὴν ἡλικίαν, semel ap. Aristoph. Av. 555: Κἂν μὲν μὴ φῇ μηδ' ἐθελήσῃ μηδ' εὐθὺς γνωσιμαχήσῃ. Grammat. in Bekk. Anecd. p. 131, 19: Γνωσιμαχῶ· ἅπαξ ἐχρήσατο τῇ λέξει Ἀρριανὸς ἐν πάσῃ τῇ πράξει αὐτοῦ, ἐν δευτέρῳ τῶν μετ' Ἀλέξανδρον « Οἱ δὲ γνωσιμαχήσαντες ὑπέδυσαν τὰ ἐπαγγελλόμενα. » Longe frequentius ap. inferioris infimæque ætatis scriptores. Philo vol. 1, p. 526, 45: Ἐκ πρώτης δὲ ἡλικίας ἄχρι γήρως ἐσχάτου γνωσιμαχοῦντές τε καὶ συμμαχοῦντες οὐκ ἐρυθριῶσιν· ubi Mangei.: « Γνωσιμαχοῦντες, Pertinaciter contendentes. Eo etiam sensu alibi Philo, lib. De Abraham. p. 379: Γνωσιμαχήσαντες φιλονεικήσουσι. (Adde alia ejusdem exempla ab Hasio indicata ad Leon. Diac. p. 479 ed. Bonn.) De somn. p. 1144: Ἐριστικὰς γνωσιμαχίας. Pro Pœnitentia vero usurpatur ab Josepho A. J. 13, 5, Hesych. s. v. Γνωσιμαχῆ-

σαι et Suid. s. v. Συγγνώμη et Ἀναφροντίσαντες. Dionys. A. R. 9, 1 : Γνωσιμαχήσαντες πρὸς ἀλλήλους ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος. (Ibid. 3, 57 : Σαβῖνοι μὲν οὖν ἐγνωσιμάχησαν ἀπὸ τῆς τότε συμφορᾶς βιασθέντες.) » Isidori Pelusiotæ exempla indicat Suicer., Epist. 2, 123, p. 177; 153, p. 199; 162; 3, 381, p. 402. Ad duas has significationes tertia accedit ab antiquiorum scriptorum usu aliena, Consilia agito, de qua Hasius dixit ad Leon. Diac. p. 139, 9 : Πολλὰ γνωσιμαχήσας καὶ ἀνασκοπήσας. Ibid. p. 20, 8 : Οὕτω δὴ γνωσιμαχήσαντι καὶ βουλευσαμένῳ τῷ στρατηγῷ, ubi cod. γνωσομαχήσαντι. Georg. Pachym. Mich. Pal. p. 219, D, 250, B, 266, A, Andron. p. 215, D, 250, D, 346, C, 393, E.]

[Γνωσιμαχία, ἡ, Contentio. V. locum Philonis s. v. Γνωσιμαχέω allatum.]

[Γνωσιμάχος, ὁ. Ita autem a Damasceno (vol. 1, p. 108) vocantur Hæretici quidam, qui omni Christianorum, ut ipse loquitur, cognitioni ac scientiæ ita adversantur, ut vanum et minus necessarium laborem esse dicant eorum qui in divinis scriptis aliquam exquirunt scientiam etc. Sic ergo dicti, quasi τῇ γνώσει μαχόμενοι, Cognitioni repugnantes : et Gnosticis omnino fuerunt contrarii. Suicer.]

[Γνώσιππος, ὁ, Gnosippus, n. pr. viri Spartani ap. Athen. 4, p. 168, D, ex Agatharchide. G. Dind.]

Διασκεδάω, sive Διασκεδάζω, Dissipo, Disjicio, Dispergo. Hom. Od. E, [369] : Ὡς δ' ἄνεμός τε ζαὴς ἠΐων θημῶνα τινάξῃ καρφαλέων, τὰ μὲν ἄρ τε διεσκέδασ' B ἄλλυδις ἄλλῃ, Quæ huc illuc disjecit, διεσκόρπισεν, schol. Sic Thuc. 1, [54] : Ἐξενεχθέντα ὑπό τε τοῦ ῥοῦ καὶ ἀνέμου, ὃς γενόμενος τῆς νυκτὸς διεσκέδασεν αὐτὰ πανταχῇ, Qui noctu exortus dispulit ea quoquoversum. Et Xen. Cyn. [9, 9], de hinnulis : Ἐὰν μή τις αὐτὰς διασκεδάσῃ ἀπ' ἀλλήλων, ὥστε μονωθῆναί τινα αὐτῶν. Item Herodian. 2, [12, 1] : Πολὺ τοῦ στρατεύματος μέρος διασκεδάσας ἐκεῖνος, κελεύει παρεισδύεσθαι εἰς τὴν πόλιν, Multos e suis militibus sparsim disperserat, Polit. : 5, [8, 11] : Διεσκέδασε τὴν φήμην ὡς τοῦ Ἀλεξάνδρου τεθνήξεσθαι μέλλοντος, pro Divulgavit s. Disseminavit famam. [Herodot. 1, 77 : Τὸν στρατὸν ἀπεὶς διεσκέδασε· 8, 57 : Διασκεδασθῆναι τὴν στρατιήν. Plato Phæd. p. 70, A : Ὥσπερ πνεῦμα ἢ καπνὸν διασκεδασθεῖσα. Plut. Mor. p. 815, E : Διεσκέδασε τὸ φοβερὸν καὶ πικρὸν τῆς ἀπειλῆς.] Affertur et διασκεδᾶται pro Dissipatur, Disseminatur, Divulgatur. Fut. Att. Διασκεδῶ pro διασκεδάσω, ut ἐλῶ pro ἐλάσω. Aristoph. Vesp. [229] : Ἐὰν ἐγὼ λίθους ἔχω, Πολλῶν δικαστῶν σφηκιὰν διασκεδῶ. [Soph. Ant. 287 : Καὶ γῆν ἐκείνων καὶ νόμους διασκεδῶν. C Anaxandrid. ap. Athen. 1, p. 34, E : Παύσεται τὸ βάρος, διασκεδᾷ τε τὸ προσὸν νῦν νέφος ἐπὶ τοῦ μετώπου. Formam non contractam annotavit Hesych. : Διασκεδάσει, διασκορπίσει· quam Albert. ex Jesaiæ 44, 25 indicat, ubi Alex. διεσκέδασεν.] Itidem Æsch. Prom. [25] σκεδᾷ dicit pro σκεδάσει. [Διεσκεδασμένα adverbialiter dictum ap. Psell. Opusc. p. 131 meæ ed. Boiss.]

|| Item Διασκεδαννύω, sive Διασκεδάννυμι pro διασκεδάζω, s. διασκεδάω. Ac sicut dicitur διασκεδάσαι φήμην, ita et διασκεδαννύειν, Herodian. 7, [6, 21] : Διασκεδάννυται ὑπ' αὐτῶν φήμη, ὡς ἄρα καὶ Μαξιμῖνος εἴη ἀνῃρημένος, Vulgatur fama occisi Maximini. Et ap. Suid. διασκεδαννύουσι, διασκορπίζουσι. [Ap. Plat. Phædon. p. 77, B, διασκεδάννυται, et ib. D διασκεδάννυσιν modi sunt subjunctivi. Hesych. : Διεσκεδάννυ, διεσκόρπιζε.] || Διακεδάω, poetice pro διασκεδάω, Dissipo, Disjicio. Apoll. Rh. 2, [1126] : Διὰ δούρατα πάντ' ἐκέδασσαν. [1189 : Κείνην γε κακὸν διὰ κῦμα κέδασσεν.]

[Διασκελίζω, Prævarico, Divarico, Gl. Etym. M. p. 502, 39 et Eust. p. 1038, 10 : Διεσκελισμένον καθῆσθαι. Hemst.] D

[Διασκελίς. V. Δίσκελλα.]

[Διασκεπάζω, Obtego, Occulto. Dio Cass. 60, 26 : Τοῖς μὲν ἐπὶ πλεῖον, τοῖς δὲ ἐπ' ἔλαττον διεσκέπασεν (τὴν αὐγήν).]

Διασκεπτέον, Dispiciendum, Disquirendum et considerandum est. [Plato Leg. 9, p. 859, B, Tim. p. 51, B.]

[Διασκεπτικὸς, ἡ, ὸν, Considerativus. Pollux 1, 178.]

Διασκέπτομαι, Dispicio, Considero, Mecum perpendo, animoque disquiro et discepto, disputo. [Eur. Cycl. 554 : Φέρε διασκεψώμεθα. Plato Theæt. p. 168, E : Διεσκεψάμεθ' αὖ τοῦτον τὸν λόγον· Gorg. p. 476, B : Διασκεψάμενος εἰπέ. Passiv. Aristophan. Thesm. 687 : Ἀλλ' ἔοιχ' ἡμῖν ἅπαντά πως διεσκέφθαι καλῶς.] Lucian. [Vit. auct. c. 27] : Ἐπέχω περὶ τούτου καὶ διασκέπτομαι· sc. an me emeris et pecuniam venditori pependeris. Vide Σκεπτικός. Hesych. διασκέπτεται, διαλογίζεται. || Διασκέπτομαι exp. etiam Contemplor, Inspecto, Perspicio, Consulto, Delibero.

[De explorando pondere Suidas s. v. Διασηκῶσαι: Διασκέψασθαι τῇ χειρὶ τὴν ὁλκήν.]

Διασκευάζω, Adorno, Orno. [Polyb. 15, 27, 9: Τὰ πρὸς τὰς βασάνους ὄργανα διεσκεύαζον· 14, 1, 13: Ῥυπῶντας καὶ ταπεινοὺς εἰς δουλικὰς ἐσθῆτας διασκευάζων. Passiv. 4, 18, 3: Οἱ μὲν οὖν Αἰτωλοὶ διεσκευασμένοι... τὸν καιρὸν ἐπετήρουν· 31, 3, 18: Γυναῖκες πολυτελῶς διεσκευασμέναι· 11: Ἐλέφαντες διεσκευασμένοι. Xenoph. H. Gr. 4, 2, 19: Ἀντιπαρήγγειλαν ἅπαντας διασκευάζεσθαι ὡς εἰς μάχην. « Suidas s. v. Ἀριστώνυμος: Διασκευασθεὶς ὡς βουλόμενος πρὸς Εὐμένη φυγεῖν. Aristot. Probl. 27, 3, p. 200, 23: Ἔνιοι τῶν ἀνδρείων ὅταν διασκευασθῶσι. An, Dum armantur? Schol. Pindari ad inscript. Pyth. 7: Διασκευασθῆναι ὡς βούλεται καὶ σκευὴν ἀναλαβεῖν ὁποίαν προῃρεῖτο. » Hemst. Hesych.: Διεσκευασμένοι, ἡτοιμασμένοι, ἔνοπλοι, ξιφήρεις εἰς πόλεμον. Διεσκευασμένον, διατετυπωμένον. Formæ mediæ exx. vide infra.] Lucian. [Necyom. c. 16]: Τὸν μὲν γὰρ λαβοῦσα [ἡ] τύχη βασιλικῶς διεσκεύασε, τιάραν ἐπιθεῖσα. Plut. [Mor. p. 596, E]: Καὶ διασκευάζοντος ἡμᾶς ἐπὶ τὴν πρᾶξιν. Sed hic διασκευάζειν est potius Instruere quam Adornare, aut Ornare: quibus Bud. utitur in interpr. loci illius Lucianici. Sic certe et pass. Διασκευάζεσθαι alicubi pro Instrui, s. potius Sese instruere aut etiam Sese parare. Synes.: Ὡς εἰς μάχην διεσκευάζοντο, Tanquam ad prælium sese instruebant, parabant. Non male etiam fortasse, Sese accingebant. [Cum præp. πρὸς Dinarch. p. 99, 14: Διεσκευάσθαι σε (Ita te gerere) πρὸς τὸν δῆμον ὡς οὐ πιστεύοντα τοῖς ἑαυτῷ πολιτευομένοις. Alia signif. Xenoph. De rep. Athen. 3, 7, de corrumpendis judicibus: Διασκευάσασθαι ῥᾴδιον πρὸς ὀλίγους δικαστὰς καὶ συνδικάσαι.] Idem particip. pass. διεσκευασμένοι exp. Exornati, Compositi, ap. Plut. Anton. [c. 24]: Ἄνδρες εἰς Σατύρους καὶ Πᾶνας διεσκευασμένοι, h. e. ἐσκευασμένοι et ἐνεσκευασμένοι. In Lex. vertit etiam Habitu satyrico. [Argum. Aristoph. Ach.: Παιδία διεσκευασμένα εἰς χοιρίδια.] Id. ex Hermog. διασκευάζεται affert pro Ornatior fit. Et e Greg. Naz. pro Disponi ordinibus certis, Digeri. Præterea διεσκευασμένος pro Armatus, Sub armis existens, et quasi Accinctus, Comm. p. 570. Sed et aor. med. διασκευασάμενοι p. 313 eorundem Comm. affert pro διεσκευασμένοι e Dem. [p. 126, 26: Πρὶν διασκευασάμενοι πρὸς τὰ τείχη προσῄεσαν οἱ πολέμιοι], Armati et instructi ad oppugnationem. [Plut. Mor. p. 346, E: Οἱ δ' ἱππεῖς διασκευασάμενοι καὶ προσεξελάσαντες.] Ibid. διασκευάζομαι interpr. Sarcinas compono, Colligo vasa, ut qui foro cessuri sunt, aut alio migraturi. Verum in l. quem e Dem. [p. 845, 13] subjungit pro exemplo, non habetur simpliciter, διασκευασάμενος, sed διασκευασάμενος τὴν οὐσίαν. Atque adeo minime ei assentior in eo, quod ita interpretatur hoc verbum, tanquam per se et sine adjectione signif. hanc includens. [Dixit hac signif. Isæus, de quo Harpocratio: Διασκευάσασθαι, ἀντὶ τοῦ σκευάσασθαι (corr. συσκευάσασθαι ex cod. Palat. et Suida) Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Καλλικράτην.] || Διεσκευασμένη ἐπιστολή, Suid. e Polyb. pro μετὰ δόλου γεγραμμένη, Dolose et fraudulenter conscripta epistola. [Conf. Διασκευή. || A gramm. διασκευάζεσθαι de scriptis dicitur correctis, retractatis, iterum recensitis. Diodor. 1, 5: Τοὺς δὲ διασκευάζειν εἰωθότας τὰς βίβλους ἀποτρέψαι τοῦ λυμαίνεσθαι τὰς ἀλλοτρίας πραγματείας. Athen. 15, p. 663, C: Ἐκ τοῦ διεσκευασμένου δράματος. Schol. Hom. Il. B, 807: Τὸ πλανῆσαν τὸν τὰ ἐπάνω διασκευάσαντα· Π, 666: Ζηνόδοτος καὶ ἐνταῦθα διεσκεύακε· Σ, 356: Ἐν ᾧ συγγράμματι πειρᾶται ἀποδεικνύναι διεσκευασμένον τοῦτον τὸν τόπον ἐπῶν ιγ'. Photius et Suid.: Λυδοὶ Μάγνητος διεσκευάσθησαν. Argum. Aristoph. Nub.: Διεσκεύασται ἐπὶ μέρους. Galeni, Diogenis, aliorum exempla vide apud Casaubonum ad Athenæum 3, 27, p. 210—212. Conf. Διασκευαστής, Διασκευή, Ἐπιδιασκευάζω.]

[Διασκευασία, ἡ, Apparatio, Confectio (ciborum). Orig. C. Cels. p. 382. Kall.]

[Διασκεύασμα, τὸ, Confectio. Hesych.: Διάγματα, διασκευάσματα.]

[Διασκευαστής, ὁ, Corrector, Interpolator: de quo usu verbi διασκευάζειν supra dictum. Schol. Hom. Il. Z, 441: Ὁ δὲ δ. ἐπλανήθη· Θ, 73: Ὁ δὲ δ. ἐξέλαβε πολλάς. De diasceuastis dissertationem scripsit C. F. Heinrichius Kiloniæ a. 1807.]

[Διασκευαστικὸς, ή, όν. Eustath. p. 169, 31: Σχῆμα διασκευαστικὸν (Modus argumenti tractandi), ἐν ᾧ ἐκτίθεται ὁ ποιητὴς ὅτι ὁ Ἀγαμέμνων, etc. Seager. Conf. Διασκευή.]

Διασκευή, ἡ, Adornatio, Ipsa adornandi actio. Aut etiam, Ipse adornationis modus. Necnon Instrumentum, ut lectisternia, et lecti strati, ap. Athen. [5, p. 195, D, ex Polybio: Ἔστρωτο... τρίκλινα... μετὰ τῆς πολυτελεστάτης διασκευῆς], Bud. [Διασκευὴν vocat schol. Hom. Il. Z, 130 quam στολὴν Apollodor. 3, p. 175, 4. Hemst. Polyb. 8, 31, 7: Νομαδικὴν ἔχων διασκευήν, Cultum s. vestitum pastoritium.] Et ap. Rhetores διασκευή in narratione, Ornamentum dictionis, ut Idem interpr. p. 573, ubi etiam Ἐνδιάσκευος λόγος habetur, quem idcirco ita vocari tradit, quia ab ornamento dictionis invalescit. Ubi vide plura. [« Δ. dicitur Peculiaris modus tractandi argumenta et confirmandi is, qui vim movendi habet, et est παθητικός: conf. Ἐνδιάσκευος: vide Hermog. Περὶ εὑρ. 3, p. 148, Sopatr. Διαιρ. p. 373, ubi διασκευή et σχήματα junguntur in epilogo παθητικῷ. Est igitur Illustris expositio rei, de qua controversia agitatur, cum gravitate quadam et dignitate, pertinetque ad rem, modum, et personam. A poetis hæc διασκευή ad oratores traducta est. Schol. ad Hermog. l. c. p. 370: Τὰ τῆς διασκευῆς κῶλα κομματικά τε ὄντα, ἐνίοτε δὲ καὶ ἀσύνδετα καὶ πάθη κινοῦντα· τὰ γὰρ τῆς κατασκευῆς σχοινοτενῆ καὶ μακρά εἰσι. Itaque quoniam in hac voce et derivatis inest notio artificii cujusdam, studii, et accurationis, Polybius διεσκευασμένην ἐπιστολὴν dixit Commentitiam, Dolose confictam epistolam, ap. Suid., qui explicat μετὰ δόλου γεγραμμένην. Philostr. V. Soph. 2, p. 590, de Adriano: Τὰς διασκευὰς τῶν ὑποθέσεων ποικιλώτατος, ἐκ τῆς τραγῳδίας τοῦτο ἠρηκώς· conf. omnino Casaub. ad Athen. 3, 26. Fortunatianus Rhet. p. 62 Pith. inter varias διηγήσεως species numerat διασκευήν, quæ res gestas non tam doceat, quam exaggeret, quæ aliis dicitur ἐγκατάσκευος ἔκφρασις: vide Διήγησις. Ernest. Lex. techn. rhet. Polyb. 15, 34, 1: Τὰς τερατείας καὶ διασκευάς, αἷς κέχρηνται πρὸς ἔκπληξιν τῶν ἀκουόντων ἔνιοι τῶν γεγραφότων τὰς πράξεις ταύτας. Dio Chr. vol. 2, p. 272, de Sophoclis Philocteta: Τῇ διασκευῇ τῶν πραγμάτων ἀρίστῃ καὶ πιθανωτάτῃ κέχρηται, ποιήσας τὸν Ὀδυσσέα μετὰ Νεοπτολέμου παραγινόμενον· 1, p. 699: Ὥσπερ ἐν ταῖς κωμῳδίαις καὶ (f. κωμῳδικαῖς) διασκευαῖς Καρίωνα μὲν εἰσάγοντες μεθύοντα καὶ Δᾶον οὐ σφόδρα κινοῦσι γέλωτα. Eust. p. 169, 37: Πολλαχοῦ δὲ καὶ ἀλλαχοῦ τοιαῦται παρὰ τῷ ποιητῇ εὑρεθήσονται διασκευαί. Athen. 1, p. 1, B: Ἡ τῆς βίβλου διασκευὴ μίμημα τῆς ἐν τῷ λόγῳ παρασκευῆς. || Ap. gramm., Correctio, Iterata recensio, Interpolatio quævis veteris lectionis. Schol. Hom. Il. Π, 97: Ἀθετοῦνται στίχοι τέσσαρες, διότι κατὰ διασκευὴν ἐμφαίνουσι γεγράφθαι ὑπό τινος· Ψ, 400: Ἐντεῦθεν ἡ δ. τοῦ τεθρίππου πεποίηται. Athen. 3, p. 110, B: Ἐπίχαρμος δ' ἐν Ἥβας γάμῳ κἀν Μούσαις... τοῦτο δὲ τὸ δρᾶμα διασκευή ἐστι τοῦ προκειμένου· ad quem l. v. Casaub. et conf. quæ s. v. Διασκευάζω dicta sunt. Ibid. 6, p. 247, C. || Διασκευὰς η' inter Timothei lyrici scripta enumerat Suidas s. v. Τιμόθεος.]

Διασκευωρέω, Captiose machinor, Insidiose fabrico et architector, Dolose occupor in, tracto, e Plat. Epist. [3, p. 316, A]: Ἀκούω γὰρ ὕστερον ὑμῶν τινας αὐτὰ διασκευωρεῖν, Audio enim vestrum quosdam in iis subdole occupari, Ea per fraudem tractare. Idem Plato διασκευωρεῖσθαι videtur ponere pro Tueri et conservare, Bud. De rep. 7 fin. [p. 540, E]: Καὶ τούτῳ δὴ ὑπηρετοῦντες, καὶ αὔξοντες αὐτὸ, διασκευωρήσωνται τὴν ἑαυτῶν πόλιν.

Διάσκεψις, εως, ἡ, Consideratio, Disquisitio. Exp. etiam Contemplatio, Inspectio, Perspectio, necnon Deliberatio, Consultatio. [Plato Leg. 4, p. 697, C: Ἡ Περσῶν πέρι διάσκεψις τῆς πολιτείας. Aristæn. 2, 5: Δ. τῶν μελῶν. Leo Diac. p. 34, 20 ed. Bonn.: Μετὰ δὲ καὶ τῆς αὐτοῦ διασκέψεως κοινῇ γνώμῃ διευθύνειν τὰ τοῦ κοινοῦ. Plur. Plut. Timol. c. 38: Ἐπὶ μείζονας διασκέψεις ἐκεῖνον ἐκάλουν. Schol. Thuc. 3, 36.]

Διασκέω, Exorno, sequendo illam simpl. signif., quæ ex Hom. posita est [s. Ἀσκέω]. A cujus pass. est part.

διησχημένοι, Athen. p. 217 [12, p. 526, A]: Διησχημένοι A τὰς κόμας χρυσῷ κόσμῳ, Compti, Compositi, Ornati. [Διασκῶ Arcad. p. 153, 2. Diogen. L. 4, 49: Ἐν Ῥόδῳ τὰ ῥητορικὰ διασκούντων. G. Dind.]

Διασκηνάω sive Διασκηνέω, Deversandi causa tabernacula s. tentoria pono, Dispertior tentoria. Unde διασκηνητέον, quod Suid. exp. καταλυτέον, i. e. Devertendum est: afferens e Xenoph. [Anab. 4, 4, 8]: Ἐδόκει διασκηνητέον εἶναι εἰς τὰς κώμας. Alii exp. Castrametandum esse. [Ibid. 5, 29: Ταύτην μὲν οὖν τὴν νύκτα διασκηνήσαντες οὕτως ἐκοιμήθησαν. || Forma suspecta Διασκηνίζομαι. Leo Diac. Hist. p. 142, 4: Ἐν τούτῳ τὸ στράτευμα διασκηνισάμενος· p. 172, 1: Ἐπί τινα λόχμην διεσκηνίσατο καὶ τὴν πληθὺν ἀνέπαυε. Quæ exempla ι in η mutando corrigi posse animadvertit Hasius.]

[Διασκηνίπτω, Ringo, Differo. Hesych.: Διασκηνίψαι, διαφορῆσαι, διασπεῖραι. Διεσκηνίφθη δὲ, διεσωματίσθη. Nicand. Ther. 193, de ichneumone: Πάντα διεσκήνιψε.]

Διασκηνόω, Xenoph. [Anab. 4, 4, 10] videtur ac- B cepisse pro eo, quod alibi dicit σκηνὴν διαλύειν, de quo in Σκηνή. [Cyrop. 3, 1, 38: Διασκηνούντων δὲ μετὰ τὸ δεῖπνον· H. Gr. 4, 8, 18: Ἐτύγχανεν ἐξ ἀρίστου διασκηνῶν μετὰ Θερσάνδρου. Alio sensu Ælian. V. H. 3, 14: Τὰ καπηλεῖα ἐπὶ τῶν τειχῶν διασκηνωθῆναι, Per intervalla exstrui.]

[Διασκηρίπτω, Suffulcio. Philipp. Thessal. Anth. Pal. 6, 203, 4: Ἡ γρηῢς… ἑρπύζουσα σὺν δρυὸς ξύλῳ τό μιν διεσκήριπτε τὴν τετρωμένην.]

[Διασκιάζω, Obumbro, Occulto. Suid.: Διεσκίασται, ἀποκέκρυπται.]

Διασκίδνημι, Dissipo, Dispergo, i. q. διασκεδάζω s. διασκεδάννυμι. Hesiod. Theog. [875]: Ἄλλαι ἄεισι διασκιδνᾶσί τε νῆας, Aliæ flant dissipantque et disjiciunt naves. Joseph. ap. Suid.: Οὔτε γὰρ ἀταξία διασκίδνησιν αὐτοὺς τῆς συντάξεως τῆς ἐν ἔθει. [Maxim. Περὶ καταρχ. 94: Ἤθεα καλὰ διασκίδνησι γυναικῶν. Hemst. Plut. V. Fab. Max. c. 12: Τρέπεται καὶ διασκίδνησι τοὺς ἐν τῷ πεδίῳ περιελαύνοντας νομάδας. Maximus Tyr. vol. 2, p. 177: Διασπᾷ καὶ διασκίδνησι τὴν ἀγέλην.] Pass. C Διασκίδναμαι, Dissipor, Dispergor, Disjicior. Lucian. [De sacrif. c. 13]: Ἡ δὲ κνίσσα χωρεῖ ἄνω, καὶ ἐς αὐτὸν τὸν οὐρανὸν διασκίδναται, In cœlum subvecta dispergitur, et diffunditur huc illuc. Apud Xen. quoque διασκίδνασθαι legitur pro διασκεδάννυσθαι s. διασπείρεσθαι. [Pollux 6, 194: Διασπείρεσθαι, διασκεδάννυσθαι ἢ, ὡς Ξενοφῶν διασκίδνασθαι. Non legitur ap. Xenoph. Plut. V. Aristid. c. 17: Θόρυβος ἦν ἐκεῖ διασκιδναμένων καὶ κατασκηνούντων ἀτάκτως. Athen. 7, p. 315, D, ex Dorione: Κατὰ τὴν ἄλλην θάλασσαν διασκίδνασθαι. Hesych. Διασκίδναται, διασκορπίζεται.]

Διασκιρτάω, Persulto. Exp. etiam Exilio, Exulto. [Plut. V. Eumen. c. 11: Τοῖς μὲν ὀπισθίοις ἐνήλλοντο καὶ διεσκίρτων σκέλεσι. Philostr. p. 880: Θρέμματα τοῦ ὄρους διασκιρτῶντα. Gregor. Nyss. vol. 1, p. 49, D: Διεσκίρτα… τὰ βοτά.]

Διασκοπέω, Dispicio, Contemplor, Speculor. E Plat. Apol. [p. 21, C] Διασκοπῶν οὖν τοῦτον affertur pro Hunc contemplans. Pro Dispicio mecum, et animo verso, s. Considero, accepit Thucyd. p. 249 [7, 48]: D Ἔτι ἐπ' ἀμφότερα ἔχων καὶ διασκοπῶν ἀνεῖχε, schol. διστάζων εἴτε χρὴ μένειν, εἴτ' ἀπιέναι, οὐδεμιᾷ προσετίθετο γνώμῃ· solemus enim in dubiis dispicere et hæsitare quæ via tenenda sit. [Plato Phæd. p. 61, E: Διασκοπεῖν τε καὶ μυθολογεῖν περὶ τῆς ἀποδημίας τῆς ἐκεῖ· Rep. 5, p. 472, A: Οὕτω παράδοξον λόγον λέγειν τε καὶ ἐπιχειρεῖν διασκοπεῖν. Xenoph. Mem. 4, 8, 4: Διασκοπῶν τά τε δίκαια καὶ τὰ ἄδικα. Leo Diac. Hist. p. 209, 24: Διασκοπησάτωσαν ἐν ᾧ μέρει … τὰς καμήλους ἐξάγουσι. Nam sic Hasius scripturam codicis διασκορπισάτωσαν emendavit. || Forma media Plato Phæd. p. 70, C: Εἰ οὖν δοκεῖ, χρὴ διασκοπεῖσθαι. Plutarch. V. Alcib. c. 10: Ἀπεσιώπα καὶ διέλειπε λέξεως διαφυγούσης αὐτὸν ἀναλαμβάνων καὶ διασκοπούμενος. Schol. Hom. Il. Ξ, 20: Ἐπὶ πολλὰ τὸν λογισμὸν μεταφέρων καὶ διασκοπούμενος.]

[Διασκόπησις, εως, ἡ, Consideratio, Contemplatio. Scriptor Timarionis in *Notices des Mss.* vol. 9, p. 227. Elberling.]

Διασκοπιάομαι, pro simplici usurpat Hom. Il. K, [388]: Ἦ σ' Ἕκτωρ προέηκε διασκοπιᾶσθαι ἕκαστα; [P, 252: Ἀργαλέον δέ μοί ἐστι διασκοπιᾶσθαι ἕκαστον. Greg. Nyss. vol. 3, p. 232. Wakef.]

Διασκορπίζω, Dissipo, Dispergo, i. q. σκορπίζω, ut διασκεδάννυμι i. q. σκεδάννυμι. Legitur autem aliquoties in N. T.: ut Matth. 26, [41], et Marc. 14, [27]: Πατάξω τὸν ποιμένα, καὶ διασκορπισθήσεται τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης· Jo. 11, [52]: Ἵνα τὰ τέκνα τοῦ Θεοῦ τὰ διεσκορπισμένα συνάγῃ, ubi opposita sunt συνάγειν et διασκορπίζειν, ut et supra συνάγειν et σκορπίζειν. Item de prodigo et qui plena manu quasi dissipat et disseminat congesta bona, Luc. 16, [1]: Διεβλήθη αὐτῷ ὡς διασκορπίζων τὰ ὑπάρχοντα. Et Luc. 15, [13]: Διεσκόρπισε τὴν οὐσίαν αὐτοῦ, de filio prodigo. [Polyb. 1, 47, 4: Ὑπό τε τοῦ κλύδωνος καὶ τῆς τοῦ ῥοῦ βίας τὸ ῥιπτούμενον εὐθέως ἐν τῇ καταφορᾷ παρωθεῖσθαι καὶ διασκορπίζεσθαι· 27, 2, 10: Κατελύθη (τὸ ἔθνος) καὶ διεσκορπίσθη κατὰ πόλεις. Ælian. V. H. 13, 46: Ὁ δράκων τοὺς μὲν διεσκόρπισεν, οὓς δὲ ἀπέκτεινεν. Schol. Aristoph. Lys. 1241: Ἦν γὰρ θεράπων διασκορπίσας αὐτοὺς τῇ λαμπάδι. Hesych.: Διασκεδάσει, διασκορπίσει. Διασκίδναται, διασκορπίζεται. Διεφόρησαν, διεσκόρπισαν. || Forma media διασκορπίσασθαι Gregor. Nyss. De resurrect. p. 232, A, ubi codex ap. Wolf. Anecd. vol. 3, p. 25 διασκοπήσασθαι.]

Διασκορπισμὸς, ὁ, Dissipatio, Dispersio, i. q. σκορπισμός. [Ezech. 6, 8, Jer. 24, 9, Dan. 12, 7.]

[Διασκορπιστὴς, ὁ, Ventilator. Hesych.: Λικμηταὶ, διασκορπισταί. Hemst.]

[Διασκορπιστικὸς, ή, όν, Dissipandi s. Dispergendi vim habens. Oribas. Collect. Ms. 17, 21: Διασκορπιστικοὶ τῶν περιττωμάτων. Weigel. Eadem signif. ab aliis medicis διασκεδαστικὸς dicitur.]

[Διασκοτίζω, Obscuro. Cat. in Psalm. t. 3, p. 260, B: Ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν διασκοτιζόμενοι. Hase.]

[Διασκυλεύομαι, Despolio. Jo. Cinnam. 4, p. 101, A: Πόλεις διασκυλευσάμενοι. G. Dind.]

[Διασκύλλω, Vexo, Fatigo. Pallad. Vita Chrysost. p. 42. Boiss.]

Διασκώπτω, Scommata et dicteria jacio. Xen. Cyr. 8, [4, 23]: Καὶ ταῦτα μὲν δὴ οὕτω διεσκώπτοντο, Hæc ultro citroque jaciebantur ab ipsis scommata. [Διεσκώπτοντο si recte legeretur, non passivæ, sed mediæ formæ foret. Sed libri optimi διεσκώπτετο. Plut. Mor. p. 82, B: Διασκώπτων αὐτὸς ἑαυτόν. Schol. Aristoph. Ran. 310: Διασκώπτειν τοὺς ἀκροωμένους.]

Δίασμα, τὸ, Etymologo [M. p. 270, 18 et Zonaræ] ἡ πρώτη τοῦ ἱματίου ἐργασία, subjungenti hoc Callimachi [fr. 244] hemistichium, Διάσματα φάρεος ἀρχήν. [Nonn. D. 6, 152: Πρωτοπαγῆ ποίησε διάσματα φάρεος ἀρχήν.] Derivari autem dicit ἀπὸ τῆς δάσεως, τοῦ μερισμοῦ, quoniam τοὺς στήμονας διαμερίζουσι: pleonasmo nimirum τοῦ ι pro δάσμα. Est tamen potius a διάζομαι: hoc autem, a δάζομαι. Videtur itaque textor δάζειν τὸν ἱστὸν dici, quum filis divisis explicatisque telam orditur. Legitur porro illud δίασμα et ap. LXX Judic. 16, [13, 14], ubi Sampson dicit Dalilæ suæ, Ἐὰν ὑφάνῃς τὰς ἑπτὰ σειρὰς μετὰ τοῦ διάσματος, καὶ ἐγκρούσῃς ἐν τῷ πασσάλῳ εἰς τὸν τοῖχον, ἔσομαι ἀσθενής. Et mox ipse Sampson ἐξέσπασεν τοὺς πασσάλους ἐν τῷ ὑφάσματι ἐκ τοῦ τοίχου καὶ τὸ δίασμα. Hebraici textus versio ibi habet Licium: recte; nam licia dicuntur stamina s. fila serie quadam deducta et explicata æquali, quibus trama intexitur per transversum. Ibid. legitur v. Διάσασθαι, de Dalila: Ἐδιάσατο τοὺς ἑπτὰ βοστρύχους τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, καὶ κατέκρουσεν ἐν τοῖς πασσάλοις εἰς τὸν τοῖχον· posito ibi illo διάσασθαι pro διάσματι s. Licio implicare. [Suid. s. v. Ἆσμα: Σημαίνει δὲ καὶ τὸ δίασμα. || Forma Dorica, ut videtur Valckenario ad Theocr. Adon. p. 206, ap. Hesych.: Διάγματα, διασκευάσματα.]

Διασμάω, sive Διασμέω, Extergo, Detergo, Abstergo. Herodot. [2, 37]: Διασμέοντες ποτήρια. [Recte ex codd. correctum διασμῶντες. Cum διαμάω permutatum notavimus s. hoc v.]

Διασμήχω, Extergendo perpurgo et emundo, Perfrico et tergo. Aristoph. [Nub. 1237]: Ἁλσὶν διασμηχθεὶς ὄναιτ' ἂν οὑτοσὶ, Salibus perfrictus, Sale tersus et emundatus. Metaphora ab utribus qui sale perfricti

s. perpurgati aut macerati, fiunt meliores. [Gramm. in Bachm. Anecd. vol. 1, p. 196, 10 : Διασμήχων, διαξέων. Plut. Mor. p. 693, D : Τῶν ἐκπωμάτων ἕκαστον ἐκτέτριπταί τε καὶ διέσμηκται πανταχόθεν. Figurate Jo. Xiphil. in Matthæi Anecd. vol. 2, p. 39 : Διασμήχειν καὶ καθαίρειν ἐξ ἁμαρτιῶν τοὺς κατεχομένους ταῖς νόσοις. G. Dind.]

Διασμιλεύω, Scalpello perpurgo, s. perpolio. Metaphorice plerumque et generaliter pro Perpolire, Expolire : ut et ap. Latinos Exasciare, Limare. Unde διεσμιλευμένος ap. Suid., quod exp. ἐξεσμένος, ἠκριβωμένος. Sic Alexis ap. Athen. [4, p. 161, B], ubi Pythagoreorum victus describitur, Πυθαγορισμοὶ, καὶ λόγοι Λεπτοὶ, διεσμιλευμέναι τε φροντίδες Τρέφουσ' ἐκείνους, Ad unguem exquisitæ meditationes, s. commentationes. [Hesych. : Διεσμιλευμένων, λεπτολογηθέντων. Suid. : Διεσμιλευμένον, διεσχισμένον (quasi dicas, Scalpello divisum, discissum), ἠκριβωμένον, ἐξεσμένον, περικεκαθαρμένον. Hemst. Cometas Anth. Pal. 15, 38 : Εὑρὼν Κομητᾶς τὰς Ὁμηρείους βίβλους ἐφθαρμένας τε κοὐδαμῶς ἐστιγμένας, στίξας διεσμίλευσα ταύτας ἐντέχνως.]

[Διάσμυρνον, τὸ, Diasmyrnum, collyrium e myrrha paratum, ap. Galen. vol. 13, p. 277, 438, et alibi quum apud hunc tum apud alios medicos recentiores. « DIASMYRNION in inscriptt. ap. Caylum, *Recueil d'ant.* vol. 1, p. 228, 229, et Walchium De sigillo medici ocularii p. 19, 28, 33 : ad quas v. editorem ». Osann. *Diasmyrnes* ap. Scribon. Larg. 26.]

Διασμύχω, Peruro. Sed Hesych. et Suid. exp. διαξέω [sic ap. HSt. errore fort. typothetæ pro διαζέω], sicut et διακαίω. [Ap. Hesych. codex διαζαίων. Ap. Suid. Διασμύχων, διαζύων, διακαίων. Gregor. Nyss. vol. 1, p. 826, D : Εἰ πῦρ ἀχύροις ὑποκρυφθείη τέως μὲν ἔνδοθεν διασμύχει τῇ καύσει τὰ παρακείμενα, φλὸξ δὲ κατὰ τὸ φαινόμενον οὐκ ἐκδίδοται· 2, p. 196 : Τοῦ πένθους οἱονεὶ πυρός τινος ἔνδοθεν αὐτῶν τὰς ψυχὰς διασμύχοντος. Philo vol. 2, p. 143, 10 : Ἡ ἔτι ἀναδιδομένη φλὸξ ἀμαυρὰ καθάπερ διασμυχομένου πυρός. Hæc attulit Hemst. ad Lucian. vol. 1, p. 351.]

Διασοβέω, Dispello, Discutio, Disturbo. [Plut. Mor. p. 133, A : Ὥσπερ Ἁρπυίας τὰς ὀρέξεις διασοβήσει ταῖς Μούσαις. Alciphro fr. 5, p. 222 : Ἡ τὴν Ἑλλάδα ὅλην διασοβοῦσα (Excitans) γυνή. Hesych. : Διαροθοῦντα, διασοβοῦντα.] Bud. διασεσοβημένος exp. διατεταραγμένος, διατεθορυβημένος. [Ex Etym. M. p. 270, 36. Heliodor. 7, 26, p. 303 : Ἀχαιμένει γὰρ διασεσόβηται ὁ γάμος. Diog. L. 9, 66 : Κυνός ποτε ἐπενεχθέντος διασοβηθέντα. Plut. Mor. p. 728, A : Ἡ μὲν μυῖα φοβουμένη τῷ πάσχειν κακῶς καὶ διασοβεῖσθαι πολλάκις· ubi abigendi signif. dictum est ut in l. Plut. supra allato. Aliter ib. p. 32, D, de Æschylo : Τὸ πρὸς δόξαν ἔχειν ἀτύφως καὶ μὴ διασοβεῖσθαι μηδὲ ἐπαίρεσθαι τοῖς παρὰ τῶν πολλῶν ἐπαίνοις· ubi Wyttenb. recte interpretatur, σοβαρὸν fieri, Jactare se cum strepitu.]

[Διασόβησις, εως, ἡ, Trepidatio. Marc. Antonin. 11, 22 : Τὴν πτοίαν τούτου (τοῦ μυὸς) καὶ διασόβησιν. Kall.]

Διασοφίζομαι, Astu utor, Sophistice ago. Aristoph. [Av. 1619 : Ἐάν τις ἀνθρώπων ἱερεῖόν τῳ θεῶν εὐξάμενος εἶτα διασοφίζηται λέγων... Phrynich. in Bekk. An. p. 36, 11 : Διασοφίζεσθαι, τὸ διαπατᾶν σοφίσμασιν.]

Διασπαθάω, i. q. σπαθάω : unde ap. Plut. [V. Cicer. c. 27] διασπαθῆσαι τὴν οὐσίαν, Dilapidare et prodigere patrimonium, Profuse erogare. Suid. quoque διασπαθᾶν exp. ἀφειδῶς δαπανᾷν, Profusos sumtus facere, s. Profundere. [Et Hesych., ἀσελγῶς ἀναλίσκειν.]

[Διασπαθίζω, Dilacero. Joann. Lyd. De magistr. 1, 36 : Πολλοῖς καὶ μὴ συμφωνοῦσιν ἄρχουσι διασπαθιζόμενοι· 2, 19 : Τὴν πολίαρχον ἐξουσίαν διεσπάθησε, δύο πρὸς τοῖς δέκα ὑπάρχους ... προχειρισάμενος· ubi Fussius διεσπάθισε corrigit, correctione propter l. priorem probabili. Indicavit Kall. : « Male in Gl. Δασπατίζει, Diverberat ». Angl.]

[Διασπάραγμα, τὸ, Dilaceratio. Theophyl. vol. 4, part. 2, p. 40. Bast.]

[Διασπαραγμὸς, ὁ, Dilaceratio. Pseudo-Chrys. Serm. 88, vol. 7, p. 515 : Οὐχ ὑπεμνήσθη τοῦ χιτῶνος τὸν διασπαραγμὸν, οὐ τὸν λάκκον, τὸν βόθυνον. Seager.]

[Διασπάρακτος, ὁ, ἡ, Dilaceratus. Euripid. Bacch. 1218 : Σῶμα διασπάρακτον.]

[Διασπάραξις, εως, ἡ, Dilaceratio. Δ. τῆς καρδίας Nicolaus Patriarcha Cpol. Epist. in Lazerii Miscell. vol. 2, p. 549. Boisson.]

[Διασπαράσσω s.] Διασπαράττω, Dilacero, Dilanio, Discerpo. [Hesych. : Διασπαράττει, διασπᾷ, διαιρεῖ, διαμερίζει. Æsch. Pers. 195 : Χεροῖν ἔντη δίφρου διασπαράσσει.] Athen. [14, p. 622, E] : Τοῖσδε γενναίως πάλαι διεσπάρακται θερμὰ χηνίσκων μέλη, ex Eubulo. [Lucian. Icarom. c. 21 : Οὐδὲν ἀνιᾶσι διασπαράττοντές με τῷ λόγῳ. Plutarch. Mor. p. 982, D : Διασπαράξασα τοῦτον ἡ μήτηρ. « Ap. Eumath. De Ismen. p. 212 (248) διεσπάραξεν tres codd. Monac. pro συνετάραξεν. » Jacobs. Διαπραττομένου et διασπαραττομένου confusa v. s. v. Διαπράσσω.]

Διασπάσιμος, ὁ, ἡ, Qui distrahi et divelli potest; Cic. Dissipabilis.

Διάσπᾰσις, εως, ἡ, idem q. διασπασμός. [Vulsus, Gl. Theophr. Περὶ κόπων 18, p. 806 : Κάταξιν ἢ θλάσιν ἢ διάσπασιν. Plut. Mor. p. 721, A : Πολλὴν εὐρυχωρίαν καὶ διασπάσεις μεγάλας.]

Διάσπασμα, τὸ, Quod distractum est, s. avulsum; pro διασπασμὸς, Distractio, Divulsio, Diremtio. Plut. Lycurgo [c. 22], de militibus Spartanis : Ῥυθμῷ τε πρὸς τὸν αὐλὸν ἐπιβαινόντων, καὶ μήτε διάσπασμα ποιούντων ἐν τῇ φάλαγγι, μήτε ταῖς ψυχαῖς θορυβουμένων, Nec dirimentibus et divellentibus phalangem, s. Nec distrahentibus phalangis compagem seriemve. [V. Æmil. c. 20 : Τὴν φάλαγγα τῶν Μακεδόνων κλάσεις τε πολλὰς καὶ διασπάσματα λαμβάνουσαν, et alibi.]

Διασπασμὸς, ὁ, Distractio, Divulsio, Diremtio. Plut. Alex. [c. 27] : Πλάνης οὔσης καὶ διασπασμοῦ τῶν βαδιζόντων, διὰ τὴν ἄγνοιαν· Artax. [c. 6] : Πολὺν τάραχον αὐτῶν καὶ διασπασμὸν ἐν πλήθει τοσούτῳ προσδεχομένοις. [Euseb. Pr. ev. p. 186, A : Ὠμοφαγίαις τε καὶ διασπασμοῖς καὶ ἀνθρωποθυσίαις. Gregor. Nyss. vol. 1, p. 74, B : Ῥῆξίν τινα καὶ διασπασμὸν τῶν ... μερῶν. Wakef. Διασπασμὸς λόγου, Sermo hæsitans, interruptus vel abruptus, qui oritur, quum concursus vocalium et hiatus nunquam vitantur. Eadem διάρριψις dicitur. Demetr. Eloc. § 68. Quintil. 9, 4 : « Quum sermo hiat, intersistit, et velut laborat oratio ». Ernest. Lex. rh.]

Διασπαστέον, Distrahendum s. Dirimendum et divellendum est. [Aristot. De part. anim. 1, 2 : Εἴπερ οὖν μηδὲν τῶν ὁμογενῶν δ., ἡ εἰς δύο διαίρεσις μάταιος ἂν εἴη.]

[Διάσπαστος, ὁ, ἡ, Dissolutus. Alciphro 2, 2 : Φεύξομαι μᾶλλον ἢ τὰς ἐπιστολὰς αὐτοῦ τὰς διασπάστους ἀνέξομαι.]

Διασπάω, Distraho, Divello, Dirimo. [Hesych. : Διασπάσαι, διαιρεῖν, διασπαράξαι, διασχίσαι. Plato Rep. 5, p. 462, A : Ὃ ἂν αὐτὴν (τὴν πόλιν) διασπᾷ καὶ ποιῇ πολλὰς ἀντὶ μιᾶς· De leg. 12, p. 945, D : Πᾶσα ἀρχὴ διεσπάσθη χωρὶς ἑτέρα ἀπ' ἄλλης· Phileb. p. 23, E : Ἑκάτερον ἐσχισμένον καὶ διεσπασμένον ἰδόντες. Cum tmesi Eur. Suppl. 830 : Κατά με πέδον γᾶς ἕλοι, διὰ δὲ θύελλα σπάσαι. Futuri forma ap. Atticos usitata est media. Aristoph. Eccles. 1076 : Διασπάσεσθέ με· Ran. 477 : Τὼ νεφρὼ δέ σου ... διασπάσονται Γοργόνες.] Xen. Hell. 4, [4, 10] : Διασπάσαντες τὸ σταύρωμα· Cyrop. 2, [1, 13] : Ἑώρα καὶ τὰ θηρία τὰ ὁμοῦ τρεφόμενα, δεινὸν ἔχοντα πόθον ἤν τις αὐτὰ διασπᾷ ἀπ' ἀλλήλων, Siquis ea a se invicem divellat et disjungat : 6, p. 92 [1, 23] : Ἐπεχείρησέ ποτε ἐμὲ καὶ τὸν ἄνδρα διασπάσαι ἀπ' ἀλλήλων, Dirimere vinculum quo ego et maritus conjuncti sumus. Rursus 5, [4, 10] : Μή ποτε διασπᾶν ἀπὸ τοῦ ὅλου δύναμιν ἀσθενεστέραν τῆς τῶν πολεμίων, Divellere a toto corpore exercitus manum, quæ hostium copiis impar sit viribus. [Thucyd. 6, 98 : Ὡς ἑώρων σφίσι τὸ στράτευμα διεσπασμένον· 7, 44 : Διὰ τὸ κρατοῦντας αὐτοὺς καὶ μὴ διεσπασμένους ἧσσον ἀγνοεῖσθαι· 8, 104 : Ἀσθενέσι καὶ διεσπασμέναις ταῖς ναυσί· ubi cod. διεσπαρμέναις, quæ sæpe in codd. permutantur. Diodoro 17, 19, διεσπασμένης τῆς φάλαγγος recte ex aliquot libris restitutum pro διεσπαρμένης. Polyb. 6, 55, 1 : Διασπᾶν τὴν γέφυραν· 1, 27, 8 : Διασπάσαι τὴν τῶν Ῥωμαίων τάξιν. Sæpissime sensu improprio, ut ap. Polyb. 3, 57, 4 : Παρ' ἕκαστα διασπᾶν τὴν διήγησιν.] Διασπᾶσθαι, Distrahi, ea signif. qua dicitur Distrahi curis et occupationibus : quo sensu et Distringi, Distineri. Lucian. [Dial. deor. 24, 1] : Τοσαῦτα πράγματα ἔχω, μόνος κάμνων, καὶ πρὸς τοιαύτας ὑπηρεσίας διασπώμενος. Tot of-

ficiis distractus, totque ministeriis implicatus. Item διασπᾶται, cujus corpus distrahitur et discerpitur, ut Liv.: Corpus passim distrahendum dabis, de Metio, de quo Plin. in libro De viris illustr.: In diversa distractus est. Isocr. [p. 229, B], de Orpheo: Διασπασθεὶς τὸν βίον ἐτελεύτησε. [Aristoph. Av. 367: Ἀπολέσαι παθόντες οὐδὲν ἄνδρε καὶ διασπάσαι. Eratosth. c. 24: Ὁ Διόνυσος ὀργισθεὶς αὐτῷ ἐπέπεμψε τὰς Βασσαρίδας, ... αἵτινες αὐτὸν διέσπασαν καὶ τὰ μέλη διέρριψαν χωρὶς ἕκαστον. Lucas Act. Apost. 23, 10: Εὐλαβηθεὶς ὁ χιλίαρχος μὴ διασπασθῇ ὁ Παῦλος ὑπ' αὐτῶν.] In qua signif. media quoque vox usurpatur, activæ vim habens. [Eurip. Bacch. 339: Ὃν ὠμόσιτοι σκύλακες ... διεσπάσαντο· Hec. 1126: Ἵν' ἁρπάσας χεροῖν διασπάσωμαι καὶ καθαιμάξω χρόα.] Lucian. [Somn. c. 6]: Μικροῦ γοῦν με διεσπάσαντο, Parum abfuit quin me distraxerint et discerpserint. Plut. Cæs. [c. 67]: Συλλαβεῖν καὶ διασπάσασθαι τοὺς ἄνδρας ζητοῦντες, Discerpere interfectores Cæsaris. Et Dem. [p. 136]: Τοῖς παρ' ἐκείνου μισθαρνοῦσι διασπάσασθαι παραβαλεῖτε, Distrahendum objicietis et dilacerandum. Præterea διασπᾶν νόμους dicitur ut λύειν et διαλύειν: quod Lat. potius Violare s. Rumpere s. Perrumpere s. Labefactare leges et jura, Evertere et perfringere leges. Xen. Cyrop. 8, p. 135 [5, 12]: Ἤν τις Περσῶν νόμους διασπᾶν πειρᾶται. Alioqui pro Labefactare et evertere, s. Perrumpere et perfringere accipi potest et ap. Plut. Camillo [c. 5], ubi dicit, Διασπάσαι τὸ ἔδαφος· quod fit coagmentis ejus divulsis et diremtis. [Διασπᾶν λέξιν vel κῶλον, dicitur is, qui ita verba componit, ut hiatus et collisiones literarum oriantur, quæ moram faciunt, et jucundum orationis flumen impediunt. Sic Dionys. Comp. p. 168 R. de loco aliquo Thucydidis, in quo τὰς τῶν φωνηέντων συγκρούσεις et ἀνακοπὰς et περίοδον οὐκ ἔχουσαν βάσιν εὔγραμμον reprehendit: Ἀποτραχύνει καὶ διασπᾷ τοῖς διαχαλάσμασι τῶν ἁρμονιῶν. Contrarium est τὸ συλλαμβάνεσθαι et συγχρώζεσθαι, si oratio apta structura cohæret, et leni expeditoque flumine procedit: vide ibid. cap. 23, p. 184, et conf. Διαβαίνειν. Deinde διασπᾶσθαι dicuntur etiam periodi, quum ob defectum longioris spiritus non uno tenore et ἀπνεύστως pronunciantur, sed per vocis varia intervalla efferuntur. Plut. Demosth. c. 6. Et Philostr. V. Soph. 2, p. 604, in vita Phœnicis: Ἡ ἑρμηνεία διασπᾶσθαι ἐδόκει, καὶ ῥυθμοῦ ἀφέστηκεν. Vide Κολοβός. Ernesti. Lex. techn. rhet. Plato Leg. 2, p. 669, D: Ὁρῶσι πάντα κυκώμενα καὶ ἔτι διασπῶσιν οἱ ποιηταὶ ῥυθμὸν μὲν καὶ σχήματα μέλους χωρίς. De rhetore Suidas s. v. Πυθέας: Οὐκ ἐκρίθη μετὰ τῶν λοιπῶν ῥητόρων ὡς θρασὺς (τραχὺς Ruhnken.) καὶ διεσπασμένος.]

Διασπείρω, Dissero, Dissemino. [Plato Rep. 5, p. 455, D: Διεσπαρμέναι αἱ φύσεις ἐν ἀμφοῖν τοῖν ζῴοιν.] Metaphorice plerumque, ut Dissemino quoque et Spargo ap. Latinos. Xen. Hell. [5, 1, 22] ait, Διασπείρας λόγον ὡς μεταπεμπομένων Χαλκηδονίων, Rumorem disseminavit: ut Cic. Disseminatus dispersusque sermo. Plut. Coriol.: Ὅθεν αἱ πρῶται κατηγορίαι κρύφα διεσπείροντο, Clam spargebantur. Isocr. vero in Epist. ad Phil. [p. 103, B]: Καὶ τοὔνομα τοῦτο διασπείρῃς εἰς τὴν Ἀσίαν, Usque in Asiam dissemines et dispergas, etiam Per Asiam spargas. [Pollux 4, 69: Ἐπὶ σύριγγος εἴποις ἂν ... διασπείρειν τὸ πνεῦμα.] Pass. Διασπείρεσθαι, Dispergi, Spargi, i. e. Dissipari, Dispalari. [Soph. El. 748: Πῶλοι διεσπάρησαν ἐς μέσον δρόμον. De bonis dilapidatis ib. 1291: Τὰ δ' ἐκχεῖ, τὰ δὲ διασπείρει μάτην. Plato Leg. 3, p. 699, D: Ἕκαστος σκεδασθεὶς ἄλλος ἄλλοσε διεσπάρη.] Xen. Hell. 5, [3, 1]: Διεσπαρμένοι ἐλεηλάτουν· 1, [2, 2]: Διεσπαρμένους ὄντας τῶν Ἀθηναίων τοὺς ψιλοὺς ἐδίωκον. [Diodor. 11, 12: Διεσπαρμένοις τοῖς Πέρσαις συμπλεκόμενοι, ubi var. lect. διεσπασμένοις: de qua v. Διασπάω.] Sic, Διεσπάρη ὁ λαὸς, Dispersus et dilapsus est populus. Et, Διασπειρόμενον πνεῦμα, Ventus qui in varias partes dispergitur et diffunditur. Διασπαρεὶς, Dispersus, Dissipatus. [Plut. Mor. p. 99, C: Αἰνίττεται τὸ πῦρ ὑπὸ τοῦ Προμηθέως ἄλλο ἄλλῃ διασπαρῆναι.]

[Διασπεκλόω lectio vitiosa. V. Διασπλεκόω.]

Διασπεύδω, exp. Excito. Esset tamen potius Excito et festinare jubeo, Incito ad properandum. [Signif. intransitiva Polyb. 4, 33, 9: Ἐπὶ τοσοῦτον διέσπευσαν

A Μεγαλοπολῖται ... ὥστε Μεσσηνίους ... προσδεχθῆναι. || Forma media Harpocrat.: Διεσπευσάμην, ἀντὶ τοῦ διὰ σπουδῆς ἐπονησάμην ἢ ἀντὶ τοῦ διεπραξάμην Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Ἕρμωνα περὶ ἐγγύης. Dio Cass. fr. Peiresc. p. 37, 75: Ἐς τὰ ἄλλα πάντα διασπευδόμενοι· l. 52, 7: Τούτοις δ' ἂν μὲν ἑτέρους δικαστὰς καθίζῃς, ἀπολύοιντό τε ἂν διασπευδόμενοι καὶ μάλιστα ὅσους ἂν ἐχθραίνειν νομισθῇς.]

[Διάσπιλος, ὁ, ἡ, Saxosus. Arrian. Peripl. Mar. Erythr. p. 25, 12: Ταινία τραχεῖα καὶ διάσπιλος, Ἡρώνη λεγομένη.]

[Διασπλεκόω.] Διασπεκλόω, Coeo. Pass. partic. διεσπεκλωμένη, Coitum passa. Aristoph. Pl. [1082]: Οὐκ ἂν διαλεχθείην διεσπεκλωμένῃ Ὑπὸ μυρίων ἐτῶν γε καὶ τρισχιλίων, schol. ἐν τῇ συνουσίᾳ κατατετριμμένῃ, vel ἀχρήστῳ πρὸς συνουσίαν διὰ γῆρας, In coitu attritæ, Inutili ad coitum propter senectutem: sed addit Idem, καθ' ὑπόνοιαν dixisse ὑπ' ἐτῶν pro ὑπ' ἀνδρῶν, quo significaretur eam a quamplurimis subagitatam fuisse. [Vera lectio διεσπλεκωμένῃ restituta ex libris melioribus et Suida. Eandem habuit Hesych. cujus
B in gl. Διεπλεκώνη, διεφθαρμένη, scrib. ex serie literarum διεσπλεκωμένη. Scriptor Byzantinus ap. Hasium in *Notices des Mss.* vol 9, p. 132, ab Dobræo cit.: Μίαν τῶν μοναζουσῶν διεσπεκλωμένην ὑπὸ μυρίων ἀρχαίαν φίλην. Qui liber integer editus est a Boisson. in Anecd. vol. 3, p. 128. Ibid. p. 156: Τὴν δὲ ἑταίραν ἐκείνην τὴν διεσπεκλωμένην. Conf. Σπλεκόω. G. Dind.]

[Διασποδέω, Percutio, Cædo. Etym. M. p. 273, 55: Διεσποδήσατε, διεσείσατε, διετινάξατε. De subigenda muliere Aristoph. Eccles. 939: Εἴθ' ἐξῆν παρὰ τῇ νέᾳ καθεύδειν καὶ μὴ 'δει πρότερον διασποδῆσαι ἀνάσιμον ἢ πρεσβυτέραν. Sic fortasse intelligenda gl. Hesychii Διεσποδημένη, διακεκρουμένη. || Idem formam mediam annotavit, Διεσποδήσατο, διέσεισε, διετίναξε.]

Διασπορὰ, ἡ, Disseminatio, Dispersio, Dispersus, ut Cic.: Dispersu illorum actio de pace sublata est, i. e. Dispersis illis. Plut. [Mor. p. 1105, A]: Αἰτίαν ὑπειπὼν, θλίψεις τε καὶ διασπορὰς ἀτόμων, ἑτέρων δὲ συμμίξεις καὶ παραζεύξεις. [Clem. Al. p. 72: Ἡ δὲ ἐκ πολλῶν ἕνωσις ἐκ πολυφωνίας καὶ διασπορᾶς ἁρμονίαν λαβοῦσα
C θεϊκὴν μία γίνεται συμφωνία. Deuter. 28, 25: Ἔσῃ ἐν διασπορᾷ ἐν πάσαις ταῖς βασιλείαις· 30, 4: Ἐὰν ᾖ ἡ δ. σου ἀπ' ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ. In libris sacris διασπορὰ per metonymiam dicuntur Homines dispersi, quemadmodum veteres Græci φυγὴ dicunt pro φυγάδες. Sic Maccab. 2, 1, 27: Ἐπισυνήγαγε τὴν διασπορὰν ἡμῶν. Ps. 146, 2: Τὰς διασπορὰς τοῦ Ἰσραὴλ ἐπισυνάξει. In l. Deuter. supra allato codex Vatic., Ἔσῃ διασπορὰ ἐν πάσαις ταῖς βασιλείαις. Ev. Jo. 7, 35: Μὴ εἰς τὴν διασπορὰν τῶν Ἑλλήνων μέλλει πορεύεσθαι. Epist. Jac. init.: Ἰάκωβος ... ταῖς δώδεκα φυλαῖς ταῖς ἐν τῇ διασπορᾷ χαίρειν· et Petri 1, 1: Παρεπιδήμοις διασπορᾶς Πόντου. V. Suicer. Thes.]

[Διασποράδην, Sparsim, Interrupte. Clem. Al. p. 348, D: Ὅσα δ. καὶ διερριμμένως ἐγκατεσπαρμένην ἔχουσι τὴν ἀλήθειαν. Hase.]

Διασπορεὺς, έως, ὁ, Qui disserit, disseminat, dispergit. [Pollux 3, 129.]

Διασπουδάζω, Expeto, Do operam, e Dem. [p. 505, 8: Τί μάλιστα ἐν ἅπασι τοῖς νόμοις διεσπούδασται ὅπως μὴ γένηται· 646, 15: Τίνος οὖν ἕνεκα ταῦτα οὕτω διε-
D σπούδασται;] Dionys. H. De or. ant. § 3, p. 449, 8 R.: Πραγματεῖαι εὖ μάλα διεσπουδασμέναι· De Lys. jud. § 14, p. 483, 11: Τῶν περὶ τὰς ἀντιθέσεις καὶ ... τὰ παραπλήσια σχήματα διεσπουδακότων. Clem. Al. p. 947: Ὑπερεπιθυμῶν τούτου καὶ διεσπουδακώς. Pselli Opusc. p. 138, 16, cit. Boisson. De ambientibus magistratum Dio Cass. 36, 21: Αὐτοὶ γὰρ διασπουδάσαντες ἀπεδείχθησαν. || Forma media Arrian. Anab. 7, 23, 13: Οὐκ ἐν μεγάλοις μεγάλως διεσπουδάζετο. Διασπουδάσονται ap. Dion. Cass. 52, 20. || Διεσπούδασται signif. activa ap. Demosth. p. 681, 21, et διεσπούδαστο ap. Dion. Cass. fr. Peiresc. p. 30, 23.]

[Διασσάω. V. Διαττάω.]

Διασταδὸν, Interjecto spatio, Intercedente et dirimente utrimque intervallo, Eminus, κεχωρισμένως, πόῤῥω, μακράν. [Sic interpr. Hesych.] Apoll. Rh. 2, [67]: Ἱμᾶσι διασταδὸν ἠρτύναντο, de duobus pugilibus, qui eminus, s. interstitio utrimque aliquo intercedente, cæstus ad pugnam ineundam parabant. [Et 4, 942. Oppian. Hal. 1, 502.]

[Διαστάζω, Stillo (Gl.), Destillo. Geopon. 7, 8, p. 479 : Διαστάξει γὰρ ἡ χύτρα ὕδατος μεμιγμένου.]

[Διασταθμάω.] Διασταθμάομαι, Metor, Dispono. Eur. [Suppl. 201 : Αἰνῶ δ' ὃς ἡμῖν βίοτον ἐκ πεφυρμένου καὶ θηριώδους θεῶν] διεσταθμήσατο, Metatus est, Disposuit, VV. LL. Διασταθμῆσαι Hesych. exp. διελεῖν.

[Διασταθμίζω, Depondo (Gl.), Libro. Aq. Psalm. 57, 3 : Διασταθμίζετε. Origen. vol. 2, p. 735.]

[Διασταλάσσω, s. Διασταλάττω, Destillo. Liban. vol. 4, p. 1072, 6 : Κάλλος οὖν τοιοῦτον ἰδὼν πόθου παντὸς διεστάλαξα δάκρυον. Kall. Alex. Trall. 8, p. 422 : Ἐνίοτε μετὰ κόπρον αἷμα διασταλάττει· ubi διαστάττει legitur. G. Dindorf.]

[Διάσταλμα, τὸ, Distributio. Clem. Al. Strom. 5, p. 677 : Ὃ ἔλαβον διάσταλμα ῥήματος.]

Διάσταλσις, εως, ἡ, Fœdus, Pactum. 2 Macc. [13, 25] : Τὰς διαστάλσεις ἀθετεῖν, Fœdera rumpere.

Διασταλτέον, Distinguendum est, Diducendum est, sequendo signif. verbi Διαστέλλω. [Orig. C. Cels. p. 388. Kall. Nemes. p. 215. Boisson. Schol. Hom. Il. B, 3; N, 4; Ξ, 173; X, 146, 157, 300.]

[Διασταλτικὸς, ἡ, ὸν, Distinguendi vim habens, Distinguendo inserviens. Eustath. p. 1610, 3 : Πρὸς ἀκρίβειαν διασταλτικὴν ὁμωνυμίας. || Adverb. Διασταλτικῶς ap. eund. p. 73, 30 : Μέλαιναι λέγονται πρὸς διαστολὴν ... τῶν μιλτοπαρῄων ..., κοῖλαι μέντοι οὐ δ. ὀνομάζονται. Ib. p. 826, 37, schol. Eur. Med. 334 (338). || Διασταλτικὴ μελοποιία quæ dicatur explicat Euclid. Introd. harmon. p. 21 ed. Meib. : Ἔστι δὲ διασταλτικὸν μὲν ἦθος μελοποιίας δι' οὗ σημαίνεται μεγαλοπρέπεια καὶ δίαρμα ψυχῆς ἀνδρῶδες καὶ πράξεις ἡρωϊκαὶ καὶ πάθη τούτοις ὅμοια. Aristid. Quintil. p. 30 : Διασταλτικὴν δι' ἧς τὸν θυμὸν ἐξεγείρομεν. Huic opposita est συσταλτική. G. Dind.]

[Διαστάμνους lectio corrupta ap. Hesych. s. v. Σταμνίον, quod v.]

Διαστασιάζω, Factionibus et seditionibus implico, Seditionem inter aliquos concito. Plut. [Coriol. c. 36] : Ὁ δὲ Μάνλιος διεστασίασε τὴν πόλιν· Romulo [c. 23] : Διεστασίασε τοὺς Σαβίνους. Aristot. Polit. 5, [4] : Διεστασίασεν αὐτοὺς πρὸς τοὺς εὐπόρους, Ad seditionem contra opulentiores concitandam induxit. Item, Dissidiis sejungo ac segrego, ut Lucret. loquitur, Synes. Epist. 95 : Διεστασίασεν ἡμᾶς, Ad dissensionem nos induxit. [|| Signif. intransitiva Polyb. 1, 82, 4 : Διεστασίασαν πρὸς σφᾶς ἐπὶ τοσοῦτον ὥστε ..., Dissentiebant inter se ... Id. 2, 18, 8. 4, 53, 7 : Οἱ δὲ νεώτεροι τὰ τῶν Λυττίων αἱρούμενοι διεστασίασαν πρὸς ἀλλήλους. Dio Cass. 54, 17 : Βαθύλλῳ ... διεστασίαζεν. Iamblich. in append. ad Stob. Flor. vol. 4, p. 21 : Διχογνωμονῶν δὲ πρὸς ἑαυτὸν καὶ ἀνόμοια λογιζόμενος διαστασιάζει. Argum. Soph. OEd. Col. : Ὅτι διαστασιάσουσι (οἱ Ἀθηναῖοι) πρὸς Θηβαίους ποτέ.]

Διάστᾰσις, εως, ἡ, Distantia, Insterstitium, Intervallum. Nonnunquam reddi etiam potest Secretio ac Diremtus, ut Cic. Plut. De def. orac. [p. 427-430 pluribus ll.] αἱ κατὰ τόπον διαστάσεις, Locorum intervalla, Loci distantia, Distantia et disjunctio ratione loci. Plato Tim. [p. 36, A] : Ἡμιολίων δὲ διαστάσεων καὶ ἐπιτρίτων καὶ ἐπογδόων γενομένων, Sesquialteris autem intervallis et sesquitertiis et sesquioctavis sumtis, Cic. Lex. p. 22. [Polyb. 1, 18, 4 : Ὀχυροποιησάμενοι τοὺς εὐκαίρους τῶν τόπων ἐν διαστάσει. Theophr. H. Pl. 8, 2, 9 : Τὸ γὰρ εἰς ἑτέραν χώραν μετενεγκόντας σπείρειν, ὥσπερ ἐκ Κιλικίας φασὶν εἰς Καππαδοκίαν καὶ ὅλως τὴν ἐπέκεινα τοῦ Ταύρου, ἧττον ἄτοπον· φανερὰ γὰρ ἡ τῶν τόπων διάστασις· et 10 : Τὰ δὲ κατὰ τὰς ἄλλας χώρας οὐ πολλὴν ἢ οὐδεμίαν τοῦ γε χρόνου λαμβάνει διάστασιν· 1, 2, 4 : Ἡ ὅλη τῶν γενῶν πρὸς ἄλληλα δ. « Δ. dicitur ubi ossa inter se diducuntur ac disparantur in luxatis. Hippocr. p. 778, E : Ἀνάγκη ὄγκον ἴσχειν τὴν διάστασιν, Diductis ossibus eam partem turgidiorem esse necesse est. Id. p. 795, A : Διαστάσιος ὀστέων. Auctor Defin. med. (vol. 2, p. 281 ed. Chart.) : Δ. ἐστι τῶν κατὰ ῥαφὴν ἢ κατὰ σύμφυσιν συγκειμένων ὀστῶν χωρισμὸς ἢ διάστασις ἀπ' ἀλλήλων. Idem est διάστημα. Διαστάσιες χειρῶν ap. Hippocr. p. 397, 8 sunt Manuum porrectiones et distentiones, qualiter in convulsionibus contingit. Φλεβῶν διαστάσεις dicuntur Venarum distentiones ac amplitudines Aretæo De caus. et sign. morb. acut. 2, 2. Eidem ib. c. 7 διάστασις κενεὴ dicitur Inanis ventriculi distentio, dum vomere frustra conatur. Διάστασις etiam ἀντὶ τῆς διαστολῆς ponitur in pulsus definitione Zenoni Herophileo ap. Galen. (vol. 8, p. 93) et Chrysermo (ib. p. 95). » Foes.] Aristot. Metaph. 10 : Σῶμα γάρ ἐστι τὸ πάντῃ ἔχον διάστασιν, Quoquoversus dimensionem habens et intervallum, Bud. Alibi pro eod. dicit πανταχῇ διεστηκός. Idem in Eth. 5 : Μεγίστη μὲν οὖν ἴσως δ. ἀρετὴ καὶ κακία, εἶτα πλοῦτος καὶ πενία, Maximum intervallum inter virtutem et vitium, Magno intervallo diremta sunt et dissident. [Plato Rep. 2, p. 360, E : Ἐὰν διαστησώμεθα τόν τε δικαιότατον καὶ τὸν ἀδικώτατον ... τίς οὖν δὴ ἡ διάστασις;] Plut. De def. orac. [p. 429, C] : Εἰ μὲν γὰρ ἀμιγὲς καὶ καθαρὸν ἦν καὶ ἕν, οὐδὲ ὅλως εἶχεν ἡ ὕλη διάστασιν, Nullum prorsus materia discessum secretionemque haberet, Turn. Ibid. διαίρεσιν id ipsum appellat, i. e. Divisionem, Partitionem. Aristot. Polit. : (Ἀκολουθεῖ) κατὰ τὴν ὑπεροχὴν ἥνπερ εἴληφε διάστασιν ὧν φαμὲν αὐτὰς εἶναι διαθέσεις ταύτας, Consecutionem habet proportione respondentem ad differentiam, quam habent res ipsæ mutuo compositæ, quarum affectiones esse dicimus : Bud. interprete, qui βραχυλογίαν peripateticam h. in l. esse dicit, p. 994. Idem Aristot. De part. anim. 3, [c. 7], de jecore loquens : Ἡ τοῦ σώματος δ., διφυὴς μὲν οὖσα, πρὸς μίαν δὲ συντελοῦσα ἀρχὴν, Bipartita corporis compositio. Et in VV. LL., Ἐν διαστάσει τῶν συλλαβῶν, In diversis syllabis. [Διάστασις διφθόγγου i. q. διαίρεσις ap. Etym. M. p. 171, 9, 13; 244, 29; 413, 14, 24; quibus in ll. est κατὰ διάστασιν. Ibid. p. 182, 46 : Ἀχρεῖος κατὰ ἔκτασιν τοῦ ε εἰς τὸ η καὶ διαστάσει τοῦ ι ἀχρήιος. De consonantibus p. 249, 20 : Δάσληρα· ... τὸ σ ἐν συλλήψει ἐστὶ μετὰ τῶν ἐπιφερομένων συμφώνων· ὅτι γὰρ οὐκ ἔστιν ἐν διαστάσει ... Sic κατὰ διάστασιν σύμφωνον ἔχειν ap. Arcad. p. 38, 13.] Item Ἐν διαστάσει κεῖται, Dirimitur ac dissidet. Aliquando videtur active accipi pro Diremtio, Distractio in duas partes, Plut. Coriolano : Κατὰ ῥῆξιν καὶ διάστασιν μορίων βιαιοτέραν· De def. orac. [p. 428, C : add. V. Coriol. c. 16] : Καὶ φεύγειν, ὡς ἀνυστόν ἐστι, τομὴν ἅπασαν καὶ δ., Divisionem distractionemque, Turn. [|| Διάστασις, qua σεμνότητα orationis effici dicit Aristides Περὶ λογ. πολ. p. 643, fit, quum sententiæ alicujus continuatio, membro in medium interjecto, interrumpitur, τὸ ἐξᾶραι εἰς τὴν σεμνότητα ἡ δ. διὰ μέσου ἐπιχειρεῖ. De alio genere διαστάσεως, quæ in vitiosa et injucunda verborum structura cernitur, v. s. v. Διΐστημι. Ernest. Lex. techn. rhet.] || Dissidium, Animorum disjunctio. Aristot. Polit. 4, [c. 17] : Ὅπου γὰρ πολὺ τὸ διὰ μέσου, ἥκιστα στάσεις καὶ διαστάσεις γίνονται. [Eadem conjungit Plato Leg. 5, p. 744, D : Ἐν πόλει ... τῇ τοῦ μεγίστου νοσήματος οὐ μεθεξούσῃ, ὃ διάστασιν ἢ στάσιν ὀρθότερον ἂν εἴη κεκλῆσθαι.] Thuc. 6, [18] : Μὴ ὑμᾶς ἡ Νικίου τῶν λόγων ἀπραγμοσύνη καὶ διάστασις τοῖς νέοις ἐς τοὺς πρεσβυτέρους ἀποστρέψῃ, Nec avocare vos a proposito debet oratio Niciæ, quæ quietem suadet, dissidiumque inter juvenes et senes quærit. || In VV. LL. i. etiam esse dicitur q. ἔκστασις, Mutatio in iis, quæ degenerant et a priore natura desciscunt, ἐκτροπὴ, μεταβολὴ καὶ ἀλλοίωσις : sicque interpr. ap. Theophr. C. Pl. 4, [5, 4] : Ὥστ' ἐκ τῆς ὑπερβολῆς ἡ διάστασις [Schneid. μετάστασις ex Gazæ interpretatione], de lino, quod scribit ἐξαιροῦσθαι, i. e. ἐκστῆναι τοῦ γένους, ejusque naturam μετακινεῖν : ut δ. hic sit, quam alibi μετάστασιν appellat. At paulo ante, Μεγάλη γὰρ ἡ δ., in prima accipitur signif. pro διάστημα, Generum distantia, differentia. || Apud Antiphontem pro διακόσμησις accipi tradit Suid. [Plenius Harpocr. : Δ., Ἀντιφῶν Ἀληθείας β' « περὶ τῆς νῦν κρατούσης διαστάσεως », ἀντὶ τοῦ διακοσμήσεως τῶν ὅλων.] || Δ. vocabatur etiam, ut Pollux [8, 127] tradit, ἡ δραχμὴ, ἣν ἐλάμβανον οἱ διαιτηταὶ παρὰ τοῦ κρίνοντος, ἐγγράψαντος αὐτοῦ ἐν γραμματείῳ τὸ ἔγκλημα καὶ τὸ τίμημα. [Recte ex codd. correctum παράστασις, quod v.]

Διαστασμὸς, ὁ, Distantia, Separatio, VV. LL. [Scriptura vitiosa pro διασπασμός. G. Dind.]

Διαστατέω, Disto. Exp. etiam διαστασιάζω, Dissidiis implico, Ad dissidia concito. [Διαστατῶν lectio vitiosa pro διάστατον notabitur s. v. Διάστατος.]

[Διαστάτης, ὁ, Diremtor. Hesych. : Δίορον, διαστάτην.] A

Διαστατικὸς, ή, όν, Dirimendi vim habens. Plut. [Mor. p. 952, B] : Τὸ μὲν πῦρ διαστατικόν ἐστι καὶ διαιρετικὸν, Dirimit ac dissipat ignis, Turn. [V. Pomp. c. 53 : Καὶ πάντα τὰ πράγματα σάλον εἶχε καὶ λόγους διαστατικοὺς, Ad seditionem incitantes. || Diogen. L. 4, 33, de Arcesilao : Ἦν δὲ ἀξιωματικώτατος καὶ συνηγμένος καὶ ἐν τῇ λαλιᾷ διαστατικὸς τῶν ὀνομάτων, Nomina distincte pronuntiabat. Quod ὄγκον καὶ δίαρμα τῶν ὀνομάτων dicit Plut. V. Toup. ad Longin. 40, 2.]

[Διαστατικῶς, Divisim, i. q. κατὰ διάστασιν s. διαίρεσιν. De diæresi ηυ diphthongi Apollon. in Bekk. An. p. 560, 6 : Διασαττικώτερόν φαμεν τὸ γρηΰς. G. D. Distincte, Per intervalla. Porphyr. Sentent. p. 241, 9 : Ὅθεν ὁ μὲν κόσμος τῷ νοητῷ δ. πάρεστι· τὸ δὲ ἀσώματον τῷ κόσμῳ ἀμερῶς καὶ ἀδιαστάτως. Hase.]

Διαστατὸς, [ή, όν et Διάστατος, ὁ, ἡ], Distans, Diremtus. [Plut. Mor. p. 1023, B : Ἀπεφήναντο τὴν ψυχὴν ἰδέαν εἶναι τοῦ πάντη διαστατοῦ κατὰ ἀριθμὸν συνεστῶσαν. Gregor. Thaumat. p. 44, D : Τὸ δὲ σύνθετον τριχῇ διαστατόν. G. D.] Philopon. [et Plut. Mor. p. 882, F]: B Τὸ τριχῇ διαστατὸν σῶμα, i. e., ut alibi exp., τὸ ταῖς τρισὶ διαστάσεσιν ὁριζόμενον. Bud. p. 475. [|| Harpocrat. : Διαστῆσαι, ἀντὶ τοῦ διαταράξαι καὶ οἷον ἀδύνατον ποιῆσαι... Μένανδρος Χήρᾳ, Βοῶν ποιείτω τὴν πόλιν διάστατον, Clamore urbem perturbet. Apte Meinek. comparat Theopomp. ap. Athen. 11, p. 485, F : Περίστατον βοῶσα τὴν κώμην ποιεῖ. Ceterum ap. Harpocr. codices διαστατῶν, quod ex διαστατὸν corruptum, quo accentu etiam in l. Athenæi περιστατὸν scriptum est in codice. Recto accentu Valesius διάστατον. Διαστάτους lectio corrupta ap. Hesych., quam in διστάτους mutant critici. G. D. || Adverb. Διαστατῶς, Divisim. Iamblich. De myster. p. 73, 5 : Τὸ θεῖον οὐ διαπεφοίτηκεν οὕτω δ. (interpres, Secundum distantiam) καὶ μεριστῶς ἐν τοῖς αὐτοῦ μετέχουσιν, ἀλλ' ὡς παρέχον ἔξωθεν καὶ ἐπιλάμπον τὴν πηγὴν, πληροῖ δυνάμεως αὐτὴν ἀφ' ἑαυτοῦ μαντικῆς. Wakef. Proclus in Plat. Cratyl. p. 60 : Ὅτι τὸ μέγα ἐπὶ τῶν θεῶν οὐ δ., ἀλλὰ νοερῶς ἀκουστέον. Osann. Porphyr. Sent. p. 220, 10 : Πανταχῇ ἐστιν (incorporea), οὐ δ. ἀλλ' ἀμερῶς. Hase.] C

[Διασταυρόω, Vallo munio. Dio Cass. 41, 50 : Τὰ μὲν διεσταύρου, τὰ δὲ ὑπετείχιζε καὶ διετάφρευε. Forma media Thucyd. 6, 97 : Διασταυρωσάμενος τὸν ἰσθμόν.]

[Διασταχύζω, Inspico, Gl.]

[Διαστέατον, medicamentum quod antiquiores medici διὰ στέατος dicunt, ap. Alex. Trall. 6, p. 88. V. Στέαρ.]

[Διαστεγάζω, Contego. Anna Comn. 13, p. 381, C : Τὰς πλευρὰς διαστεγάσαντες βύρσαις βοείαις. Elberl.]

[Διαστείβω, Pervado, Permeo. Pindar. ap. Sext. Emp. p. 23 : Τέρπεται δὲ καί τις ἐπ' οἶδμ' ἅλιον ναῒ θοᾷ σῶς διαστείβων. Ubi Bentl. διαστείχων restituit. Hemst. Nonnus Dion. 36, 239 : Οἰκτρὸν ἑὸν θνήσκοντα διαστείβων ἐλατῆρα κείμενον ἀρτιδάϊκτον.]

Διαστείχω, Pervado, Permeo, Pertranseo, Vado per, Eo per. Euripid. Andr. [1091] : Ἀγαμέμνονος δὲ παῖς διαστείχων πόλιν, Vadens per urbem. [Et 1093 : Ὃς διαστείχει θεοῦ χρυσοῦ γέμοντα γύαλα.] Ubi nota cum accus. construi : Nonnus vero genitivo junxit, dicens [Jo. p. 62, 18, coll. 128, 34] διαστείχοντα θαλάσσης, D Per mare vadentem. Nisi potius disjunctim scr. διὰ στείχοντα θαλάσσης. [Id. Dion. 34, 2 : Διέστιχεν ἐς ῥάχιν ὕλης. Pindar. Isthm. 3, 27 : Ματρόθε Λαβδακίδαισιν σύννομοι πλούτου διέστειχον τετραοριᾶν πόνοις· ubi alii libri διέστιχον, quod vitium ap. Coluth. 211 correxit Lennep. : Ἔνθα διαστείχουσα κινύρεο. Ap. Hesych. inter Διαστήτην et Διαστοιχισάμενος glossæ positæ sunt sex hæ : Διαστίχειν, διαπορεύεσθαι. Διαστίχονται, διαπορεύονται. Διαστήχοντι, διαστήσαντι. Διαστιχῶν, διαπορευόμενος. Διαστιχοῦσα, διαπορευομένη, διερχομένη. Διαστιχοῦσι, διαπορεύονται. Quas Musurus omnes ad verbum Διαστείχω revocavit præter tertiam, ubi Διαστήχοντι in Διαστήκοντι mutavit : sed literarum ordo postulat ut ad formam Διαστίχω referamus, de qua dicetur s. v. Στείχω. In secunda gl. memorabilis est formæ mediæ usus, qui mihi tam suspectus videtur ut remoto isto διαστήσαντι, quæ alius est voc., velut διαστείλαντι, interpretatio, ex duabus glossis unam esse putem faciendam, Διαστίχοντι, διαπορεύονται. Quæ Dorica forma est pro διαστίχουσι. Apud Theocr. 27, 68 : Χὰ μὲν ἀνεγρομένα διέστιχε μᾶλα νομεύειν, probabilis est Brunckii conj. διαπέστιχε, non ferenda edit. Florentinæ interpolatio γε διέστιχε. G. Dind.]

|| Διατίθεμαι, signif. activa, itidem pro Compono, Administro, Xen. Mem. 2, [6, 23] : Δύνανται δὲ καὶ τὴν ἔριν οὐ μόνον ἀλύπως, ἀλλὰ καὶ συμφερόντως ἀλλήλοις διατίθεσθαι, Bud. Componere, Ad concordiam reducere. Subjungit autem Basilii locum, in quo διατίθεσθαι reddit Concorditer constituere. Quin etiam pro Placare, Satisfacere alicui, ex Appiano affert. [Civ. 2, 8 : (Cæsar) διαθέμενος τοὺς ἐνοχλοῦντας (creditores).] Dixerat autem antea διατίθεσθαι passiva voce significare Bene s. Secus de re aliqua statuere, et uti : afferens ex Isocr. Panath. [p. 261, E] : Μηδ' ἀνέξονται φωνὴν τῶν τὰ μὲν σώματα τὰ σφέτερ' αὐτῶν ἐπονειδίστως διατιθεμένων, συμβουλεύειν δὲ τοῖς ἄλλοις ἀξιούντων. Et ap. Greg. Naz. : Καὶ τὴν συμφορὰν ὡς κάλλιστα διατίθεται, Calamitatem in bonum commodissime vertit, De exilio suo commodissime statuit. Quemadmodum autem διατιθέναι νόμους supra habuisti pro Condere leges, sic et διατίθεσθαι νόμους pro Condere leges, affertur e Plat. De LL. At vero Διατιθέμενος βάσεις ἐν τῇ καρδίᾳ, e Greg. Naz., pro Disponens. At cum accus. λόγους Bud. vertit Facere; nam διατίθεσθαι τοὺς λόγους e Polyb. [3, 108, 2] affert pro Verba facere. Sic ex Appiano, Λόγους ἐν τῇ βουλῇ περὶ ὁμονοίας διέθετο, Verba fecit de concordia, Orationem habuit. [Diog. L. 2, 24; 7, 5. Diodor. 12, 17 : Τὸν ἑτερόφθαλμον ἀποτολμῆσαι λόγον ἐν ἐκκλησίᾳ διαθέσθαι· 15, 38 : Ὑπὲρ δὲ τῶν Θηβαίων Ἐπαμινώνδου διαθεμένου λόγον. « Et Antiphon διαθεῖναι λόγον ἐπὶ τοῦ ἐξαγγεῖλαι in Ulpiani schol. ad Olynth. 2, p. 14, ubi de hoc verbo plura. » Wessel. ad Diodor. vol. 2, p. 9. Quibus adde quæ Wyttenb. ad Plut. Mor. p. 379, A, attulit. Dionys. A. R. 11, 7 : Ὁ δ' ἀναστὰς τοιαύτην διέθετο δημηγορίαν. Lucian. Hermotim. c. 1 : Ὥσπερ τινὰ ῥῆσιν ἐπὶ σεαυτῷ διατιθέμενος. Longin. De subl. 9, 10 : Ἐν ἀπράκτῳ σκότει τὴν ἀνδρείαν εἰς οὐδὲν γενναῖον εἶχε διαθέσθαι.] Invenitur etiam, Διατιθέμενος ἀεὶ μακρὸν λόγον. Item [Phalar. Epist. 19, p. 93] : Διατίθεσθαι ἔπαινον ἐν τῇ ποιήσει περὶ τῆς ἀνθρώπου, et, Διατιθέμενοι πολὺν ἔπαινον εὐβουλίας ἑαυτῶν, Phalar. [Ep. 67, p. 202. Dionys. A. R. 3, 17 : Πολλοὺς ἐπαίνους τῶν νεανίσκων διαθεμένους. Ἐγκώμιον Diodor. 12, 13 : Τίς γὰρ ἂν ἄξιον ἐγκώμιον διάθοιτο τῆς τῶν γραμμάτων μαθήσεως; || Διατίθεσθαι τὴν σχολὴν, Otium (animi oblectandi caussa) in aliqua re occupare. Lucian. De merc. cond. c. 25 : Εἰς καλὸν τὴν ἐν τῷ περιπάτῳ διατίθεται σχολήν· Philops. c. 29 : Καί μοι δοκεῖ τε εἰς καλὸν διατεθήσεσθαι τὴν διατριβήν. Heliodor. 2, 30, p. 112 : Διατιθεμένῳ τὴν σχολήν· 5, 18, p. 233 : Καὶ ἡμῶν ἔστιν ὅτε τὴν σχολὴν διατιθεμένων. Longus 2, 12 : Διαθέσθαι τὸν τρυγητὸν ἐν ξενικῇ τέρψει θελήσαντες. Hemst. et Schæf.]

|| Διατίθεμαί τι, Expono venale, Venundo, Vendo. [Herodot. 1, 1 : Ἐπεὰν διαθέωνται τὸν φόρτον· et 194.] Bud. e Demosth. [p. 22, 27 : Ταῦτ' ἔχοντες διαθέσθαι· 910, 8 : Δ. τὰ φορτία· 1048, 25 : Τοῦτον τριπλασίας τιμῆς ἢ πρότερον διαθέμενοι.] et Arriano. [Civ. 5, 9 : Ἔμποροι γὰρ ὄντες, κομίζουσι μὲν ἐκ Περσῶν τὰ Ἰνδικὰ καὶ Ἀράβια, διατίθενται δ' ἐν τῇ Ῥωμαίων. Xenoph. Anab. 7, 3, 10; 7, 7, 55, et al. Strabo 8, p. 382 : Εὐπορήσαντες τῶν τοιούτων καὶ διατιθέμενοι πολλοῦ· 14, p. 640 : Διαθέμενοι δὲ καὶ τοὺς προτέρους κίονας. Τὰ μαθήματα διατίθεσθαι annotavit Pollux 4, 43.]

|| Διατίθεμαι, Testor, Testamento meo aliquid mando hæredibus, ut Idem scribit, afferens e Dem.: Ὁ ταῦτα διαθέμενος. Item, Σκέψασθε δὲ ἃ διέθετο. [Conf. p. 1067, 1; 1133, 9; 1029, 27.] Et ex Æschine [p. 56], διαθέσθαι τὰ ἑαυτοῦ, In bonis testari; vel, E bonis. Habemus autem hujus generis loquendi ex. [ap. Isæum p. 63, 5 : Διέθετο, εἴ τι πάθοι, τὴν οὐσίαν ἑτέρῳ· 79, 14 : Τὰ μὲν ἑαυτοῦ διαθέσθαι ὅτῳ ἂν ἐθέλῃ·] et e Plat. De LL. [11, p. 922-924 multis locis] : Τὸν νόμον ἐτίθεσαν τόνδε, ἐξεῖναι τὰ ἑαυτοῦ διατίθεσθαι ἁπλῶς, ὅπως ἄν τις ἐθέλῃ τοπαράπαν. [Aristot. Polit. 2, 9 : Κἂν ἀποθάνῃ μὴ διαθέμενος.] Potest autem hæc signif. ad illam referri, qua dictum est poni pro Statuere de re aliqua. Atque adeo reddi potest alicubi διατίθεσθαί τι, Testamento statuere. Optime certe convenit hic usus verbi διατίθεσθαι cum Gallico *Disposer*, cui respondet ad verbum. Dicimus enim aliquem *Disposer de ses biens, quand il fait son testament.* Aut etiam, *Disposer de ses biens par testament.* [Mira constructione Jo. Malal. p. 437, 8 : Ἀναγκάζεσθαί τινα διὰ τὴν ἀρχικὴν προστασίαν εἰς αὐτὸν (τὸν ἄρχοντα) διατίθεσθαι.] Talem certe usum verbo Disponere dedit vet. Interpr. in Ep. ad Hebræos, quum διατίθεσθαι διαθήκην vertit Disponere testamentum; sed nullo, ut opinor, exemplo. Ibid. vertit et Testari testamentum. Quidam, Condere testamentum. Sed alii maluerunt, Pacisci fœdus. Itidemque in aliis quoque ll. Græci Bibl. Interprr., e quibus petitus est ille locus, διατίθεσθαι διαθήκην dixisse comperiuntur pro Pacisci s. Ferire s. Percutere fœdus. E quibus affertur etiam, Διάθου ἡμῖν διαθήκην, 1 Reg. [10, 19], pro Habe nos confœderatos. Atque ita Bud., postquam dixit διατίθεμαι accipi etiam pro συντίθεμαι, i. e. Paciscor, affert ex Aristoph. [Av. 439] : Ἢν μὴ διάθωνται διαθήκην ἐμοὶ, pro Nisi mihi stipulanti promittant. [Hesych. : Διάθονται, διαθρήσαντα, διδόντα. Interpretationes hæ ad aliam gl. pertinere, διάθονται autem ex διάθωνται esse corruptum videtur. Quod quum Musurus in διάθοντα mutasset, Koenius (ad Greg. Cor. p. 223) διαθάοντα conjecit. G. D.] At vero διατίθεσθαι cum accus. βασιλείαν, Luc. 22, [29] redditur et Pacisci regnum, et, quæ interpr. non minus mihi placet, Legare testamento.

|| Διατίθεμαι, passiva ut voce, ita etiam signif., Afficior, Lucian. [Nigrin. c. 24] : Πῶς γὰρ οἴει τὴν ψυχὴν διατεθεῖσθαί μοι; Quomodo putas mihi affectum fuisse animum? Sed Latinius reddetur, Quomodo me animo affectum fuisse putas? Nam et ap. Cic. non semel legitur, Ita sum animo affectus. Jungitur autem hoc verbum in ista signif. cum adverbiis : ut διατίθεμαι δυσκόλως πρός τινα, ex Isocr. [p. 161, E], Sum animo male affecto erga quempiam, Sum animo infenso. Sic [p. 174, D], Διετέθησαν χαλεπῶς εἰς ἡμᾶς· item, Διατιθέμενος χαλεπώτερον πρὸς ἐπιτιμῶντας, ex Eodem [p. 167, E]. Sed et in bonam partem, sicut Latine dicitur aliquis ita Esse affectus erga amicum, e Plut. : Διετέθη δεινῶς περὶ τὸν ἄνδρα. Verum affertur et Διετέθη οὐ ῥᾳδίως e Thuc. [6, 57], pro Non leviter est multatus. Quin etiam quemadmodum verbale διάθεσις respondet nostræ voci *Disposition* (respiciendo ad eum illius usum, quo dicimus *Bonne* s. *Mauvaise disposition*, loquentes de corpore), sic etiam κακῶς διατεθεὶς affertur pro Graviter affectus, qua signif. usurpatur et Affectus sine adjectione, et tunc respondebit ei quod dicimus *Mal disposé.*

Διατιλάω, ex Hippiatr. affertur pro Caco, Excerno [p. 105 : Ἀλῶν λεπτῶν ὅσον ὀξύβαφον ἐνιεὶς ἐρέθιζε ὥστε διατιλῆσαι· 194 : Ἐὰν διατιλήσῃ διὰ τῆς ἕδρας].

Διατίλλω, Pervello. [Sophocl. ap. Ælian. N. A. 11, 18 : Κουραῖς ἀτίμως διατετιλμένης φόβης. Job. 16, 13 : Λαβών με τῆς κόμης διέτιλε. Hesych. : Διέφυλλε, διέτιλλε, διέτεμεν. G. D. || Discerpo. Greg. Nyss. t. 2, p. 1026, D : Τὰ σουδάρια τῶν προσώπων αὐτοῦ εἰς φυλακτήρια τῶν πιστῶν διετίλλετο. Hase.]

Διάτιλμα, τὸ, ex Epigr. affertur et exp. Evulsio. [Pauli Sil. in Anth. Pal. 6, 71 : Διατίλματα μυρία φύλλων.]

[Διατιμάζω, Æstimo, Exploro. E Pselli Opusc. p. 145 suæ edit. indicat Boissonad. Lex. Ms. Knobelsdorfianum ap. Osann. Auctar. p. 49 : Διατιμάζεται, δοκιμάζεται. Lectio corrupta ex simili alterius verbi terminatione : nam apud Suidam Διατιμᾶται positum est cum eadem interpretatione, quæ excidit apud Hesychium. G. Dindorf.]

Διατιμάω, [Honoro. Æsch. Sept. c. Th. 1047 : Ἤδη τὰ τοῦδ' οὐ διατετίμηται θεοῖς· quod schol. interpr. διὰ τιμῆς ἤχθησαν.] Æstimo. [Harpocr. s. v. Ἀτίμητος :... (ἀγὼν) ᾧ πρόσεστιν ἐκ τῶν νόμων ὡρισμένον τίμημα, ὡς μηδὲν δεῖν τοὺς δικαστὰς διατιμῆσαι.] Affert enim Bud. e Pand. Διατετιμημένον πρᾶγμα pro Æstimatum. [|| Forma media, quam modo ex Hesychio et Suida attulimus, Diodor. 4, 21 : Διατιμησάμενος τὴν ἰδίαν οὐσίαν· 16, 29 : Διετιμήσαντο τὸ ἀδίκημα ταλάντων πεντακοσίων. Joseph. A. J. 13, 9, 2 : Ἵνα τὴν χώραν διατιμήσωνται. Jo. Malal. p. 341, 4.]

Διατίμησις, εως, ἡ, Æstimatio, Bud. : ut litis, inquit. [Vel rei venalis, ut ap. Athen. 6, p. 274, E : Ὁ δὲ Μούκιος παρὰ τῶν εὐχρηστουμένων ὑπ' αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτὸν τύπον ἐποιεῖτο τὴν διατίμησιν. Theophil. Instit. 1, 6, 107, p. 65 : Εἰς τὴν τοῦ οἰκέτου διατίμησιν.]

[Διατιμητὴς, ὁ, Æstimator, Gl. Διατιμηταὶ, Pretiorum æstimatores, in Novella Justin. 64, 1. Ducang.]

Διατιμητικὸς, ἡ, ὸν, exp. Indicatorius, Indicandi vim habens. Intelligo autem Indico hic pro Æstimo, Rei venali pretium constituo. Qua in signif. frequens est ap. Plautum in primis. [Suidæ δοκιμαστικός. Quod Osannus ex Lex. Ms. Knobelsdorfiano affert Διατιμητικῶς, δοκιμαστικῶς, vereor ne librarii error sit, ex Suida corrigendus. G. Dind.]

[Διάτιμος, ὁ, Diatimus, Limyræ episcopus ap. Basil. M. vol. 3, p. 331, C. Diatimi nomen alibi non vidi : usitatum est Diotimi. Conf. Διαφάνης. G. Dind.]

Διατινάσσω, Discutio, Quassu disjicio. Exp. etiam simpliciter Quatio, Vibro, afferturque ex Eur. [Iph. T. 282 : Κάρα διετίναξ' ἄνω κάτω· Bacch. 606 : Βακχίου διατινάξαντος δῶμα· 587 : Τὰ Πενθέως μέλαθρα διατινάξεται πεσήμασιν. Alciphro 2, 4 : Διατινάσσουσα καὶ σοβοῦσα ταῖς χερσὶν ἐμαυτῆς τὴν ἐπιστολήν. Hierocl. ap. Stob. Flor. vol. 3, p. 191 : Διατινάξαι στρώματα, Succutere stragula.]

Διατινθαλέος, ὁ, ἡ, Hesychio διάπυρος, Ignitus, Candens : ut et schol. Aristoph. διατινθαλέῳ exp. διαθέρμῳ, Calido s. Fervido, Vesp. [329] : Ἤ με κεραυνῷ διατινθαλέῳ σπόδισον ταχέως.

Διατιτράω, et Διατιτραίνω sive Διατετραίνω, Perforo, Perterebro, Pertundo, Terebra trajicio, perfodio, pertundo, Foramine pervium reddo. Διατιτραίνω affertur e Theophr. C. Pl. 1, 11 [17, 9 : Ἐπὶ τῶν ἀμυγδαλῶν καὶ ὅλως τῶν διατιτραινομένων καὶ κολαζομένων]. Ex Herodoto autem διατετρανέοις Perforares, Perforare posses. [3, 12, de capitibus Persarum in pugna occisorum : Εἰ θέλεις ψήφῳ μούνῃ βαλέειν, διατετρανέεις. Forma media Aristoph. Thesm. 18 : Δίκην δὲ χοάνης ὦτα διετετρήνατο. || Διατιτράω. Suidas : Διατιτρᾶν, διατρυπᾶν. « Ἐς τὰ ἀποκρημνότατα ἄνω διατιτράντες· » καὶ αὖθις « Μαχαιριδίοις διατιτρᾶν τοὺς ἀσκούς. » Appian. Pun. 8, 122 : Διετίτρη πρύμνας. Dio Cass. 69, 12 : Διατιτράντες τὰς ὑπογείους ὁδούς. Galen. vol. 13, p. 870 : Τὸν ἕνα τοῖχον διετίτρα· vol. 4, p. 516 : Διατιτρωμένων τῶν ... ὀστῶν. Infin. Διατιτράναι eadem pag. Aor. Διέτρησα, ib. p. 515 : Διέτρησε ταύτην ὀπαῖς διαμπερέσι. Ælian. N. A. 9, 17 : Εἴ γε παίοις λίθῳ, οὐκ ἂν διατρήσαις αὐτά. Διατετρημένοι Phot. Lex. p. 238, 9. Διατρηθῆναι Basil. M. Hexaem. 5, p. 63 ed. Paris. : Διατρηθεῖσαι τὸ πρὸς τῇ ῥίζῃ στέλεχος. Et glossator cod. Paris. ap. Brunck. ad Soph. OEd. T. 1037.] Διατρήνω, ex Oppiano affertur pro Dissipo, Confringo. Sed videndum ne sit aor. 1 conjunct., a th. διατραίνω posito pro διατιτραίνω, Perforo, Perterebro. [Cyneg. 2, 554 : Κείνω μὲν χαλκόν τε διατρήνειεν ὀρούσας. Emendatum διατρήσειεν ex codd. G. D. Part. aor. act. Ptol. Alm. t. 2, p. 93, 24 Halm. : Διατρήσαντες μέσον κατὰ διάμετρον. Hase.]

[Διατιτρώσκω, Vulnero. Hippocr. p. 759, E : Κατατέμνειν χρὴ ὁμαλῶς καὶ διαλεπτύνειν μὴ διατιτρώσκοντα. Dio Cass. 63, 3 : Δύο ταύρους μιᾷ ἅμα βολῇ ... διέτρωσε καὶ ἀπέκτεινε. « Jo. Chrysost. Eclog. p. 211 ed. Matth. » Boisson. Pass. Joseph. Bell. Jud. 6, 3, 1 : Ἐπιπολὺ μὲν ἀντέσχον διατιτρωσκόμενοι. Hase.]

Διατλάω, s. Διάτλημι, Perpetior, Perfero. [Hesych. : Διατλὰς, ὑπομείνας, καρτερήσας, κακοπαθήσας. Quod

A Wakef. ex Heraclit. De incred. c. 21 attulit διατλήσας corruptum est ex διαθλήσας. G. Dind.]

[Διατμίω, In vaporem abeo. Hippocr. p. 505, 9 : Τὸ δὲ δι' αὐτῆς διατμίει ἔξω. Scott.]

Διατμήσσω, sive Διατμήγω, i. q. διατέμνω, Disseco, Discindo, Sectione dirimo, distraho. Metaph. plerumque, Hom. Il. Φ, [3] : Ἔνθα διατμήξας τοὺς μὲν πεδίονδ' ἐδίωκε, i. e. διατεμὼν, εἰς δύο χωρίσας, Eos disjectos et dispersos a se per campum fugavit. Alibi [Od. E, 409] λαῖτμα διατμήξας, pro eo quod sæpius ap. Hom. legitur λαῖτμα διαπρήσας, Æquor sulcans et carina findens, Æquor carina secans et trajiciens. [Callim. fr. 48 : Χῶρι διατμήγουσι· 115 : Ἔρχεται πολὺς μὲν Αἰγαῖον διατμήξας ἀπ' οἰνηρῆς Χίου. Theocr. 8, 24 : Ἐπεὶ κάλαμός γε διασχισθεὶς διέτμαξεν. Apoll. Rh. 3, 1047 : Ἔνθ' οὐκ ἄν σε διατμήξειαν ἀκωκαὶ γηγενέων ἀνδρῶν. Cum tmesi Maneth. 2, 75 : Κεῖται δὲ τμήγων μέσσον διὰ Καρκίνον αὐτήν. Aretæus p. 5, 2 : Διατμῆξαι τὸν ἄνθρωπον. Scriptor Christianus ap. Suidam s. v. Ὑμνῆ : Ὁ τοῦ φωτὸς διατμήξας τὸ πρωτόγονον χάος. Hesych. : Διατμήξας, λεπτύνας, ἀφανίσας, διελὼν, διασπάσας, διακόψας. B Aorist. 2 Διέτμαγον. Homer. Od. H, 276 : Αὐτὰρ ἔγωγε νηχόμενος τόδε λαῖτμα διέτμαγον. Oppian. Hal. 3, 146 : Αἶψα δὲ μέσσην ὁρμιὴν ὑπ' ὀδοῦσι διέτμαγον. Apud Apoll. Rh. 3, 343 : Λάβρον ὕδωρ πνοιή τε διέτμαγεν, etsi διέτμαγεν tertia esse potest persona singularis, probabilius tamen videtur hic quoque διέτμαγον corrigi.] Media voce, signif. activa, Apoll. Rh. [1, 628], Διατμήξασθαι ἀρούρας, Arva findere s. proscindere aratro. E pass. autem voce est aor. 2 Διέτμαγεν pro διετμάγησαν, Discissi s. Dissecti s. Disjuncti et divisi sunt, A se invicem discessere, διεχωρίσθησαν : quo Hom. aliquoties utitur, ut Il. A, [531] : Τώγ' ὣς βουλεύσαντε διέτμαγεν· H, [302] : Οἳ δ' αὖτ' ἐν φιλότητι διέτμαγεν ἀρθμήσαντε, Separati a se invicem sunt, Discessere, unanimes et concordes. Ubi nota hunc usum verbi διατμήσσεσθαι pro Disjungi et discedere a se : ut διατμήσσειν ponitur pro Separare, Disjungere, s. Disjicere, διασκεδαννύειν. [Sæpius in διέτμαγον corruptum, ut in libris pluribus Il. A, 531 (ubi schol., αἱ πᾶσαι διὰ τοῦ ε διέτμαγεν, cujus similis est annotatio ad H, 354) et ap. Apoll. Rh. 3, 1147 : Μετὰ δ' C αὖτε διέτμαγεν, et 2, 298 : Ἅρπυιαί τ' Ἶρίς τε διέτμαγεν, ex emend. Heynii ad Hom. vol. 4, p. 143. Hesych. : Διέτμαγεν, ἐχωρίσθησαν, δυϊκῶς· καὶ τὸ διέτμαγον.]

[Διατμητέον, Decidendum, Gl.]

[Διατμητὸς, Prosectus, Gl.]

[Διατμίζω, In vaporem resolvo, Perspiro. Aristot. Meteor. 1, 7 : Διαλύεσθαι τὸ διατμίζον ὑγρόν· 2, 1 : Τὸ διατμίσαν. Aretæus p. 77, 45 : Διητμίσθη τὸ ξύμπαν σκῆνος. Plut. Mor. p. 624, D : Τὸ ὑγρὸν κατασπῶσιν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς διατμιζόμενον· 695, C : Ἱδρῶτα δροσώδη διατμίζει. Diog. L. 2, 8 : Διατμισθέντων ὑπὸ τοῦ ἡλίου τῶν ὑγρῶν.]

[Διατοιχέω.] Ἀνατοιχέω et Διατοιχέω, Modo in hoc, modo in illud navis latus jactor, ut fit in tempestate. Ambo ap. Polluc. leguntur 1, [114] sed sine expositione : tantum monet in sermone utendum esse posteriore διατοιχέω, quoniam prius est ἰδιωτικόν : quod et Phrynichus annotavit. Apud Suid. vero tantum διατοιχεῖ, quod exp. ποτὲ μὲν ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ τοίχου τοῦ D πλοίου, ποτὲ δὲ ἐπὶ τοῦ ἀριστεροῦ γίνεται. [Phryn. Ecl. p. 161 : Ἀνατοιχεῖν μὴ λέγε, ἀλλὰ διατοιχεῖν. Ubi Lobeck. : « In Bekk. An. p. 34 idem Phryn. paulo copiosius : Διατοιχεῖν, τὸ εἰς τὸν ἕτερον τοῖχον τῆς νεὼς διαβαίνειν ἐν τῷ πλοίῳ (f. ἐν τῷ πλῷ), ὅπερ οἱ ἰδιῶται ἀντιτοιχεῖν λέγουσιν. Sed ἀνατοιχεῖν veriorem esse scripturam exx. docent, quorum præsidio ἀντιτοιχεῖν caret. Quanquam autem neutrum horum verborum crebro usu tritum est, tamen, quid veteres probarint, non obscurum esse potest. Antiatt. Bekk. p. 89 : Διατοιχεῖν, ἀντὶ τοῦ ἀνατοιχεῖν. Εὔβουλος Καταχολλωμένῳ. Aristid. vol. 1, p. 462, 21 : Καὶ μὴ, τὸ τῶν πλεόντων, μεταστρέψαι πρὸς τὸν ἐλάττω, διατοιχοῦντας ἀεί. »]

Διάτοιχοι, Hesychio sunt οἱ ἀπὸ τοίχου ἐπὶ τοῖχον, A pariete ad parietem pertinentes. [Si recte ita scriptum, διάτοιχον parietem dicit qui duos parietes inter se conjungit. Simile compositum est διάχωροι. G. Dindorf.]

[Διατομὴ, ἡ, Dissectio, Divisio, (Incisura, Gl.). Ælian. N. A. 1, 31 : Ὀνύχων ἀκμαῖς καὶ ὀδόντων διατομαῖς θαρροῦσι· 13, 20 : Ἔνθα τοι καὶ ἡ Πέρσου φαίνεται διατομὴ, ᾗ διέτεμε τὸν Ἄθω. Glossator Diodori 3, 20 αὐλῶνας interpretatur διατομὰς αὐλοειδεῖς. || Dissidium. Æsch. Sept. c. Th. 935 : Διατομαῖς οὐ φίλαις.]

[Διατομῆται, οἱ, dicti Hæretici Ariani apud auctorem De initiis hæreseon n. 69, quem consule. Ducang. Quem v. etiam in Append. p. 57.]

Διάτομος, ὁ, ἡ, Dissectus, Discissus, Sectione dividuus, Æqua portione dividuus, Æqua portione divisus s. dissectus : ut quum Martianus Capella διάτομον σελήνην vocat, quam alii διχότομον, ut in eo vocab. docebo, afferens tam ipsius Martiani quam Plinii verba, quibuscum conferenda hæc Amm. Marcellini 20 : Et quum ad idem signum æquis partibus soli concurrerit luna, obscuratur penitus hebetato candore : Græce μήνη σύνοδος. Nasci autem putatur, quum parva declinatione velut a perpendiculo supererectum gerit solem. Exortus vero ejus adhuc gracilescens primitus mortalitati videtur, quum ad secundum relicto sole B migrarit signum. Progressa itaque porrectius, jamque abunde nitens cornutæ habitu, μηνοειδὴς est appellata : quum autem a sole longo cœperit interstitio summoveri, et ad quintum pervenerit signum, radiis ejus ad se conversis, majus concipit lumen, et fit Græco sermone διχότομος, quæ forma semiorbem ostendit. Procedens deinde, jam disjunctissimo signo arrepto, figuram monstrat ἀμφικύρτου, utrimque prominentibus gibbis. E regione vero quum normaliter steterit, contra lumine pleno fulgebit, domicilium septimi retinens signi. Et in eodem tum etiam agens, paululumque progressa, minuitur : quem habitum vocamus πανσέληνον : atque easdem formas repetit senescendo. Ubi rursum nota Μηνοειδὴς, et Διχότομος, et Ἀμφίκυρτος, et Πανσέληνος : nec non Μήνη σύνοδος, quæ ab Julio Firmico dicitur Συνοδική : quod tempus nonnulli Interlunium vocant, Varro Intermenstruum, Plin. Lunam intermenstruam et Intermestrem. Et tunc in coitu esse dicitur ac silere (unde ap. Virg. : Tacitæ per amica silentia lunæ), efficereque noctes C illunes, quas ἀσελήνους νύκτας appellant Græci.

[Διατόναιον. V. Διατόνιον.]

[Διατονέω, Torpeo, Deficio. Joseph. Genes. p. 43, A : Ὡς δὲ τὰ τῆς σωτηρίας Θεοκτίστῳ ἐν τῇ δυνάμει τοῦ βοηθοῦ διητόνει. G. D. || Lectio vitiosa. V. Διτονέω.]

[Διατονθορύζω, Murmuro. Dio Cass. 73, 8 : Φοβερόν τι διετονθόρυσαν, ubi var. lect. διεθορύβησαν.]

[Διατονικός. Διατονικῶς. V. Διάτονος.]

[Διατόνιον, τό.] Διατόνια dicuntur Circuli, Annuli, κρίκοι, Hesych. Sic Exod. 35, [10] : Τὰ διατόνια καὶ τοὺς μοχλούς. [Cyrill. : Τὰ διατόνια, τοὺς κριχέλλους. Callixen. ap. Athen. 5, p. 205, F : Διατοναία δὲ τοξοειδεῖ διὰ ποσοῦ τινος ἐνετέτακτο διαστήματος, ἐφ' ὧν αὐλαῖαι κατὰ τὸν ἀνάπλουν ἁλουργεῖς ἐνεπετάννυντο. Recte, ut videtur, Casaub., Διατόναια (sive διατόνια) δὲ τοξοειδῆ ... ἐνετέτατο.]

Διάτονος, ὁ, ἡ, Distentus, Extentus, Contentus, Vehemens, Hesychio ὀξύτονος. [Theophr. C. Pl. 2, 3, 1 : Βελτίω δὲ καὶ τὰ ζεφύρια καὶ αἱ τροπαὶ καὶ ὅλως αἱ αὖραι τῶν σκληρῶν καὶ διατόνων. De voce Eunap. D p. 72 Boiss. : Ἐμβοήσαντος αὐτῷ τοῦ διδασκάλου σφοδρόν τε (τι?) καὶ διάτονον· nisi, quæ Wyttenbachii conjectura est, διάτορον scripsit. Hesychii verba in codice sic sunt scripta : Διάτονον, ἐξάκουστον. Διάτορον, ὀξύτονον· καὶ στύραξ, ubi Musurus ὀξύτονον et ἐξάκουστον transposuit. Qui aliorum gramm. verba s. v. Διάτορος afferenda comparaverit, probabilius, ut opinor, judicabit in unam hæc glossam conjungi, Διάτορον, ἐξάκουστον, ὀξύτονον· καὶ στύραξ, Διάτονον vel delendo vel sine interpretatione ponendo. G. D.] Item διάτονον ap. Musicos est Modulationis genus quoddam, de quo Vitruv. 5, 4 : ubi quum tria modulationis genera ap. Græcos esse dixisset, ἁρμονίαν, χρῶμα, διάτονον, subjungit aliquanto post, Diatonos vero modulatio, quod naturalis est, facilior est intervallorum distantia. Ibid. : Diatoni duo sunt continuati toni, tertium hemitonium finit tetrachordi magnitudinem. Et Macrob. Comm. in Somn. Scip. 2, 4 : Quum sint melodiæ musicæ tria genera, enharmonion, diatonon, et chromaticon; primum quidem propter nimiam sui

difficultatem ab usu recessit, tertium vero est infame mollitie : unde medium, i. e. diatonon, mundanæ musicæ doctrina Platonis ascribitur. Meminit ejusdem Martian. Capella l. 9, in cap. de sonis, ubi inter alia : Ergo enharmonius, chromaticus, itemque diatonus (quam extentam dicimus), indicia sunt generum modulandi. Et in cap. de generib. tetrachordorum, Genera modulandi, inquit, sunt tria, ἐναρμόνιον, χρῶμα, διάτονον. Enharmonion quidem dicitur, quod pluribus spatiis et angustioribus separatur; diatonon vero, quod tonis copiosum; chroma, quod de hemitoniis componitur. Et mox, At vero diatonon ipsis contentum sonis, in acumen quidem ita accipiet modulationem, ut per hemitonium et tonum, modum integrum compleat. Aliquanto post, Diatonicæ duæ, altera mollis, altera robusta. Idem et tropos diatonos constituit, Latine vocans Extentos : ut in cap. de tropis, Quartus tropus dicitur ὑπάτων διάτονος, i. e. Principalium extenta. Et mox, Septimus, μέσων διάτονος, Mediarum extenta. Meminit ejusd. et Plut. De musica [p. 1134, F], ubi quum dixisset Olympum a Musicis putari esse inventorem generis ἐναρμονίου (ante eum enim omnia fuisse διάτονα et χρωματικά), subjungit, ita putari ab eo inventum id genus, ἀναστρεφόμενον τὸν Ὄλυμπον ἐν τῷ διατόνῳ, καὶ διαβιβάζοντα τὸ μέλος πολλάκις ἐπὶ τὴν διάτονον παρυπάτην, τοτὲ μὲν ἀπὸ τῆς παραμέσης, τοτὲ δὲ ἀπὸ τῆς μέσης· καὶ παραλαβόντα τὴν διάτονον λιχανὸν, καταμαθεῖν τὸ κάλλος τοῦ ἤθους. [Conf. Clem. Al. Strom. 1, p. 363. Dionys. De comp. verb. p. 130, 6 R. : Ἐάν τ' ἐναρμονίους ἐάν τε χρωματικὰς ἐάν τε διατόνους ὑπόθωνται μελῳδίας· et 132. Τὸ διάτονον ib. p. 62, 10. Διάτονον μέλος Alciphr. 1, 18. || Adj. Διατονικὸς, ἡ, όν. Τὸ διατονικὸν γένος ap. Aristid. Quintil. p. 111, Nicomach. Harm. p. 13, 14, 20, 22, 24, 25, 26. Διατονικὸν εἶδος τῆς μουσικῆς Philo vol. 1, p. 321, 13, Damascius ap. Suid. v. Κηροῦ. Διατονικὰ μέλη Iamblich. V. P. 15, p. 132. || Adverb. Διατονικῶς ap. Nicomach. p. 21.] || Item lapides quidam in structuris διάτονοι nominantur : de quibus Vitr. 2, 8 [p. 51 Schn.] : Præter cetera interponunt singulos perpetua crassitudine, utraque parte frontatos, quos διατόνους appellant, qui maxime religando confirmant parietum soliditatem. [Trabs media ædium, ap. Hesych. : Μέλαθρα, οἰκίαι, ὑπέρθυρα· δοκὸς δὲ καὶ ἡ διάτονος. Hanc alii ὑπέρτονον vocant, quod v. « Διάτονος, Intentiva, Gl. Harmenopul. 2, 4, 52 : Διατόνοις ἀσφαλίζεσθαι τὰς δοκοὺς ἢ μητριδέοις. V. Bernardin. Balbum ad Vitruvium. » Ducang.]

[Διατονόω, Extendo. Pallad. De febr. p. 40 : Χασμῶνται ... οἱ νοσοῦντες καὶ διατονοῦνται. Weigel. Forma vitiosa pro διατείνονται.]

[Διατοξεύσιμος, ὁ, ἡ, Sagitta penetrabilis. Plut. V. Luculli c. 28 : Συναιρήσειν τὴν διατοξεύσιμον χώραν τῷ τάχει τῆς ἐπαγωγῆς. Figurate de fama pervagata Nicet. Chon. Ann. p. 179, D : Ἤδη γὰρ ἡ φήμη ... εὐστόμει τὴν ἀπόδρασιν τοῦ ἀνδρὸς καὶ πολλαχῇ ἐτίθει διατοξεύσιμον.]

Διατοξεύω, Sagitta penetro s. trajicio, Sagittam mitto per. E Xenoph. affertur pro Jaculor, Telum vibro. [Cyrop. 1, 4, 4 : Ἀναπηδῶν ἐπὶ τοὺς ἵππους ἢ διακοντιζόμενος ἢ διατοξευσόμενος ἀπὸ τῶν ἵππων· ubi significat Sagittando certare. Sic Dio Chrys. vol. 1, p. 353 : Ἀλέξανδρος ἀποθνήσκει Φιλοκτήτῃ διατοξευόμενος. Parthen. c. 4 : Διατοξευόμενος Φιλοκτήτῃ τιτρώσκεται. || Figurate Heliodor. 5, 32, p. 258 : Λόγον ἐπίκουρον τῷ Θεαγένει διετόξευσεν.]

Διατόρευμα, τὸ, i. et ipsum significans q. τόρευμα, Opus tornatile; item Tornatura : 3 Reg. 7, [31] : Ἐπὶ τοῦ στόματος αὐτοῦ διατορεύματα. [Al. vitiose διαπορεύματα.] Ubi Hebr. textus Versio habet, In angulis columnarum variæ cælaturæ erant.

Διατορεύω i. q. simplex τορεύω. [Aq. et Theod. Reg. 1, 6, 18 : Διατετορευμένα. Philo vol. 1, p. 105, 3 : Ὁ γὰρ ζωοπλάστης θεὸς ἐπίσταται τὰ ἑαυτοῦ καλῶς δημιουργήματα καὶ πρὶν αὐτὰ εἰς ἄκρον διατορεῦσαι. Ælian. V. H. 14, 7 : Ἐκ τῶν γυμνασίων οἱονεὶ διαγλυφέντες καὶ διατορευθέντες. Conf. Διατορνεύω. Διατορεῦσαι in versu corrupto Sophoclis ap. Polluc. 10, 34, ubi aliud verbum, fortasse διατορῆσαι, requiri animadversum est.]

Διατορέω, Perterebro, Perforo, i. q. simplex, nisi quod præp. aliquo modo intendit signif. Apud Suid.

A ex incerto auctore : Δύο δὲ τῶν ὀρυγμάτων ὑπόβρυχα καὶ κατωτέρω τοῦ χάρακος διατορηθῆναι. Ubi διατορηθῆναι ipse exp. διακοπῆναι, διατρυπηθῆναι.

[Διατορία. V. Διακτορία.]

[Διατορνεύω, Torno. Liban. vol. 4, p. 1071, 26 : Εἶδον καὶ χείλη καὶ νῦν λειποθυμῶ πρὸς τὴν ἔκφρασιν· γυρόθεν γὰρ ἡ λευκότης θαυμασίως πρὸς τὸ φοίνιγμα διετόρνευσε. Schol. Æsch. Prom. 76 : Διατόρους πέδας, τὰς διατετορνευμένας. Sed recte Schneid. διατετορευμένας corrigit. Plut. Mor. p. 1083, F : Διατορνεύειν ἐν σησάμῳ γράμμασιν ἔπη τῶν Ὁμήρου, ubi διατορεύειν posuit Wyttenb. in indice.]

Διάτορος, ὁ, ἡ, Penetrans [Æsch. Prom. 76 : Ἐρρωμένως νῦν θεῖνε διατόρους πέδας. Schol. τὰς διαπειρούσας καὶ τιτρωσκούσας. 181 : Ἐμὰς δὲ φρένας ἐρέθισε διάτορος φόβος], etiam Trajectus, Sophocl. Œd. T. p. 194 [1034] : Λύω σ' ἔχοντα διατόρους ποδοῖν ἀκμάς· pastor enim ejus τένοντα τὸν περὶ σφυρὸν τετρήνας, suspenderat ipsum ex arbore, i. e. quum nervum illum crassum, qui inter talos et calcem est, reste trajecisset. Item B vox διάτορος dicitur Quæ aures penetrat tono suo acuto, Firma et vehemens : ut Suid. quoque διάτορον exp. ἐξάκουστον, ὀξύτερον, μεγαλόφωνον. [Æsch. Eum. 567 : Διάτορος Τυρσηνικὴ σάλπιγξ. Ælian. V. H. 2, 44 : Παρορμητικὸν ἐμπνεῦσαι μέλος διάτορόν τε.] Quo pertinet hoc incerti auctoris [Luciani Gallo c. 1, ubi schol. exp. ὀξύτονον], Διάτορόν τι καὶ γεγωνὸς ἀναβοήσας. Et hoc Plut. [Mor. p. 303, E] : Φθεγγομένων μέγα τι καὶ διάτορον. Rursum Suid. διατορώτατον exp. τρανώτατον [τρανότατον], Clarissimum, Maxime perspicuum. Quo modo et τορὸν accipitur. [|| Hesych. : Διάτορον, ἐξάκουστον, καὶ στύραξ, Cuspis in ima hasta. Similiter Etymol. M. p. 269, 28 : Διάτορον, ὀξύτονον, ὀξύηχον, σαφές. Λέγεται καὶ στύραξ.]

[Διατόρως, q. d. Penetranter. V. Διάκτωρ.]

[Διατραγῳδέω, Tragico more dico, Jacto. Librariorum errore legitur in libris quibusdam Demosth. p. 229, 18; 232, 22. Hesych. : Διακωμῳδῶ, διατραγῳδῶ.]

Διατράμις, Hesych. ὁ διεῤῥωγὼς τὴν τράμιν, i. e., inquit C Idem, τὸν ἀπὸ ὀσχέου ἐπὶ τὰ ἰσχία τόπον. Meminit Pollux quoque hujus voc., sed paulo aliter exponens; nam l. 2, titulo de lateribus et natibus [§ 184], quum dixisset τοὺς ἐνδεῶς πυγῶν ἔχοντας vocari λίσπους et ὑπολίσπους et λισποπύγους, subjungit, a Strattide, τὴν ὧδε ἔχουσαν nominari διατράμιν : innuens esse Depygem, Depressas nates habentem.

[Διάτρανος, ὁ, ἡ, Clarus. Timario in *Notices des Mss.* vol. 9, p. 213 : Λύγος ῥοώδης ὁμοῦ καὶ διάτρανος. Elberling.]

Διατρανόω, i. q. simplex τρανόω, Declaro, Planum facio, Explano. Nec non Illustro, [Divulgo,] Bud. [Hesych. : Διατρανοῦν, σαφηνίζειν. Τρανότερον διατρανοῦν idem s. v. Διευκρινεῖ. Iamblich. V. P. p. 258 : Τὸ γὰρ χρωματικὸν καὶ ἐναρμόνιον γένος αὖθίς ποτε ἐκ τοῦ αὐτοῦ διετράνωσεν. Vita Maximi Confess. vol. 1, p. IX : Βουλόμενος δ' ἱερὸς οὗτος ἀνὴρ καὶ μειζόνως διατρανῶσαι τὰ ἐκτεθέντα. Frequens ap. scriptores Byzantinos verbum. Niceph. Greg. p. 347, 11 : Τὸ σὸν διατρανοῦντες εἶεν μνημόσυνον ἐν πᾶσι τοῖς αὐτῶν ἑξελιγμοῖς· 355, 17. D Ὃ δὴ καὶ διετράνωσαν περιιόντες ἁπανταχῇ· 372, 19 : Τούτων οὕτω λεχθέντων καὶ οὕτω διατρανωθέντων. E Zachar. Mityl. Dial. p. 218, 1 indicat Boiss. G. Dind.]

[Διατράνωσις, εως, ἡ, Declaratio, Explicatio. Jo. Diac. in Hesiod. p. 456 ed. Gaisf. : Διατράνωσιν τῶν Ἡσιοδείων ῥημάτων. G. Dind.]

Διατρᾰχηλίζω, exp. Præcipito. Rectius, Præcipitando collum frango. Fortassis autem signif. etiam τὸν τράχηλον διελαύνω, Collum trajicio s. perfodio. [Plut. Mor. p. 501, D : Διατραχηλιζόμενος εἴς τι ναυάγιον φοβερόν.]

[Διατρᾱχύνω, Exaspero. Plutarch. Mor. p. 979, B : Ὅπως μὴ κατ' οὐρὰν προσφερομένου τοῦ πνεύματος ἡ λεπὶς ἀναπτυσσομένη λυπῇ τὸ σῶμα γυμνούμενον καὶ διατραχυνόμενον.]

[Διατρεμέω, Tranquillus sum. Arrian. Peripl. Ponti Eux. p. 6 ed. Huds. : Βοῤῥᾶς ἐπιπνεύσας ὀλίγος κατέστησε τὴν θάλατταν καὶ διατρεμῆσαι ἐποίησεν. Boiss.]

[Διατρεπτικὸς, ἡ, ὸν, Dehortatorius. Plut. Mor. p. 788, F : Ἔστω καὶ δοκείτω διατρεπτικὸς εἶναι λόγος.

‖ Adverb. Διατρεπτικῶς. Clem. Al. Strom. 2, p. 454 : A
Ἡ γραφὴ... δυσωπεῖ μὲν διατρεπτικώτατα ἕπεσθαι διδάσκουσα τῷ τὰς ἐντολὰς δεδωκότι θεῷ, Aptissime ad dissuadendum. Kall.]

Διατρέπω, i. propemodum q. ἀποτρέπω, Averto, s. Dissuadendo averto, Dehortando avoco et abstraho; nec non Pudore injecto deterreo, ut ap. Herodian. 1, [6, 20]: Διέτρεψε πρὸς ὀλίγον τὸ μειράκιον, Conatus adolescentis repressit injecto pudore : sc. εἰπών τινα εἰς προτροπὴν καὶ τὴν πρὸς τὰ κρείττονα ὁρμήν· quare subjungit, Αἰδεσθεὶς ὁ Κόμμοδος τὰ λεχθέντα. [Polyb. 2, 47, 8 : Τούς τε πολλοὺς τῶν Ἀχαιῶν διατρέψειν καταφεύγων ἐπὶ τοὺς ἐχθρούς· 5, 4, 10 : Τοὺς νεανίσκους διέτρεψαν τοῦ μὴ τελεσιουργῆσαι τὴν κατάληψιν τῆς πόλεως.] Itidemque διατρέπεσθαι est Pudefieri, Erubescere, ut ἐντρέπεσθαι et αἰδεῖσθαι. [Hippocr. p. 1159, H, et 1233, F : Οὐδὲν διετρέπετο, Nihil commovebatur. Dem. p. 798, 20 : Μηδὲ πώποθ' ὑπεῖξε μηδὲ διετράπη. Diodor. 17, 114 : Τῆς ... μητρὸς ... διὰ τὴν ἄγνοιαν προσκυνούσης τὸν Ἡφαιστίωνα ὡς ὄντα βασιλέα καὶ μετὰ τὴν ἐπίγνωσιν διατρεπομένης.] Plut. De def. orac. [p. 434, E] : Ὥστε B
καὶ τοὺς Ἐπικουρείους διατραπῆναι, Ut et Epicurei erubescerent. Idem non procul ab initio sui Περὶ δυσωπίας libelli [p. 529, C] : Ὅταν δὲ τρυφερῷ μέρει ψυχῆς καὶ ἁπαλῷ προσαγάγῃ λόγον, οἷόν ἐστι τὸ δυσωπούμενον καὶ διατρεπόμενον, εὐλαβεῖται μὴ λάθῃ τούτοις συναποκόψας τὸ αἰδούμενον. E Plut. Catone [min. c. 13] affertur pro Oculos avertere et aspicere nolle, vel non posse : ut Bud. p. 676 διετράπησαν interpr. non solum Pudore perfusi sunt, sed etiam Præ pudore faciem deflexerunt, ubi vide et alia exx. [Epictet. ap. Stob. Flor. 46, 86 : Μηδὲ ὄχλον ἀδίκως σε δυσωποῦντα διατραπῇς. Plut. V. Æmil. Pauli c. 20 : Τῶν δ' ἄλλων Ῥωμαίων διατρεπομένων (Declinantium) τὴν φάλαγγα προσβολὴν οὐκ ἔχουσαν.] Διατρέπω exp. etiam Confundo, Perturbo, Perterreo, Ad inopiam consilii redigo. Polyb. de tertia Annibalis et Pœnorum victoria [3, 86, 6] : Ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ, ἐπιγενομένης καὶ ταύτης τῆς περιπετείας, οὐ μόνον τὸ πλῆθος, ἀλλὰ καὶ τὴν σύγκλητον αὐτὴν συνέβη διατραπῆναι. Idem l. 3 : Εὐλαβούμενος μὴ διατέτραπται τὸ πλῆθος, Ne absterriti et conturbati C
fuissent, Bud. [3, 108, 3 : Διατετράφθαι καὶ προσδεῖσθαι παραινέσεως τοὺς πολλούς.]

Διατρέφω, Alo, Nutrio, Enutrio. Xenoph. [Mem. 2, 7, 6] : Ἀπὸ ἀρτοποιΐας οἰκίαν διατρέφει, Familiam alit e panificio. Est enim διατρέφειν ibi i. q. τρέφειν, ut Dem. [p. 1358] : Τὰ ἐπιτήδεια ταύτην ἐργασομένην καὶ τὴν οἰκίαν θρέψουσαν. [Araros ap. Athen. 6, p. 237, A : Ὁ δ' Ἰσχόμαχος ὁ διατρέφων σε τυγχάνει. Athen. 11, p. 506, F : Ἀγαπητῶς ἑαυτὸν διέτρεφεν ἐκ τῆς τέχνης. Hemst. Dio Cass. 63, 27 : Τό γε τέχνιον ἡμᾶς ἐκεῖ διαθρέψει· 76, 12 : Ταῖς ῥίζαις διατρέφονται.]

Διατρέχω, Discurro, Percurro, Curriculo pertranseo, Cursu emetior. [Antiphon p. 121, 36 : Ἀτρεμίζων καὶ μὴ διατρέχων. Aristoph. Pac. 536 : Γυναικῶν διατρεχουσῶν εἰς ἀγρόν. Ib. 838 : Διατρέχοντες ἀστέρες. (Conf. διάττοντες ἀστέρες, de quibus vid. s. v. Διάττω.) Xenoph. De ven. 3, 5 : Σχάσασαι (αἱ κύνες) τὴν οὐρὰν καὶ φράξασαι διατρέχουσι. Dicæarch. Stat. Græc. p. 10 ed. Huds. : Διατρέχουσι δέ τινες ἐν τῇ πόλει λογογράφοι σείοντες τοὺς ... εὐπόρους τῶν ξένων. Et impropr. ibid. D
p. 16 : Τοὺς μὲν οὖν ἄνδρας συμβαίνει τοιούτους εἶναι· διατρέχουσι δέ τινες ἐν αὐτοῖς ἀξιόλογοι μεγαλόψυχοι. « Hippocr. p. 553, 21 : Πολλοὶ δὲ διατρέχουσι καὶ εἰς τὰς εἰκοσιτέσσαρας, Multi etiam ad vigesimum quartum diem perveniunt. Quod ib. 54 διαφέρουσι ἕως ... dicitur. » Foes.] Herodian. 4, [15, 14] : Πρὸς τὸ διατρέχειν ἐνεποδίζοντο, Impediebantur quominus discurrere possent; seu, ut Polit. vertit, Liber pugnantibus cursus non erat. Id. 3, [14, 10] : Μάλιστα δὲ γεφύραις διαλαμβάνειν ἐπειρᾶτο τὰ ἑλώδη χωρία· ὡς ἂν ἐπ' ἀσφαλοῦς βαίνοντες οἱ στρατιῶται, ῥᾳδίως αὐτὰ διατρέχοιεν. Fut. facit non solum διαθρέξω [διαθρέξομαι], sed etiam διαδραμῶ [διαδραμοῦμαι], tanquam a verbo Διαδρέμω : unde aor. 2 διέδραμον : ut ap. [Plat. Phædr. p. 237, A : Ἵν' ὅτι τάχιστα διαδράμω τὸν λόγον· Leg. 7, p. 802, A : Ἅπαντα τὸν βίον διαδραμών.] Herodian. [3, 2, 13] : Ὡς δὲ διέδραμε φήμη τῆς Σεβήρου νίκης, Postquam fama divulgata est de Severi victoria; s. Divulgata percurrit omnes regiones. Itidemque 1, [15, 2], et 2, [2, 5] et 4, [11, 2] : Διαδραμούσης δὲ φήμης, Didita et evulgata fama, Quum rumor iste evagatus esset. Id. 2, [6, 5] : Μιᾶς δήπου καὶ δευτέρας ἡμέρας διαδραμούσης, Elapso die uno et altero, Quum dies unus et alter præteriisset, abiisset. [Joann. Malalas p. 129, 19 : Ὀλίγων δὲ ἡμερῶν διαδραμουσῶν· 429, 7 : Τῶν διαδραμόντων χρόνων.] Item cum accus. rei, Thuc. 2, [25] : Διαδραμὼν τὸ τῶν Ἀθηναίων στρατόπεδον, Peragrato et percurso Atheniensium exercitu. Xen. [Mem. 2, 1, 31] : Τὰ ἡδέα ἐν τῇ νεότητι, διαδραμόντες, Qui quæ in juventute jucunda sunt, percurrerunt; vel etaim Persecuti sunt, ut quidem nonnulli interpretandum censent. [Rarior aor. 1 usus. Διαθρέξασα Callim. L. P. 23; διαθρέξωμεν Paulus Sil. in Anth. Pal. 5, 226.]

Διατρέω, Intremisco, Perterresco; Tremefactus s. Perterrefactus diffugio, ut Hom. Il. Λ, [486] : Τρῶες δὲ διέτρεσαν ἄλλυδις ἄλλος. Cui simile ex. habes in Τρέω, sed in eo tmesis est. [P, 729 : Διά τ' ἔτρεσαν ἄλλυδις ἄλλος. Plut. Mor. p. 343, E : Διέτρεσαν καὶ ἀνεχώρησαν· V. Marcelli c. 29 : Τῶν Τυρρηνῶν διατρεσάντων. Hesych. : Διέτρεσαν, διέφυγον, ηὐλαβήθησαν.]

[Διάτρημα, τό, Foramen. Schol. Luciani vol. 1, p. 579 et 597 : Διά τινος διατρήματος παρεῖχον τῷ ὕδατι ἔκροιαν. Schæf. Schneideri conjecturam quandam v. s. Διάρημα.]

Διάτρησις, εως, ἡ, Perforatio, Pertusio. Pro Foramine affertur ex Herod. [Hippocr. p. 412, 32 : Στερεώτερον τὸ σῶμα καὶ στενωτέρας διατρήσιας ἔχει. Galen. vol. 4, p. 522 : Διττὰς διατρήσεις ἀνίσους. Suid. : Ὀπή... ἡ διάτρησις. Anna Comn. 13, p. 383, B. Corruptum ex διάθρησις v. s. hoc v.]

Διάτρητος, ὁ, ἡ, Perforatus, Perterebratus, Foraminibus pertusus. Damascen. : Ὅθεν πᾶσα ἡ γῆ διάτρητός ἐστι καὶ ὑπονόμους ὥσπερ τινὰς φλέβας ἔχουσα. ‖ Exp. etiam Tornatilis, Torno factus; affertur que διάτρητοι κύλικες, pro Calices cælati et tornatiles, Lat. Toreumata. Sed videant hujus expos. auctores, ne pro Cælatis et tornatis eleganter calicibus, potius dicere debuerint Pertusi et fracti. [Martial. 12, 71 : « O quantum diatreta valent! » Ulpian. Digest. 9, 2, leg. 27 : « Si calicem diatretum faciendum dedisti. » ‖ « Διάτρητος, Fenestra cancellata. Procop. Gaz. in Reg. 4, 1 : Εἰς τὸ δικτυωτὸν ὑπερῷον. Οἶκος ἦν θερινὸς πολλὰς ἔχων φωταγωγοὺς δικτυοειδεῖς, ἃς διατρήτους ὀνομάζουσιν οἱ πολλοί. » Ducang. Eadem leguntur ap. Theodoret. vol. 1, p. 513.]

[Διατριβάζομαι, Moror, Moram facio. Achm. Onirocr. p. 196, 13 : Διετριβάζετο εἰς τὴν κατάστρωσιν αὐτοῦ (tapetis). Hase.]

Διατρῐβή, ἡ, quod ipsam τοῦ διατρίβειν actionem signif. : veluti quum dicitur διατριβὴ τοῦ χρόνου pro διατρίβειν τὸν χρόνον, Terere s. Consumere tempus, vel etiam Mora, Extractio temporis in longum, et procrastinatio. Thuc. 3, p. 94 [c. 38] : Τῶν προθέντων αὖθις περὶ Μιτυληναίων λέγειν, καὶ χρόνου διατριβὴν ἐμποιησάντων, Quique in causa sunt cur tempus teratur et mora interjiciatur. Herodian. 3, [14, 9] : Διατριβὰς χρόνου ποιῶν, Moras de industria nectens. Aliquando omittitur ille gen. χρόνου, et tamen signif. Temporis in longum extractionem, i. e. Procrastinationem et moram. Thuc. 8, p. 267 [c. 9] : Διατριβῆς ἐγγινομένης· quemadmodum et Herodian. 6, [7, 24] dicit, Διατριβῆς ματαίας ἐγγινομένης, Quum viderent se frustra tempus terere. Idemque rursum 3, [14, 20] : Ἅπερ πάντα Ῥωμαίοις ὄντα ἐναντία, πλείονα παρέσχε τῷ πολέμῳ τὴν διατριβήν, Quæ omnia Romanis adversa moram bello afferebant. Cui l. adde hunc Æschin. [p. 78] : Εἰ μὲν γὰρ ἠρνεῖτο μὴ δειλὸς εἶναι, ἢ ὑμεῖς μὴ συνῄδειτε αὐτῷ, διατριβὴν ὁ λόγος ἄν μοι παρέσχεν, i. e. διέτριβον ἂν λέγων πλείω περὶ τούτων, Diutius in his commemorandis immorarer. Et Plut. Pericle [c. 12] dicit, Πολυτέχνους ὑποθέσεις ἔργων διατριβὴν ἐχόντων, Quæ multi temporis sunt et multa opera indigent, In quibus diu immorari et magnam adhibere diligentiam oportet. Ex Ejusd. Lycurgo, Διατριβὴν σχῇ πολλήν, affertur pro Retardetur. [Διατριβὰς ἐμβαλεῖν, id. V. Nic. c. 20.] Nisi malis, Moram afferat, Retardet : ut Lucian. [Dial. mar. 6, 2] : Τοῦτο πολλὴν ἔχει τὴν διατριβήν, Multum temporis ea in re terere necesse

est. Et contra idem Lucian. in Hermotim. [c. 54]: Πάνυ ῥᾴδιον, καὶ οὐ πολλῆς διατριβῆς δεόμενον, Admodum facile, et in quo diu immorari opus non est. Item διατριβὴν ποιεῖσθαι τῆς μελλήσεως, e Plat. De LL. [4, p. 723, D.] Isocr. vero sine illo gen. μελλήσεως dixit in Panath. [p. 281, C]: Τούτων δὲ γνωσθέντων, οὐδεμίαν διατριβὴν ἐποιησάμην, Nihil sum cunctatus, nec moratus. Et Paneg. [p. 75, A]: Διὸ δεῖ σπεύδειν, καὶ μηδεμίαν ποιεῖσθαι διατριβήν. Interdum vero διατριβὴν ποιεῖσθαί τινι dicitur pro διατρίβειν τι, i. e. Moram afferre, Producere in longum, Athen. [10, p. 426, D], ex Alexide, Ὅμως δὲ ταύτην ἐκπιὼν λέγε τι, καὶ διατριβήν γε τῷ πότῳ ποιῶμεν. Cui subjunge hunc l. Alexidis ap. Eund. [14, p. 642, C]: Ὁ πρῶτος εὑρὼν, κομψὸς ἦν, τραγήματα· Τοῦ συμποσίου γὰρ διατριβὴν ἐξεῦρέ πως, Nam invenit quomodo in conviviis tempus teri queat. [Soph. ap. Eust. p. 228, de Palamede: Χρόνου δὲ διατριβὰς σοφωτάτας ἐφεῦρε.] Item aliquis dicitur διατριβὴν παρέχειν, i. e. Subministrare ei quo tempus terat; aut etiam tempus fallat. [Aristoph. Plut. 923: Προβατίου βίον λέγεις, εἰ μὴ φανεῖται διατριβή τις τῷ βίῳ· ubi præcedit ζῆν ἀργός.] (Tunc autem idem sonabit et eadem forma dictum erit, qua Gallice *Donner du passetemps*. V. seqq.) Nisi malis, In quo se exerceat. Plut. Pericle [c. 4]: Ἐξωστρακίσθη, καὶ παρέσχε τοῖς κωμικοῖς διατριβὴν, Comicis præbuit quo tempus tererent, i. e. materiam sui perstringendi et in theatro traducendi ad populum. Sic Id. Alcib. [c. 13]: Τοῖς τε κωμικοῖς ὁμοῦ τι πᾶσι διατριβὴν ἀεὶ σκωπτόμενος ἐν τοῖς θεάτροις παρεῖχεν, In theatris, dum dicteriis impetitur, comicis materiam, in qua tempus tererent, præbebat. Idem rursus in Pericle [c. 16: Πολλὰ] πράγματα καὶ διατριβὰς ἀσχολουμένῳ παρέχει, Occupato negotia et avocamenta injicit, Negotia in quibus conficiendis tempus terat et se exerceat. Vides igitur non solum tribui homini otioso, sed etiam negotioso. [Æschin. p. 25, 1: Μηδενὶ δὴ τρόπῳ καθ' ὑμῶν αὐτῶν γέλωτα τῷ σοφιστῇ καὶ διατριβὴν παράσχητε.] Porro ut aliquis dicitur alicubi διατρίβειν pro Tempus terere, Commorari, Vitam agere, Conversari, ita et διατριβὴ dicitur Ejusmodi commoratio et conversatio, vel etiam Vita quæ agitatur alicubi. Synes. Ep. 20: Τὸ μὴ βαρεῖαν αὐτῷ τὴν αὐτόθι γενέσθαι διατριβὴν, Ut non gravis illi sit apud vos commoratio et conversatio, Ut ne gravetur apud vos commorari. Herodian. 1, [7, 1]: Ὡς ἀπαλλαγεῖεν τῆς ἐν τῇ πολεμίᾳ διατριβῆς. Quo modo 4, [15, 21]: Τὸν στρατὸν ἀπαλλάξας τῆς ἐν Μεσοποταμίᾳ διατριβῆς. Et rursum [7, 1]: Πρὸς τὴν ἐν τῇ πόλει διατριβὴν ἀπεχθῶς ἔχων, Vitam urbanam perosus. Sic et Plut. Numa, Αἱ ἐν ἄστει διατριβαί. [Id. V. Marii c. 3: Ὀψέ ποτε πόλιν εἶδε καὶ τῶν ἐν πόλει διατριβῶν ἐγεύσατο.] Quibus adde Lucian. Gallo [c. 11]: Ἡδίστη τις ἦν ἡ διατριβὴ, Jucundissima quædam erat vita, Jucundissimum erat vitæ tempus in his terere. Et hoc anonymum, Οἷαι ἥδισται διατριβαὶ, In quibus rebus vitam agere jucundissimum est, Quod vitæ genus suavissimum est, In quibus rebus tempus jucundissime teritur. Rursum cum ἐν, [Aristoph. Nub. 1055: Εἶτ' ἐν ἀγορᾷ τὴν διατριβὴν ψέγεις·] Æschin. [p. 84, 40]: Τὰς ἐν τοῖς γυμνασίοις μετὰ τῶν νεωτέρων μου διατριβὰς καταμέμφεται. Ubi etiam nota μετά: dicitur enim non solum διατρίβειν in loco aliquo, sed etiam διατρίβειν μετά τινος. [Æschin. p. 20, 35: Τὰς διατριβὰς διεξιὼν, ἃς μετ' ἀλλήλων ζῶντες διέτριβον· 17, 13: Οὐκ ἀφανεῖς δὲ διατριβὰς διατρίβω, ἀλλ' ἐν ταῖς ἐκκλησίαις μεθ' ὑμῶν ὁρῶμαι.] Item studium et opera quæ alicui rei impenditur, διατριβὴ vocatur, Studium et opera quam alicui rei navantes tempus terimus. (Quum autem dico Tempus terimus, non intellige otiosorum more, sed more eorum qui se exercent.) Et tunc similem habet signif. nomini σπουδή: itidemque cum περὶ solet construi, ut illud Plut. Lycurgo [c. 24]: Διατριβαὶ περὶ θήρας καὶ γυμνάσια, Studia quæ in venationes et gymnasia conferuntur. Sic Plato De LL., ἡ περὶ τοὺς ἀριθμοὺς δ. et ἡ περὶ μοῦσαν δ., Studium quod impenditur cognitioni numerorum et rationi modulandorum carminum. [Ἡσυχία τε πολλὴ καὶ δ. περὶ λόγους ἀπράγμονας, Plut. V. Num. c. 5.] Rursum [Isæus p. 87, 36: Τὴν πλείστην διατριβὴν τῶν λόγων ποιούμενον περὶ τὴν τοῦ παιδὸς οὐσίαν·] Plut. Symp. [p. 667, D]: Πλείστας περὶ

A λόγους ὑπὸ σχολῆς διατριβὰς ἔχουσι, Plurimum se exercent in disputando, Bonam temporis partem disputando terunt. Et Isocr., διατριβὴν περὶ ταῦτα ποιήσασθαι, i. e. περὶ ταῦτα διατρίβειν. [Æschin. p. 33, 15: Πλείστην εἰκότως ἐποιήσατο διατριβὴν πρὸς τοὺς ἐμοὺς λόγους (respondendo ad orationem meam). Plut. V. Lycurg. c. 4: Κατιδὼν ἐν αὐταῖς ταῖς πρὸς ἡδονὴν καὶ ἀκρασίαν διατριβαῖς τὸ πολιτικὸν καὶ παιδευτικόν.] Item cum ἐν, sicut dicitur διατρίβειν ἔν τινι ἐπιτηδεύματι: ut in hoc anonymo, Διατριβὴν ἐν γράμμασι, σχολὴν ποιούμενος, Otii loco habens studium quod in literas conferret, i. e. Tunc demum otiari se existimans, quum in literarum studio tempus tereret. [Διατριβὴν ἐν λόγοις ποιεῖσθαι, Plut. Mor. p. 713, C.] Item sine illis præpp. Aristot. [Pol. 7, 17] dixit, Προοδοποιεῖν πρὸς τὰς ὕστερον διατριβὰς, Viam sternere ad majoris ætatis studia et instituta. Et rursum, Εἰς διατριβὰς βελτίους ἀπάγεται, Ad meliora studia avocatur. Alii, Melioribus moribus instituitur. Adde Plut. Themist. [c. 2: add. Mor. p. 705, B]: Ἐν ταῖς ἐλευθερίαις καὶ

B ἀστείαις λεγομέναις διατριβαῖς, In iis studiis et exercitationibus quæ liberales et urbanæ dicuntur. Et hoc Ejusd. in Alcib. [c. 2]: Ὅθεν ἐξέπεσε κομιδῇ τῶν ἐλευθέρων διατριβῶν. Porro et Quævis studia, exercitia, occupationesque, sive seriæ eæ sint, sive ludicræ et ad id solum institutæ ut tempus in iis teramus, διατριβαὶ dicuntur. [Aristoph. Ran. 1498: Τὸ δ' ἐπὶ σεμνοῖσιν λόγοισι καὶ σκαριφισμοῖσι λήρων διατριβὴν ἀργὸν ποιεῖσθαι παραφρονοῦντος ἀνδρός.] Seriæ et σπουδαῖαι, Plut. 2 De fort. Alex. [p. 342, C]: Ἐνίστατο δὲ ἡ τύχη καὶ ἀπέστρεφε καὶ ἀνθεῖλκεν ὀπίσω, καὶ μυρίας περιέβαλλεν ἀσχολίας καὶ διατριβὰς ἐπιλαμβανομένη, Multa negotia et multas occupationes. (Nisi malis accipere pro Remoris, ut διατρίβειν signif. Remorari, Impedire mora allata.) Ludicra et fallendi temporis causa instituta exercitia et studia, veluti quum Synes. Ep. 114 dicit: Τί δὲ καὶ καλὸν ἐπὶ τὴν ψάμμον τὴν αἰγιαλῖτιν ἀναπεσεῖν; ἣν μόνην ἔχετε διατριβὴν, Quo solo exercitio tempus teritis, Quam solam habetis delectationem. Itemque dicitur διατριβὴν ποιεῖσθαί τι aliquis, quum

C illud facit ut tempus terat, s. se occupat ut tempus fallat: qua forma Gallice dicas *En faire son passetemps:* quomodo accipi potest ap. Lucian. [Quom. hist. conscr. c. 59]: Τὴν αὐτὴν Θεοπόμπῳ αἰτίαν ἕξεις, φιλαπεχθημόνως κατηγοροῦντι τῶν πλείστων, καὶ διατριβὴν ποιουμένῳ τὸ πρᾶγμα, καὶ κατηγορεῖν μᾶλλον ἢ ἱστορεῖν τὰ πεπραγμένα. Quo referri potest, quod supra e Plut. attuli, Τοῖς κωμικοῖς διατριβὴν παρέσχε, Comicis subministravit in quo se oblectarent et tempus tererent. Et quemadmodum aliquis alicui dicitur διατριβὴν παρέχειν, ita eidem διατριβὴν γίνεσθαι dicimus, velut ap. Synes. Ep. 109: Ἵνα μὴ διατριβὴ τοῖς ἀπαντῶσι γενοίμεθα, Ne præberemus occurrentibus materiam in nobis deridendis tempus terendi, Ne occurrentibus essemus delectatio et ludibrium. Adde his, διατριβῆς ἕνεκα, Terendi temporis gratia, Ut tempus fallas. Plut. Περὶ ἀδολεσχίας [p. 512, D]: Διατριβῆς δὲ καὶ παιδιᾶς ἕνεκα συνθέντες τινὰς ἐρωτήσεις, προβάλλουσι τοῖς τοιούτοις. Itidem ap. Athen. 4 init. quidam dicit, Ἐπεὶ δὲ ἡ τοῦ Ἱππολύτου σπανίως εὑρίσκεται, ἐπιδρα-

D μοῦμαί σοι τὰ ἐν αὐτῇ γεγραμμένα διατριβῆς ἕνεκα νῦν καὶ ψυχαγωγίας. [Plut. Mor. p. 662, A: Ἐν παιδιαῖς ἁπάσαις καὶ διατριβαῖς. Χάρις καὶ δ. ib. p. 710, D.] Item Philosophorum congressus et disputationes dicuntur διατριβαὶ simpliciter pro διατριβαὶ περὶ λόγους, ut Plut. loqui, supra annotavi. Plato Charm. [init.]: Διὰ χρόνου ἀφιγμένος ἀσμένως ᾖα ἐπὶ τὰς συνήθεις διατριβὰς, Libenter me ad consuetos amicorum conventus s. congressus contuli. Idem in Apol. Socr. [p. 37, D]: Οὐχ οἷοί τε ἐγένεσθε ἐνεγκεῖν τὰς ἐμὰς διατριβὰς καὶ τοὺς λόγους. Athen. [11, p. 508, D], de dialogis Plat.: Ἀλλοτρίους δὲ τοὺς πλείους ὄντας ἐκ τῶν Ἀριστίππου διατριβῶν. Gell. 20, 11 [prologo]: Sunt etiam qui Pandectas inscripserunt libros suos; sunt autem qui Διατριβάς. Vide et Παραδιατριβαί [Διαπαρατριβή]. Cujusmodi διατριβαὶ vocantur et Σχολαὶ, tum a Græcis tum a Latinis eos imitatis: veluti cum Cic. Tusc. 1 dicit, Itaque dierum quinque scholas, ut Græci appellant, in totidem libros contuli. Porro sicut σχολὴ dicitur Ipse etiam locus ἐν ᾧ σχολάζουσιν, ita et δια-

τριβὴ Locus in quo διατρίβουσι περί τι : quemadmodum et Suidas annotat διατριβὴν vocari non solum τὸ ἐπιτήδευμα, ἀσχόλημα, item τὴν διάλεξιν φιλόσοφον, sed etiam τὸν τόπον ἐν ᾧ τινὲς μανθάνουσι : quod testatur et Gell. [17, 20 : « Recens in diatribam acceptus. » 18, 13 : « Quidam dialecticus ex Platonis diatriba. »] Bud. ex Isocr. [p. 237, A] : Φημὶ πάντας ληρεῖν πλὴν τοὺς μετεσχηκότας τῆς ἐμῆς διατριβῆς. [Id. p. 288, A : Συμβουλεύω σοι μήτε κατακάειν τὸν λόγον μήτ' ἀφανίζειν, ἀλλὰ ... προσγράψαντα πάσας τὰς διατριβὰς τὰς περὶ αὐτὸν γεγενημένας διδόναι τοῖς βουλομένοις λαμβάνειν.] Et e Luciano [Nigrin. c. 25] : Ἐργαστήρια γοῦν ἐκάλει καὶ καπηλεῖα τὰς τούτων διατριβάς. Nec de philosophorum tantum διατριβαῖς dicitur, sed etiam de aliorum, qui se vel exercent vel oblectant, Plut. Alcib. [c. 24] : Διατριβὰς ἔχοντα καὶ καταφυγὰς ἠσκημένας βασιλικῶς καὶ περιττῶς. [Δ., Commoratio, Excursio, et quoddam ἐπεισόδιον, quo orator subinde utitur, ornatus atque amplificationis gratia, Aristot. Rhet. 3, 17. Sic et Menander in Διαιρ. ἐπιδ. p. 596 tales διατριβάς, et τὸ διατρίβειν commemorat de Tractatione argumenti vel longiore vel breviore, prout rei ratio postulat; ἐμβραδύνειν hoc dicit Lucian. De conscr. hist. c. 27, et μετὰ πολλῆς φροντίδος διεξιέναι. Unde ap. Hermog. eod. nomine appellatur Forma dicendi, qua pluribus verbis unam notionem enuntio, pertinetque ad δεινότητα et copiam dicendi, Περὶ δεινότ. p. 8, ubi ita describit, Διανοήματος ἠθικοῦ ἔκτασις, ἵνα ἐμμένῃ τὸ ἦθος τοῦ λέγοντος ἐν τῇ γνώμῃ τοῦ ἀκούοντος· veluti inculcatio rei per varia nomina quæ illi conveniunt. His Greg. ad h. l. 5 hanc explicationem addit : Τουτέστιν, ἵνα δόξωσιν οἱ ἀκούοντες, ὅτι ἐξ ἐνδιαθέτου καρδίας ταῦτα ἀπαγγέλλει, καὶ ἐν ψυχῇ τοῦτο ἐμπαγῇ, καὶ βέβαιον γένηται τὸ ἦθος τοῦ λέγοντος. Ernest. Lex. rhet.]

[Διατριβικός, ή, όν, Scholasticus. Polyb. Exc. p. 395 ed. Mai. : Εὔηθες καὶ μειρακιῶδες καὶ διατριβικὸν φαίνεται. Ib. p. 401 : Μειρακιώδεις καὶ διατριβικοί. G. D.]

